DE MONETIS, ET RE NVMARIA, VARII TRACTATVS

ADMODVM VTILES, NEC NON CONSILIA, SINGVLARESQVE ANNOTATIONES, DIVERSORVM AVTHORVM QVI DE MONETIS, EARVNDEMQVE VALORE, LIGA, PONDERE, Potestate, Mutatione, Variatione, Falsitate, ac similibus, scripserunt, & responderunt.

Omnia nunc primùm sic collecta.


Cum Summarijs, & Indice copioso.











COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.


ANNO M. D. LXXXXI.

Cum Priuilegio Caes. Maiest. ad sexennium.

AD LECTOREM OCTOSTICHON
Ren. Budelij Ruremun. I.C.

Hos ego materiam tractantes prorsus eandem,
Egregios vno Codice iungo viros.
Conspiciebantur laceratis vestibus ante,
Sensus in his etiam non genuinus erat,
Candidiore palam quo nunc prodiret amictu
Gymnicus omninò sollicitauit opus:
Hoc debetur ei, sumptusq; quod impiger annis
Pro vitæ tulerit conditione suæ.
Vnica cura mihi tales sufferre labores.
Ac mendosa fuit restituenda loca.
Quæq; fuêre prius per multa volumina paßim
Corpus ad exigui cogere sparsa libri.
Hic modus in studijs communibus aptus habetur;
Quam schola Doctorum iudiciumq; probat.
Vtere compactis Lector tractatibus ergo
Acceptusq; tibi sit precor iste labor.

TRACTATVS INSIGNIS AVGMENTI ET DIMINVTIONIS MONETARVM, DOmini Alberti Bruni Astensis.



SVMMARIA.

1 *Aestimatio & variatio valoris pecuniarũ vnde causetur, & quæ dicatur iusta æstimatio. Et quotuplex fiat fraus in moneta.*

2 *Moneta debet cudi talis, vt possit vbiq; expendi.*

Moneta debet tantum valere in massa, quãtum formata.

Aume princeps ex moneta aliquid lucri capere possit.

3 *Monetæ fraus quibus modis fiat*

4 *Pecunia quando pluris expendatur, quàm valeat, & cur.*

5 *Pecuniæ verus valor quis dicatur.*

6 *Monetæ æstimationem dat, qui cudendi potestatem habet.*

7 *Valoris veritas non mutatur ad numulariorum mutabilitatem.*

8 *Consuetudo communis trapezitæ attenditur, quando valor pecuniæ nascitur.*

9 *Pecuniæ iusta æstimatio quomodo consideretur.*

10 *Ducati ex marcho quot fiant, item ex libra auri.*

11 *Auri valor & preciositas qualiter consideretur.*

12 *Argenti puri duodecim gradus.*

13 *Pecunia ære contaminata maioris est impẽsa, & cur.*

14 *Charactus in auri æstimatione quid sit.*

15 *Pecuniam cudi ex auro & argento puro vtilius est.*

Constitutiones quædam pro cudenda moneta.

16 *Pecunia vt sit probata, tria considerantur.*

17 *Pecuniã nunquid liceat facere de materia alchymistica.*

18 *Alchymia nunquid sit ars approbata.*

19 *Forma in moneta qualiter attendatur.*

20 *Valor & æstimatio pecuniæ à quibus detur.*

21 *Pecunia duplicem bonitatem considerat.*

22 *Summarium casuum .9. in quibus contingit dubitari circa æstimationem soluendæ pecuniæ.*



HIC tractatus est circa materiam augmenti & diminutionis monetarum, circa quem pro pleniore eius intellectu, aliqua sunt præmittenda.

Et primò, vnde causetur æstimatio & variatio valoris pecuniæ, & quæ dicatur iusta æstimatio, & † quotupliciter fiat fraus 1
in ipsa æstimatione, & valore. In quo passu dicendum secundùm Bald. in c. quanto, in vlt. colum. de iureiurand. quod moneta debet cudi talis, vt possit pro tanto vbiq; expendi, pro quo facit l. fin. C. de vete. numis. potest. lib. 11. vbi traditur, an possit vna moneta plus valere in vna ciuitate, quã in alia, & an possit cogi quis recipere de de moneta alterius patriæ. & dixit Innocent. in d. c. quanto, quod ad faciendum, vt vna moneta possit alibi expendi, non sufficit solus consensus Papæ. Et secundùm Innoc. & Doct. in d. c. quanto, expensa monetæ debet fieri de publico, & moneta debet tantùm valere † in massa, quantũ 2
formata, & econtrà secundùm Bar. in l. qui falsam, ff. de fal. not. in l. 1. per illum text. ff. de contrah. empt. & in l. 1. C. de vete. nu. pot. li. 11. per Dd. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. de au. & arg. leg. & in l. Paulus, ff de so. licèt hodie hic malè seruetur secundũ Bar. in l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. Inno. & communiter Can. in d. c. quanto. hinc secundùm Host. in tit. de censi. §. ex quibus, in princ. Innoc. Paul. & Can. in d. c. quanto, non licèt principibus pro moneta cudenda aliquid honoris, vel

vtilitatis capere, quod intelligo, quando ex hoc pecunia minus æstimatur, quàm aliàs æstimaretur: nam posset esse, quod aliquis emeret officium cudendi, vt mercantiam auri & argenti commodius facere posset, & super ea lucrari absque eo quod super fabrica monetæ fieret aliqua compensatio & diminutio pro eo, quod dat in emptionem officij. Dixit tamē Imola in d.l.Paulus, in fin.com.ff.de solut.allegando Innoc.in d. c. quanto. posse attenta consuetudine capi super pecuniam cudenda expensam, & aliquid modicum lucri, quod circa lucrum non est, fortè de iure verum nisi sit exiguum quicquid obseruet aliqua corruptela.

Contingit autem variatio valoris mo-
3 netarum, & fit consequenter † fraus, si à principio fuit statutum, quòd fiat moneta certi ponderis, & posteà fiat minoris eodē valore durante, secundùm Innocen.Ioan. Andr.Panor.& Doct.in d. c.quanto.

Item secundùm Panorm.post Inno. & Ioan. Andr.in d.c.quanto.fit fraus & variatio, contingit alio modò, videlicet ex extrinseca deterioratione, si tondatur pecunia. Item si pecunia ærea argento cooperta ex longo vsu admittat argentum, sequitur Imo.in l.Paulus, in fin.com.ff.de solut. vbi dixit monetam etiam fundari per campsores, qui ducatos magis graues conflant
4 & alios retinent, aliquando moneta pluris expenditur, quàm valeat ex mandato superioris, ne possit sine iactura aut facilè extra dominium exportari, vt quandoque faciunt domini Ianuenses, & aliquando propter vtilitatem principum, vt vidimus fieri tempore Guerræ, nam pecuniam minoris valoris mandant sæpè principes tempore belli pluris expendi, vt minus dādo armigeris & in emptionibus victus & rerum plus dare videantur, de quo per Andræ.de Isern.in tit.quæ sint reg.in princ.9. col.vbi dicit, an & quomodo eo casu Principes teneantur ad interesse: & in col. præced.in ver si.contingit autem, declarat quomodo iure licito varietur vel mutetū multipliciter moneta in bonitate intrinseca.

Et aliquando princeps monetam plus valente mādat minus expendi propter lucrum, secundùm Hostiē.Pan.& Dd.in d.c. quāto, vt possint illam recolligi facere & conflare, ac de nouo cudi facere: vel mandat monetam auream minus expendi, vt possint argenteam destruere, & de nouo magis ære contaminatam conflare, vt sæpè videmus.

Et aliquando hoc faciunt ducti sola affectione, vt si scuta in Gallia iusto pretio expendi mandentur & ducati minore pretio, quàm valeāt in Italia, vbi iusto pretio æstimantur. Item aliquando Principes reprobant monetā, antequam vel aliā vt de ea habere possint meliore pretio, secundū Inno.& Io.Andr.in d.c.quanto,& Imo.in d.l.Paulus, in fin. com. dicentes, quod in prædictis casibus fraudari moneta quò ad vtilitatem populi. Si tamen cōtingeret augeri valorē auri eò, quod prouincia esset exhausta auro, fortè posset esse iusta causa.

Et cauere debent Principes quò ad animam, qui mutāt variationem & valorē, præter & vltra legitimum modum & valorem, quia tenentur in conscientia ad interesse hominū, nisi de hominū consensu hoc faciant, secundū Host. in tit. de censi. §. ex quib. in prin. Inn. Pan. & Cā. in d. c. quant. eos excusaret etiā Papę consensus, siue subditorum vel hominū consensu, & multò magis, quando non subditi possunt lædi.

Verus autem valor dicitur ille, qui est 5
statutus de publico & per publica proclamata † adeò, quod recusans capere pro tanto valore, est pœna falsi puniendus: secundū Bart.in d.l.qui falsam, ff.de fal. Et æstimationem monetæ dat habens potestatem cudendi: vt not.in l.fi.C.de ve.nu.pot.l.ii. & in l.1.eo.tit. Bonitas aūt intrinseca & pōdus à prȩfectis per eos declaratē, vel à cōmuni, secun.Bar.in l.1.eo.tit.per l.1.cū ibi no. C.de pon.au.de li..o. Et qn̄ non datur iusta 6
ȩstimatio pecuniȩ, potest habere recursus ad superiorē, secun.Bar.& Dd.in d.l.fi. C. de ve nu.p[illegible]. Et sine mandato habētis potestatē cudendi. nō debet mutari ȩstimatio, vt per Bart.in d.l.1.hinc secun.Zab. in cle. si benè.in q. de deci. ad mutabilitatem cambiorum veritas nō mutatur. sequitur Ale. 7
in.

in l.eleganter. §. qui reprobos, 2.col.ff.de pign.ac. Et secun.gloss.in Cle.præ oblig. quando nescitur valor pecuniæ, attenditur communis consuetudo cambij non casualis caristia vel vtilitas, de quo plenè dicam inf.1.& 2.declar.

Et in tantum attenditur in æstimatione pecuniæ consuetudo, quòd † si in mer-
8 cantijs florenus habeat vnam aliã æstimationem, quàm in alijs, & quis emat pecuniam: sit in tali emptione soluendus florenus ad ęstimationem, quã habet in mercantijs, vt per Alex. in l.Paulus.ff.de sol.post Ang.in l.æris.C.de colla.lib.9. & mutato valore ducati, mutatur valor rerũ quę per pecuniã æstimantur, d.l.2 cùm ibi not.per quam l.dicit And.de Iser.in vsu.feu.in tit. quæ sunt regia.in princ.9.col.quòd si decẽ ducatis emero decem rasos panni, & tempore traditionis pãni, ducati sint aucti taliter, quòd valor decem ducatorum creuerit ad valorem 11.rasorum panni, dabũtur 11.rasi panni, & econtrà de diminutione, & no.in d.l.2.quod satis placet, quãdo augmentum & diminutio monetę aureæ causarẽtur ex alio, quàm ex vtilitate, vel preciositate superueniente in moneta argentea ratione vilioris vel preciosioris metalli, per ea, quæ dicentur infrà eo.in 13.limitatione, circa princ.

9 Iusta autem æstimatio, vt sensi à peritis, hodiè fit & cõmensuratur habita considerat ione, quid vnus ducatus seu aureus largus valeat † vnciam vnam cum dimidia argenti preciosioris seu melioris ligę, hoc est, bonitatis & gradus 11. denariorum, ita quòd octo aurei valeant librãm vnam argenti, & 6.aurei valeant vnum marchum preciosioris argenti, quod est vnciarum nouem ad pondus & vsum Mediolani, & quasi est vt vnica auri valeat libram vnam ex nostris vsualib. & paruis argenti preciosioris.ideo dico quasi quia 7.ducati seu aurei largi cum dimidio faciunt vnam vnciam: adeò vt sit differentia de vna 15. parte taliter, quod iusto facto calculo vncia auri cum 5. parte alterius vnciæ, secundùm modernum vsum valeat librãm argenti preciosioris.

Communiter tamen magistri monetarum regulant & commensurant pondus & mensurã, ac valorem monetarum, quas faciunt respectiuè ad marchos, quorum pondus in aliquo differre inuenitur secundùm diuersas prouincias, vt videmus in marcho Mediola.Ianuensi, & Parisiẽsi, & vtuntur fortiori pondere in marchis, quã in vncijs & libris ponderis communis, in quibus libris & vncijs communibus vtuntur leuiori pondere, & hoc faciũt isti magistri monetarum, vt emendo argẽtum ad forte pondus, seu marchorum plus consequantur.

Marchus autem auri ad pondus Mediolani, de quo suprà est 9. vnciarum communium, vt dictum fuit, ex quo fiunt ducati 67.cum dimidio: & marchus Parisiensis est 9. vnciarum ex nostris communib⁹, & tertia pars vnciæ, & ex eo fiunt ducati 70. & ex libra auri ex nostris, quæ est 12. vnciarum ex nostris fiunt nonaginta ducati; licèt Bart. aliter dixerit in locis proximè allegatis.

Olim autem † septuaginta duo aurei seu ducati faciebãt libram auri, l.quoties.C. de susce.& Anch.libr.10.vbi glo.& Doct. in glo.in l.fi.de in ius vocan.& decem aurei valebant libram argenti, l.1.C.de argent.precio.quod thesau.infert.lib.10.fortè quia erat minor copia argenti, vel maior copia auri, & aureus valebat libras æris, l.1.C.de coll.æris.etiam lib.10. si notatur in locis prædictis, & per Nicol.de Neapol.in d.l.quoties.& per Alber.de Rosa. in d.l.fin.ff.de in ius vocan.& potest dici, quod hoc modo tunc æstimabatur pecunia argentea respectiuè ad aureum, quem solidum appellabant, & quandoque aureum & nos ducatum, vt dicit glo. in d.l. fin.licèt Salice.in l.fin.C. si certum pet.dicat non posse sciri, quanta esset libra vel vncia antiqua, cùm adhuc hodiè secundũ diuersas patrias & regiones sit diuersitas librarũ & vnciarum, quamuis in hoc putem considerandum illud, quod obseruabatur Romæ, cùm ex vsu vrbis Romæ tũc fieret à lege prædicta commensuratio. 10

Et quia dictum fuit suprà eo. quod de:

consuetudine deducatur impensa, quæ fit pro cudenda moneta, ita, vt tantò minus valet reducta ad massam, quantum ascendit dicta impensa est aduertendum, quòd læsio & fraus hinc surgens pro maxima parte contingit, quãdo purum argentum ære contaminatur: nã vbi non fit talis contaminatio, modica est læsio.

12 Fit autem admixtio ęris & deterioratio preciositatis argẽti hoc modo. † Nã argentum preciosum distinguunt per 12. gradus, quos 12. gradus appellant: ita quòd argentum magis preciosum siue copulatũ dicatur esse preciositatis, seu ligæ 12. denariorum: Et si ex vna libra talis argenti adimã dimidiam argenti, & eius loco ponã dimidiam vnciã æris, dicetur esse in liga & preciositate 11. denar. cum dimidio, & si subrogem vnam vnciam æris loco vnius vnciæ argẽti dicetur esse preciositatis & ligæ 11. denar. & si adimam 2. vncias argenti ex libra, & submittã 2. æris, dicetur esse 10. denar. in liga, & sic successiuè. Vnde quando est 10. denar. sexta pars talis argenti æs, & quando est 9. den. quarta pars est: ita quòd in argento 9. denar. in vna libra inueniant solũ 9. vnciæ argenti, & sic de singulis: & hoc modo considerato quantum ęris sit in vna libra talis argenti, & quantũ puri argenti facilè quis cognoscet quot & quantum talis pecuniæ valeat florenus auri, videlicet capiendo tantũ de illa pecunia, in quo reperiatur vna vncia cũ dimidia puri & preciosi argenti dempta impensa, & consulendo magistros monetarum vel aurifabros, facilè intelliget quis quot denariorum, vel cuius preciositatis sit aliqua petita pecuniæ argenteæ.

13 Ideo autẽ † dixi plus impensę exigi in pecunia ęre cõtaminata, cùm plures numi numero fiant, quãtò magis pecunia ęre cõtaminata. & vidi, quod quandoq; pro marcho argenti capiuntur 9. solidi pro impensa, vt Mediola. ex quib. vnus dabatur principi pro pecunia excedente duos solidos pro singula petia. & grossus vnus si fiebat pecunia magis minuta & minoris valoris, reliquum retinebant magistri & operarij pro impensa, & quandoq; vidi capi plus, hoc est, 18. solidos, vel 20. marcho. & hæc est causa, propter quã aurei vt plurimum seu ducati, ac grossoni & pecunia grossa, ac ea, quę nõ ẽst ære contaminata, crescũt in valore. Et quomodo procedat id, quod dicunt Bar. & Dd. in l. Paul°. pe. col. de sol. & in l. in numis. ff. de in li. iu. cum concor. ꝙ pecunia grossa per minutã ęstimetur, patet ex prædictis, & vlteriùs patet verus esse quòd reciproca ac correspõdens. fit pecuniæ grossę & minutę æstimatio, hoc est, quòd tamen minuta, in qua sit tantũ preciosi argenti, quantũ in grossa ęquiualeat grossæ deducta impensa, & econtrà. Et simile iudiciũ fit in auro, in quo æs vel argentũ aurumq; simul admiscetur: quia admiscendo solum argentũ, aurũ redditur nimis albũ, & admiscẽdo æs, aurũ nimis rubescit. Ideo aliq admiscent duas partes argẽti, & vnã ęris, vt color auri min⁹ alteretur.

14 Distinguunt enim aurum in 24. gradus preciositatis, quos † caracteres, seu caractos appellamus, ita quod aurũ preciosius dicatur in preciositate & liga esse 24. caracterum, prout sunt cõmuniter floreni, seu ducati aurei: & si ex 24. vncijs auri quis adimat vnam, & subroget vnciam æris vel argenti, erit in liga 23. caracterum, & si adimat duas vncias auri, & subroget duas vncias argenti vel æris, erit 22. caracterũ, & sic successiuè. & ista fiunt in scutis, & si quarta pars auri adimatur, & submittatur quarta pars æris vel argenti, erit aurũ 18. caracterum, prout floreni Alamaniæ. & in istis adempt. omnibus deberent multum aduertere principes, quia possunt fieri multę fraudes: adeò, vt tutius sit quoad Deum et conscientiam, ac quoad honorem & ipsorum principum ac patriæ vtilitatem, facere cudi pecuniam ex puro auro, vel ex argento saltem, in pecunia excedente valorem duorum solidorum, seu vnius parui grossi. & hæc vtilitas nunc excogitata fuit tempore sanctissimi D. Papæ Iulij secundi, dum ita obseruauit ad suasionem reuerendissimi Domini mei D. Henrici Bruni Archiepiscopi Tarentini & Apostolicę sedis Thesaurarij. 15

Et vt prædicta facilius intelligantur, pla-

placuit hic inserere quandam ordinationem factam nuper in hac ciuitate Hastensi, quæ habet authoritatem monetæ cudendæ ad rationem marchi Mediolani, qui est vnciarum octo.

16 Constitutiones † pro cudenda moneta in ciuitatibus Mediolani, & Ast. ad pondus marchi Mediola. sequuntur: prout infrà. valente ducato solidos 93. Mediolani ex paruis.

Grossoni, siue testoni solidorum 22. & denariorum 9. pro singulo grossono, fiunt numero petiarum 24. pro singulo marcho, & sunt in liga denariorum 11. & granorum 13. cum dimidio, & tenent de fino, seu preciosiore argento vncias 7. & denarios 17. pro singulo marcho. Et habent de remedio in pondere denarium vnum, & in liga granum vnum pro quarta parte cuiuslibet vnciæ.

Grossoni solidorum 6. fiunt numero petiarum 60. pro singulo marcho. & sunt in liga denar. 7. & gran. 13. cum dimidio, & tenent de fine vncias 5. & denar. 1. pro singulo marcho, & habēt de remedio in pondere dena. 2. pro marcho, & in liga gran. 1. pro quarta parte vnciæ.

Grossi solidorum trium fiunt numero petiarum 95. & tertiorum 2. pro singulo marcho, & sunt denariorum sex in liga, & tenent de fine vncias 4. pro marcho, & habent de remedio in pondere dena. 2. pro marcho, & in liga gran. 1. pro quarta parte vnciæ.

Solidini fiunt numero petiarum 206. pro singulo marcho, & sunt denariorum 4. & grani sex in liga, & tenent de fino vncias duas, & denar. 20. & habent de remedio in pondere denarios tres, pro marcho: & in liga granum vnum, pro quarta parte vnciæ.

Terlinæ, quarum quatuor valent solidum, fiunt petiarum 220. pro marcho: & sunt dena. 1. & tenent de fino dena. 16. pro marcho, & habent de remedio in pondere denar. 6. pro marcho, & liga gran. 1. pro quarta parte vnciæ.

Quoad fabricā ducatorum auri largogorum ex precioso auro, vidi ordinationē alicuius in hac Astensi ciuitate facta hoc modo videlicet.

Quod conductor fabricæ monetæ teneatur soluere in emptione aurifini, seu preriosioris pro quolibet marcho de Trois ducat. 69. Item quod teneatur facere duca. in liga de caract. 24. & pro marcho, nu. 70. & si reperiētur in liga de caract. 23. & quartas tribus cum dimidio alterius caracti: & in pondere num. 71. cum dimidio, quod habeantur pro bonis, ita quòd conductor habeat de remedio in liga octauam partem vnius caracti: & in numero medium ducatum, qui m̄archus de Trois est vnciarum nouem, & tertia pars alterius vnciæ ex nostris, hoc est, vnciæ nouem, & dena. 8. qui faciunt tertiam partem vnius ex nostris vncijs. 24. denarij faciant vnciam, & 24. grana vnum denarium, & isti denarij considerantur dupliciter: vno modò, prout suprà, altero modo, quoad distinguendum gradus preciositatis argenti, cum preciosius argentum sit 12. denariorum, vt dictum fuit suprà.

Item vidi prouisum pariter super argēto, quod deberet emi pro tanto pro singula vncia vel pro marcho, & quod marchus ad quē monetæ delibrarentur per gradias seu per deputationes, esset fragilior marcho secundùm quem argentum emeretur, de granis decem & octo, & quod pro cambio auri posset præfectus monetis capere tridinam vnā lucri pro qualibet petia auri, & quod principi præstaretur pro signoragio & singulo marcho auri tertia pars vnius ducati vlterius satisfieret pro pensione domus & fabrice pro singulo marcho argenti, prout suprà dictum fuit, designādo quid & quantum esset præstandum operarijs de maiore & miore moneta.

Iuxtà prædicta habemus aduertere, q̄ † in moneta, vt sit proba, tria principaliter considerantur, s. materia, forma, & æstimatio, seu valor, iuxtà l. 1. coniuncta, l. fin. cum ibi no. C. de ve. nu. po. lib. 11. & no. maximè per Bal. in c. quanto, de iureiu. Debet enim primò materia esse proba, d. l. 1. & l. 2. §. 1. ff. de cōtra h. emp. & d. c. quanto. Vnde nō liceret de alchymia cudere monetam, 17

quod

18 quod † est intelligendum de sophistica, non de ea, quæ reperiretur esse verum aurum vel argentum, quod esse potest iuxta no. per Io. And. in add. Spec. in rub. de cri. fal. qui refert tacito authore verba Old. cuius solet esse fur. in consil. 74. incip. an alchymista, & per Pan. & latiùs Io. Andr. in c. 2. de fortil. & Bald. & And. de Isern. in c. 1. in tit. quæ sunt rega. in vsi. feu. & per S. Thom. 2. 2. q. 92. vbi concludunt, alchymiā esse veram sciētiam & permissam, de quo aliquid per Alber. de Ros. in dictionario, in verbo, alchymia.

Et dicit Ioan. And. vbi suprà, quòd suo tempore fuit magister Arnaldus de Villa noua summus Medicus, & Theologus, & magnus alchymista, qui per illam artem faciebat virgulas aureas, quas consentiebat omni approbationi submitti. Et fecit in illa scientia librum vnum, quod mille homines depauperauit, aut quia non verum, aut quia non intelligitur, & cùm haberet quendam socium in legibus multum insudantem in illa arte: volui videre vnum mirabile experimentum ad effectū, vt plura scirē. Nam habuimus nobiscum vnum antiquum alchymistam pauperrimum tamē, & me præsente meus collega reduci fecit vnciam vnam argenti preciosissimi ad instar auri in pōdere, fusione & maleatione saluo colore: quia non erat croceus, sed mutatus ad instar quasi plumbei coloris: & ille collega meus habebat modum dandi colorem & croceum, & in illa materia patiebatur & subtinebat aliqua experimenta, sed non extremum experimentum & admixta cùm tantundē auri preciosi videbatur aurum 20. characterū, & plus & minus secundùm quod illa materia erat melius disposita, et quidam magnus prælatus ac multi antiqui alchymistæ mirati fuerunt de illo experimēto, & vnus antiquus alchymista putans se diuitem, putabat reducere illam materiā ad veram speciem auri, & non potuit, putauitque tunc ipsam artē illusoriā maximè, ex quo tot viri in 40. & 50. annis nō viderant tā mirabile experimentū, quod nihilò minus erat sophisticū. vt aliud experimentū videre noluerim. Nec liceret inconsulto principe materiā æreā immiscere in auro vel argento cudendo, p l. quicunq; in minimos. ff. de fal. et no. in l. 2. C. de fal. mo.

Forma autem est † impressio publici characteris seu principis authoritate publica imposita & non priuata, d. l. 1. ff. de contrahen. emptio. & d. l. 1. C. de ve. nu. po. lib. 1. & not. ibi Barto. in Rub. & not. in d. l. 2. & fin. C. de fals. mone. & in l. 1. C. eo. & in d. c. quanto. 19

Tertiò † valor & æstimatio, quæ dantur à præfectis monetæ cudendæ, vel ab habentibus potestatem cudendi, vel à communi habita ratione ad pondus & ad materiam, vt dictum fuit suprà eo. 2. col. & si sint duæ monetæ diuersi ponderis aut diuersæ æstimationis, & dubitetur, de qua sensum fuerit quid iuris, dicetur infrà eo. in seq. seu 2. præmisso. 20

Alibi autem dixit Bal. videlicet in d. l. fin. C. de fal. mo. quod in moneta cudenda duæ requiruntur, scilicet veritas & authoritas, & alia in proposito traduntur per d. l. Fabi. in tracta. suo de empt. & vend. in 5. par. prin. 1. & 2. charta. & per d. Calua. cōs. 14. circa 14. col. & aliqua dicentur infrà, de moneta reproba in 2. declar.

Et ex prædictis elicitur, quòd in pecunia duplex bonitas consideratur. intrinseca videlicet, & extrinseca, prout not. in l. Paulus. ff. de sol. & in l. cùm quid. ff. si cert. pet. & in d. c. quanto. & in infinitis locis in iure. Intrinseca est penes materiam & eius preciositatem, quæ æstimatio variatur, vt suprà latè dictum fuit. Et ideo benè dixit Bald. in c. quanto prædlleg. versic. quæro nunquid. quòd æstimatio pecuniæ non est idem cum ipsa pecunia, nec adeò connexa, vt censeantur vnum & idem, de quibus omnibus dici contingit infrà eo. 4. declar. in fin. 21

Quòd autem præualeat & magis attendatur, an bonitas intrinseca seu materia & pōdus, an æstimatio vel communis valor vltra prædicta, videlicet, suprà eod. 2. & 3. colum. dicetur etiam 1. declar. post medium. Et an materia magis, quàm forma consideretur, si contingeret pecu-

niam ratione formę esse reprobam seu reprobari dicetur, infrà in secunda declaratione.

De æstimatione Monetarum.

12 Vltimò circa æstimationem monetarum est aduertendum, quòd aliquando † partes disponentes aut contrahentes prouident quòd pecunia fieri debeat ad certam æstimationem ab eis præfixam, & de ista materia latè dicetur in 16. & 17. declarat. & in 8. limitat. infrà.

Aliquando prouidet constitutio principis statutum vel consuetudo, vt in conclusione fienda, in 12. eius declaratione, & in 18. & in 3. limitatione ipsius conclusionis, & in 6. limit. ac 19.

Aliquando prouisum dicitur ex præscriptione, putà quia longo tempore solutio sit facta ad certum valorem, seu secundùm valorem temporis solutionum, vt dicetur in ipsa cónclusione faciẽda, in 4. fallentia.

Aliquando nõ reperitur nec ab homine, nec à constitutione principis statuto, vel cõsuetudine circa ęstimationem prouisum, & hoc opus, hic labor est, & hîc sunt multi casus cõsiderandi. Nã aliquando variatur bonitas intrinseca pecuniæ promissæ, vel de qua in dispositione, vt quia pecunia fiat de meliore & preciosiore liga, quàm esset tempore dispositionis, vel ecõtrà de deteriore, & de hoc dicetur in cõclusione facienda, in 1. declaratione.

Aliquandò mutatur in pondere, & non in liga, & dicitur in d. 1. declaratione.

Aliquandò moneta currens tempore dispositionis, & promissa non mutatur in tali bonitate sed reprobatur, & dicetur in dicta conclusione facienda secunda declaratione.

Aliquandò manente eadem liga & preciositate & põdere, mutatur solùm valor monetæ promissæ: vt quia mutatur valor floreni aurei vel grossoni, qui sint eiusdẽ bonitatis: & tunc dicetur mutari bonitas extrinseca, & de hoc dicetur in tertia declaratione conclusionis 1. faciendæ.

Aliquandò facta mutatione, prout suprà non reperitur de pecunia promissa, et quid iuris sit: tunc dicetur conclusio, 4. declaratione.

Aliquandò facta mutatione, prout suprà reperitur de pecunia promissa, & debitor vult soluere de alia, & tunc quid iuris sit dicetur infrà, in conclusione facienda: in 5. eius declaratione, & prędicta procedunt, vbi certa species pecuniæ est promissa.

Aliquandò est promissa pecunia in genere, & non in certa specie, vel dispositio loquitur de pecunia in genere, putà de libris, & de hoc dicetur in ipsa conclusione, 6. declaratione. Sunt etiam alij casus considerandi: vt quia dispositio habeat tractum in futurum, vt in obligatione annua an debeat attendi valor annuus, & de hoc dicetur in 7. declaratione conclusionis dictæ, & si dispositio sit conditionalis vel in diem, dicetur in 8. declaratione. & an sit differentia in pecunia debita ex testamento, vel vltima voluntate, sentẽtia, rescripto, gratia, vel præcepto Principis, lege vel statuto, dicetur in 9. declaratione cum tribus sequentibus.

SVMMARIA.

1 *Pecunia in contractibus qua veniat numeranda. nu. 13. 14.*

2 *Aureorũ appellatione in contractibus quid veniat.*

4 *Solui de quacunque pecunia eiusdem ponderis, nunquid possit pro argento promisso in massa.*

Consuetudo facit quòd vna pro alia soluatur, aliàs regulariter non potest.

5 *Fiscus quando cogatur capere æs & argentum pro auro.*

Consuetudo secundùm ius commune interpretanda, ne creditor damnum patiatur.

6 *Stipulatio nunquid valeat si stipuler 10. aureos, et promittatur pecunia argẽtea eiusdem valoris.*

7 *Verba, boni auri & iusti ponderis, an operentur*

rentur, quòd non liceat soluere pecuniam argenteam pro aurea.

8 *Solutionis promißio in auro nunquid fieri poßit in argento, & quomodo. nu. 13.*

9 *Libellus quomodo formetur, quando vna pecunia est in obligatione, & alia in facultate soluendi.*

10 *Solutionum fieri in eadem materia, eodem pondere, & eadem aestimatione, vtile est in contractibus apponere.*

Pecunia vna quando pro alia solui poßit, limitationes.

11 *Pecuniam reprobam vel inusitatam nō cogitur quis recipere.*

12 *Solutionis promißio quando censeatur facta de pecunia minuta.*

13 *Nemo cogitur in minima pecunia magnā summam accipere.*

14 *In debito antiquißimo qualiter solutio fienda.*

In dubio de minimis solutio fiet.

15 *Consuetudo loci cōtractus in solutione nunquid attendenda.*

16 *Solutionis promißio nunquid intelligatur de pecunia magis vsitata.*

17 *Consuetudo qualis in solutione attendēda.*

18 *Aureos vocat ius solidos.*

Secunda Praesuppositio.

SEcundò praemittendum est, quae pecunia sit in obligatione & facultate soluendi, & an vna pecunia pro alia solui possit: In quo passu habemus considerare tria, primò ius commune, secundò consuetudinem, tertiò conuentionem seu hominis prouisionem & declarationem.

2 Circa primum, scilicet ius commune, debemus aduertere, quòd † quidam sunt contractus, in quibus creditor remanet Dominus pecuniae creditae, vt in deposito, & tunc illa pecunia deposita, & non alia est in obligatione & solutione, nisi data esset facultas depositario illa vtenti, l. 1. §. si pecunia. cum glo. ff. depos. Panorm. in c. quanto. in fi. com. ff. de iureiur. Bar. in l. Paulus. in fi. ff. de sol. & tunc idem est, quod infrà proximè in mutuo dicetur.

Aliqui autem sunt cōtractus, in quibus non illam & pecunia & in indiuiduo, sed similis, & quae in genere suo eandem recipiat functionem in obligatione etiam si aliud dictum non sit, vt in mutuo, l. 2. §. 1. & ibi no. plenè, & in l. cùm quid. ff. si cer. pet. & per Doct. in l. lecta. super glo. in verbo. proba. vbi Paul. de Cast. ff. si cert. peta. vt si mutuo tibi ducatos Mediolani, vel scuta regis, & eo casu pecunia similis materiae, & eiusdē bonitatis est in facultate soluendi: licèt sit diuersae formae, vt si quis vellet dare ducatos Venetos pro Mediolanensibus, vel secundùm Ang. & glo. in l. Paulus. praealleg. si debitor vnius monetae argenteae, putà 10. librarum Bonon. vellet soluere in alia moneta argentea eiusdem bonitatis, nisi creditor ex hoc esset damnū passurus, vt in l. Paulus cum ibi, not. ff. de sol. infrà, proximè latius dicetur, in tantum, vt secundùm Salice. in l. si quis argentum, in prin. C. de dona. non possit dicere debitor, quòd sufficiat dare materiam conuertibilem indebitam, putà pecuniam argenteam aere contaminatam pro pura argentea, vel aurum de florenis Alamaniae pro auro puro, faciunt not. in d. l. 2. §. 1.

Aliqui † verò sunt contractus, in quib. natura contractus non demōstrat, quae pecunia sit in obligatione: sed ipsa expressio partis, vt si vendas mihi equum pro 25. scutis solis, vel 25. Ianuinis, seu ducatis Ianue. nam praetextu talis contractus 25. Ianuini vel scuta solis sunt in obligatione, vt per Sal. & Panorm. in locis praealleg. & dicam in 1. declaratione: & semper intelligitur de ducatis vel scutis probis, i. boni auri & iusti ponderis, & idem de alia moneta, vt per Doct. in d. l. lecta post gloss. in verbo, proba. ff. si cer. pet. nihilominus tamen ex dispositione, l. Paulus, cum glo. & ibi no. licebit dare de alijs ducatis eiusdē bonitatis, ligae & valoris, quādò creditor non esset damnum passurus. Et sic dari poterit de pecunia aere contaminata pro auro, vt dicam infrà, eo. ver. circa secundū & simile quando pecunia deberetur, vt certa

certa species vel certum corpus, quia nō liceret de alia soluere, vt not. Bar. & Doct. in l. talis scriptura, in prin. ff. de l. 1.

Posset autem contingere damnum, si ituro in Galliam debitor scutorum solis vellet dare ducatos, cùm in Gallia ducati pro minore valore expediantur, & nō sit tantum in interesse, si scuta solis deferantur, vel si debitor ducatorum Venetorum aut Ianuensium mercatori ituro ad partes Orientales, vbi tales ducati magis cognoscuntur, & fortè sunt maioris pretij, vellet dare scuta, aut aliud genus ducatorum, prout declarant Ang. & Imol. in d. l. Paulus. & Ioan. de Ana. in c. fin. vlti. charta de malè, Martin. de Laud. in l. cùm quid. ff. si certum peta. & in tract. de monet. Item secundùm Ang. Imol. & Ioan. de Ana. in locis præalleg.
3 † potest esse damnum, si promisissem sub pœna alicui dare ducatos Venetos, nam potero te cogere, vt des mihi de Venetis, si sis meus debitor ducat. Venetorum, ne incidam in pœnam.

Potest etiam secundùm Angel. & Ioan. de Ana esse damnum in commoditate deferendi: quia facilius, & in minore cumulo & pondere defertur vna pecunia, quàm alia & attenta dispositione iuris communis debitor pecuniæ argenteæ non posset inuito creditore soluere de pecunia ære contaminata, vt per glo. Bar. Ange. Imo. & Doct. in d. l. Paulus, & Bart. in d. l. 1. §. fina. ff. de aur. & arg. lega. inuictis no. in d. l. 2. §. 1. ff. si certum peta. nec quod plus est debitor in pecunia argentea posset soluere in auro, secundùm Bart. in d. l. 1. §. fin. ac Ang. & Imol. in d. l. Paulus, not. per aliquos in d. l. 2. §. 1. & tradit Pet. de Anchar. in Clem. si beneficiorum. vlt. q. de deci. non obstante quòd aurum sit preciosius, licèt secúdùm Imol. in d. l. Paulus. debitor in pecunia ære cōtaminata possit soluere in argentea seu melioris argenti: quia censentur comparatiuè de eadem materia, cùm comparatiuum præsupponat positiuum, l. vbi autem non apparet. in princ. ff. de verb. obl. cuius contrarium dicit Salic. in d. l. si quis argentum, & melius in puncto iuris, licèt opin. Imol. sit æquior. Nam pecunia ære contaminata nō recipit eandem in genere suo functionem cum argentea, & ecōtrà, ita vt tam verè, quā iuris fictione dicatur aliud solui, secundùm glo. Bar. & communiter Doct. in d. l. Paulus. arg. illius, l. & l. si quis argentum, in prin. C. de donat. cum ibi not. & l. Titiæ. ff. de aur. & arg. le. quod est intelligendum, nisi forma pecuniæ soluendæ esset reprobata per ea, quæ dixi, & dicam infrà in 2. declaratione. Ratio autē, quare non dicatur aliud iuris fictione solui, quando est diuersitas in sola forma, & in materia pecuniæ est, quia forma nihil dat in valore, saltem plus in vna pecunia, quàm in alia: cùm de iure pecunia debeat esse talis, vt tantam pecuniam afferat in forma, sicut in massa saltem deductis expensis, vt suprà, eod. dictum fuit præcedenti præmisso.

Et prædicta † de mero iure procedunt 4
communi: quid autem de cōsuetudine sit, aut si contraria adsit conuentio infrà, dicetur vbi prædicta limitabuntur. Et ibi dicetur quid si talis mutuò habuit libras centum, vel centum florenos Sab. vel Mediolani. An autem pro argento promisso in massa possit de quacunq; pecunia eiusdem ponderis solui, glo. & Doct. in l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. Et quid econtrà Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. text. in l. quoties. C. de susc. & Archa. lib. 10.

Circa secundum, scilicet consuetudinē dicendum est, quòd vbi viget talis consuetudo, quòd vna pecunia possit pro alia solui illa sit soluenda taliter, quòd possit moneta argentea etiam ære contaminata solui pro aurea, vel ære contaminata pro merè argentea, vt no. glo. Bal. & communiter scribentes in l. si quis argentum. in princ. C. de dona. Bart. & Imol. communiter scribentes in l. Paulus. ff. de sol. Bart. in l. cùm aurum. & clarius in d. l. 1. ff. de aur. & arg. leg. & Bald. in l. libera. C. de fen. & inter l. om. iud. Doct. in l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. vbi dicunt post gl. cessante consuetudine nō posse solui de moneta vnius vel deterioris metalli pro alia. Pan. in c. quant. in fi. commē. de iureiu. vbi But. & Imo. & Bar. in l. si stipulatus sim. 10. in melle, col. 2. ver. pone.

ff.de sol.& in l.diuortio.§.ob donationes. ff.sol.mat.Marti.de Laud.in d.l.cùm quid. & in tract.suo de mone. & Fran.de Are.in cons.14.col.1. & secundùm plures ex Doctoribus allegatis. & Bald.in d.l. libera.2. col C.de senten.& interloc.omn.iud. ista consuetudo est vniuersalis, no. Io.de Pla. in l.1.C.de arg.pretio. lib.10.vbi dicit speciale in fisco,vt cogatur capere & argentum pro auro,no.Roma.in d.l.diuortio.§. ob donationes.ff.solu.matr. quod dictum de fisco secundùm Roman.vbi suprà,post Bar.in l.1. C.de collatione æris, li.10.limi-
5 tatur dupliciter: Primò nisi † fiscus esset damnum passurus ex hoc,per textum in d.l.Paulus.ff.de solu. quam limitationem non habeo pro tuta, per d.l.1.C. de argẽ. precio.& d.l.quoties.C.de succe.& Arch. lib.10.Secundò limitatur secundùm Rom. vbi suprà,nisi fiscus publicę vtilitatis causa vellet in certa pecunia sibi solui, vt ibi per eum.

Et prædicta,quòd stante consuetudine possit vna pecunia pro alia solui, puto limitanda secundũ quod limitatur ius commune, videlicet vt nõ procedant, quando ex hoc creditor læderetur,iuxta d.l.Paul⁹. cum ibi nota. Nam consuetudo est interpretanda secundũ ius commune, & vt intelligatur sine læsione & damno partis,c. cùm dilectus,de cõsuetu.cum ibi latè traditis not.in proposito Bal. in cons.299.incip.punctus quęstionis.in fi.2.vol.2.secundùm penultimã impressionem,& D.Francis.Curt.in tract. de moneta, quem inseruit in l.cùm quid.in 9.q.ff.si cert.peta.quæ limitatio non procederet,vbi contrarium probaretur: videlicet consuetudinem esse,vt non obstante damno creditoris possit vna pecunia diuersæ materiæ pro alia solui,iuxta text.in d.c.cùm dilectus,circa fi.Item limitatur,nisi contraria adsit conuentio,vt infrà dicetur in tribus seq.membris.Et hoc autem quod vna pecunia vt in obligatione,& alia ex consuetudine sit in solutione:infertur secundùm Bar.in l.quę extrinsecus.ff.de verb.obli. quòd si stipuler decem scuta auri, & tu promittas monetam argenteã eiusdẽ valoris,valet stipulatio: de quo per Bald. in l.singularia.ff.si cer.pet.& Mar.de Laud.in d.l.cũ q̃d.eo.ti.

Circa tertium † scilicet circa pecuniam solui in certa forma conuentam: est aduertendum ad modum & conceptionem verborum. Nam aliquãdò quis promittit mihi soluere 25.scuta solis vel 25.ducatos largos simpliciter, vel quia dicat Mediolanense,siue Venetos,siue Ianuenses: & tunc de iure ducati,vel scuta in obligatione,et solutione: licèt in alia forma solui possit, vt dixi in primo membro:sed de consuetudine possit solui moneta pro auro, vt dixi in præcedenti quæstione, & not.Mart.de Laud.in tract.de moneta,taliter quòd ista verba non cõcludunt fuisse de mente partium, quòd præcisè soluerentur ducati, vel scuta consuetudine non obstante, not. D.Francisc.Curt.in d.l. cùm quid, in 9. & 10.q. quasi illa qualitas sit demonstratiua, & non præcisa, l. vxorem. §.testamento, lo.1.cum concor.ff.de leg.3. 6

Aliquandò verò quis promittit 25.scuta solis,vel 25.ducatos largos boni auri & iusti ponderis, & tunc secundùm aliquos illa verba boni auri & iusti põderis,nihil operantur,vt dicunt Bart.& communiter scribentes in l.lecta.super gloss.in verbo, proba.ff.si cert.petat. sed dictum & mens Doct.est,vt nõ operentur,quantũ ad hoc, vt de bona moneta aurea,& non vitiosa in pondere vel puritate auri sensum intelligantur. An † autem ista verba operentur, quòd non liceat soluere in moneta argentea,Doct.ibi hoc nõ dicunt, & secundùm ius cõmune essent superflua: quia debitũ contractũ in moneta aurea,et de iure commune est aurea soluendum, d.l.Paul. cum ibi plenè nota.etiam absq; expressione talium verborum.Vnde quia cõsuetudo maximè in partib⁹ istis,in quibus viget:quã, vt dixi.plures Doct. dicunt vniuersalem. Admittit,vt in debito ducatorũ auri, siue alia plica cõtracto liceat soluere monetã argenteam pro aurea, dicendum puto, ne illa verba boni auri, & iusti ponderis sint superflua,quòd partes voluerunt se astringere ad solutionẽ faciendam in ducatis auri vel scutis, & nõ aliter p ea,quę in similibus 7

simili dixit Bar. in l. si stipulatus sum 10. in melle. 2. col. ff. de soluti. vbi dixit, quod si promitto tibi dare centū in pecunia minuta, ex quo omninò promissio de minuta intelligebatur, l. numis, ff. de leg. 3. illa verba de pecunia minuta intelligentur, quod non possint in grossa fieri solutio, non obstante quod de consuetudine liceat vnam pecuniam pro alia soluere, & credo quod ista sit veritas. & ita tenuit Marti. in tract. de monet. per l. 1. C. de vet. num. pot. lib. 11. ibi iusti ponderis, & text. cum gloss. in c. quanto, de iureiur. sed non respondet ad consuetudinem prout respondet Bart. in l. si stipulatus sim 10. in melle, & dicit, D. Franc. Cur. vbi suprà, quod plures Dd. Mediolani. & ferè omnes Papien. Doct. ita cō suluerunt in consi. incip. Antonius Ottenus. & prædicta vera, secundùm Doct. prędictos, nisi vbi contrarium obseruaretur, vt in collegio Mediolani, quod obseruat, vt esto quod quis promiserit etiam dotis nomine florenos mille auri boni & iusti ponderis intelligatur de florenis ad rationem solidorum 32. pro singulo floreno, non autem de florenis seu ducatis aureis, pro quibus aliqualiter facit quod de solidis dixit Bart. in l. quoties, C. de success. & Archa. lib. 10.

8 Aliquando verò † quis promittit ducatos vel scuta auri & in auro: & tunc secundùm omnes indubitanter solutio fieri non poterit in moneta, est enim sensus quod primò promitto ducatos auri, & ꝙ quia stante simpliciter hac promissione, possum soluere in moneta, promitto soluere in auro per ea quæ dixi in membro præcedenti, & secundùm Mart. de Lau. & d. Franc. Curt. in locis suprà, proximè alleg. ita obseruat collegium Mediolanens. quando quis promisisset florenos auri, & in auro, vt intelligatur de ducatis, seu florenis aureis: & quod dixi in ducatis & scutis procedit in moneta, siue secundùm primum membrum quis constituisset se debitorem de centum libris in grossonis, ne possit solui in alia moneta, siue secundùm sequentia membra quis promisisset certam summam: putà scuta decem soluenda in grossonis, vt non obstante consuetudine teneatur soluere in grossonis, vt per d. Bart. in d. l. si ita stipulatus sim 10. in melle suprà, suprà relatum cum concord. præalleg. & infrà, proximè allegandis.

Aliquandò verò & quartò, quis dat alicui centum libras in tot florenis auri seu ducatis auri vel scutis, & ita sonat instrumentum quod Titius dedit centum libras Sempronio in depositum, vel dotis nomine, aut mutuò in tot ducatis, & tunc secundùm Barto. in l. Paulus, vltim. quæsti. ff. de solut. & Panorm. in c. quanto, de iureiur. in fin. commen. cum concord. alleg. in 8. limitatione, in princi. vbi latius † hoc examinabo: centum libræ sunt in obligatione & non videntur voluisse se partes astringere, vt fiat solutio in moneta aurea: prout fuit [illegible]ta, scilicet illam monetam æstimare: & in eo casu poterit secundùm Panor. solui in alia moneta stante maximè consuetudine præalleg. & ista est veritas, quæ procedit, nisi dictum sit hoc acto quod restituam in florenis seu ducatis aureis, vt infrà, proximè dicetur, vel nisi in diuersam monetam soluendo esset creditor dānum passurus, vt prædixi: & dicā in versi. 6. post Angel. in l. fin. C. de vete. num. pot. lib. 11. Quomodo autem quandò vna moneta est in obligatione, & alia est in facultate soluendi formentur libellus & sententia, & sic procedendum. not. per Inn. Ioan. And. Panorm. & Can. in c. olim, de censi. Bart. & Doct. in l. si stipulatus sim decem in melle. ff. de solut. Paulus de Castr. in l. sed addes, §. si dominus, ff. locat. cum concordant. 9

Aliquandò verò & quintò exprimitur, quod debeat † fieri solutio in certa specie pecuniæ, vel in pecunia eiusdem bonitatis & qualitatis: cuius est mutuata vel in dotem data: & tunc pactum est seruandū, vt est expressum in c. quanto, de iureiurā. vbi glo. & Doct. hinc dicit Imol. in dicta l. Paulus, in vltimis verbis, post Ioan. Andr. in d. c. quantò. vtile esse in contractibus apponere, quod solutio fiat in eadem materia, eodem pondere, eadem æstimatione, & hoc maximè procedit vbi interue- 10

 nisset

nisset iuramentum, secundùm gloss. in c. quanto.& dicam in 8.limitatione,& in 26. declaratione.

His autem casibus quibus dixi vel de iure communi, vel de consuetudine posse vnam pecuniam pro alia solui, limitatur, vt dixi suprà, eo. in vers.1.1. col. nisi creditor foret damnum passurus. Item nisi quis vellet dare pecuniam reprobam vel tonsam, vt in l.1.C.de vet.nu.pot.lib.11. cũ ibi not.& l.eleganter.§.qui reprobos, ff.de pigno.act.& not.per Bar. in d.l.Paulus. Item nisi quis vellet dare pecuniam, quæ non est in vsu: saltem in loco solutionis, vt dixi suprà, in 1.& 2.declaratione.

Aliquandò verò & sextò non promittitur certa species pecuniæ, sed promittitur pecunia sub certo nomine vniuersali, vel collectiuo, quod in certa specie pecuniæ non consistit, & quod applicatur ad quamuis speciem pecuniæ, vt dicimus in floreno Mediolani, qui valet 32.solidos Mediolani, vel in libra, quæ valet 20.solidos, vel in floreno Sabundiæ, qui valet grossos 12.Papæ, seu Sab. tam de preciosa moneta, & preciosiorib. solidis, quàm de debiliore

11 & debilioribus: & tunc si † quæramus, quę moneta sit in obligatiõe vel facultate soluendi, dicendum est secundùm Angel. in dicta l.fin.C.de vet.num.pot.libr.11. quod possit de qualibet moneta bona, & cursum habente solui, ita quod erit in electione debitoris soluere, de qua pecunia velit, nisi secundùm Ang. creditor esset damnum passurus capiendo de vna pecunia magis, quàm de alia, arg.d.l.Paulus. Circa quod puto animaduertendum, quod aut debitor librorum vel florenorũ Sab. est debitor occasione pecuniæ per eum habitæ, putà mutui vel dotis, & certum est quę pecunia sit exbursata: & tunc tenendum est, quod de tali sit faciẽda solutio, vel de alia diuersæ materiæ secundùm consuetudinẽ ita tamen quod creditor damnum non patiatur, vt prædixi per d.l. Paulus.

Aut verò sumus in casu, in quo nõ constat qualis pecunia fuerit exbursata: vel sumus in debito causato absque datione, alicuius pecuniæ per creditorem: vt quia vendidi tibi mulam pro centum florenis Sab. vel pro centum libris, & possit dicere Ang. verum: quod est in electione debitoris temperando eius dictum, prout infrà, nec tunc procedit limitatio Ang. quod sit inspiciendum: an sit creditor damnum passurus, quia l.Paulus, loquitur, nisi vbi certum est, quæ pecunia esset in obligatione, ista tamen elect. secundùm Paul. de Castr. in d.l. Paulus, non debet esse effrenata: quia si non vult dare de moneta in grossa: saltem debet dare de mediocre: nec posset me cogere ad capiendum de ære contaminata, putà de quartis grossi Sab. vel de sexinis, argum.l.legat.generaliter, ff.de lega.1. facit l.qui lancem, ff.de auro & argen.leg. sed in contrarium facit, l. semper in stipulationibus, cum ibi not.per Barto.ff.de regul.iur.& in l.numis, cum ibi notat. ff. de le.3. vbi traditur: quod † in dubio cẽsendũ est, quod contrahentes senserint de minima pecunia, propter quod ex mente Bartol. ibi post gloss. in d. l. semper dicendum videtur, quod sit consideranda qualitas rei, & personarum, & mos regionis, ac id, quod est verisimile fuisse ex alijs maximè coniecturis de mente contrahentium: pro ut in simili dicetur in sequenti membro, nam si quis mihi vendat pro magna summa, non est verisimile, quod fuerit eius mentis, vt vellet sibi tradi magnam summam sexinorum, vel alterius pecuniæ ære contaminatæ: & maximè hoc non est verisimile in mercatore vel campsore, cùm isti soleant quærere bonam monetam auream vel argenti preciosi: & quis emeret pro modica summa, aut venderet aliquid istis, qui vendunt minutatim super plateis: & colligunt ex suo exercitio multùm de pecunia minuta: credo quod ex modicitate pretij, vel ex qualitate personę debitricis coniectari posset, vt de minima etiam pecunia censeretur facta promissio, de quo infrà dicetur. 12

Est tamen aduertendum, † quod ex mente Bart. in d.l.Paulus, circa prin.commen. dicendum videtur, quod promissor librarum vel florenorum Mediolani intelligatur in dubio promisisse soluere in solidis, 13

lidis, cũ libra per solidos æstimetur: quia valet 20. solidos, & sic quod promissor librarum imperialium, videtur imperiales promisisse, taliter quod de his casibus soli di & imperiales viderentur esse in obligatione & facultate soluendi: pariterque videtur dicendum in promissione florenorum Sab. vt videatur promisisse soluere in pecunia, per quam ipsi floreni ęstimantur. videlicet in grossis Sab. vel Papæ, si de illis reperiatur, aut in quartis paruis, per quos tales grossi æstimantur, cum valeat quartos quatuor paruos.

Et fortè in puncto iuris hæc opinio esset verior, sed quia consuetudo aliter obseruat, videlicet vt promissor talis intelligatur promisisse, & soluere possit de quauis moneta: & generaliter, non autem respectiuè ad monetam secundùm quam talis florenus vel libra æstimetur talem consuetudinem seruabimus. Et vbi non vigeret, tenendum puto, quod illa pecunia minuta qua mediante talis florenus vel libra æstimatur, esset in obligatione, vt prædixi post Bart. in d. l. Paulus, in princ. commen.

Sed iuxtà hoc occurrit dubitatio, si debitum sit ita antiquum, vt non constet qualis esset moneta promissa: putà de annis octo centum vel mille, & loquatur obligatio in ducatis vel florenis auri, vt videmus in aliquibus vasallis, qui in antiquissimo tempore tenētur singulis annis ad certam summam florenorum, cum nesciri possit benè, an tunc vigerent floreni legales, quorum 72. faciebant libram, iuxtà l. quoties, C. de susce. & Archa. lib. 10. vel sit debitum in solidis Mediolani à tanto tempore, vt nesciamus eorum ligam & qualitatem: quid iuris tunc erit, istam quæstionem tāgit Salicet. in l. fin. C. si cert. peta. vbi dicit florenos auri seu ducatos antiquos, licèt 72. facerent libram auri, esse nihilò minùs sub incerto, cum librarum quantitas & vnciarum numerus sit varius: quia alibi maior est libra & vnciæ quantitas, quàm alibi: vt ibi per eum: quam q. succinctè deter minabo in 1. declarat. conclusionis fiendę: & in 2. fallen. seu limitatione.

14 Aliquandò verò & † vltimò in aliquo loco contractus concurrunt duæ vel plures monetæ eiusdem nominis, vt Mediolani & Papiæ: vbi habent ducatos in moneta, & ducatos auri, quorum alter altero præualet: & florenos auri, & florenos in moneta Papiæ, libram Papiensem solidorum 10. & libram Imperialium soli. 20. & Florentiæ, vbi loquuntur de florenis antiquis & de nouis, & de solidis, & libris grossis & paruis, vt videmus Romæ, & cōmuniter alibi, vbi sunt ducati Papales & largi & ducati de Camera, seu ducati stricti: & videmus in partibus Frāciæ, vbi scuta sunt solis. Item scuta Regis quorū sunt aliqua antiqua, aliquā nō, inter ea est differentia in pondere & valore, ac etiam in liga. Et tūc potest dubitari de qua pecunia senserint in dubio cōtrahentes, non exprimentes de quibus ducatis florenis vel scutis aut libris senserint, ita vt quæ pecunia sit in obligatione vel solutione dubitari possit. Et Bart. vt dixi in præced. membr. tāgit hanc q. in d. l. Paulus, & Hosti. in tit. de censi. §. ex quibus in prin. Arguit ad partes an de meliore, an de mediocri, an de minima sit facienda solutio vel cēseatur cōtracta obligatio, & breuibus ex mente Dd. si debitum est causatum ex præcedēti exbursatione, vt in dote mutuo & simili lib. vt cōstat sub quo nomine pecuniæ fuit facta exbursatio, seu quæ quāta pecunia sit exbursata secundùm illā intelligatur facta promissio, vt dixi in præced. membr. no. Paul. de Cast. in d. l. cū quid. & in d. l. Paulus. Alias autem ex cōsuetudine locorū, vbi contrahitur obligatio ex coniecturis ac verisimili, iudicabimus hoc, & ex qualitate rei. facit l. Imperatores, ff. de contrah. emp. & l. apud Iulianum. §. scio. ff. de leg. 1.

Nam † si vendātur res magni pretij per florenos & intelligendo de florenis monetæ contingeret quod pro modica vendita reperiretur, intelligemus de florenis aureis, secundùm Bart. & Paul. de Cast. in d. l. Paulus, & Bart. in d. l. numis, ff. de leg. 3. & Bart. post gl. in l. semper in stipulationib. ff. de regul. iur. & his cessantibus in dubio intelligemus de eo quod minus est in d. l. numis. & d. l. semper, cū vtrobiq; notatis, & no- 15

& notant Bart. & Paul. de Castr. & Alexā. in d.l. Paulus, & Speculat. in tit. de solut. §. nunc aliqua, in fin. Ideò Bart. & Doct. in l. stipulationum quædam, ff. de verb. obli. dicunt quod promissio aureorum non est incerta. licèt reperiantur aurei diuersæ speciei & valoris, quia intelligitur secundùm regionem & eius consuetudinem, & ad pondus regionis: & varia sit consuetudo de minoribus. d.l. numis, & facit fortius obseruantia sacri collegij Mediolani: de qua suprà, e. quod etiam si quis promittat florenos centum auri boni & iusti ponderis, intelligitur de minoribus florenis ad rationem 32. solidorū pro floreno promisisse. Etsi sit diuersa † consuetudo inter locum contractus, & locum destinatæ solutionis vel locum, vbi est, vel vendita, attendi debet consuetudo loci contractus, vt per Bart. in d.l. semper, & Bald. in l. qui non militabat, §. Lucio, ff. de hæredi. insti. & Ioan. Andr. qui fuit fur. Oldr. in addit. Spec. de concess. præben. in Rubr. vltim. colum. & Oldr. in cons. 168. in princ. & latè Alexand. cons. 21. incip. visis his, 2. volum. & latius do. Bart. Socin. cons. 147. incip. circa primum, licet in contrarium facit l. vinum. in fin. ff. si cert. petat. sed loquitur in moroso, & hoc procedit generaliter secundùm Bald. in d. §. Lucio. vt quando est diuersitas inter locum contractus, & alium quemlibet locum sit attendendus locus contractus & moneta quæ ibi frequentatur.

16 Et quod † quando vna moneta est magis vsitata, quàm alia, intelligitur de magis vsitata facta promissio, & quod in dubio præsumantur partes sensisse de pecunia vsuali, seu quę communiter est in vsu: necnon de magis vsitata, probat text. cum gloss. in c. 2. de maledic. & in Clement. 2. de decim. vbi gloss. alleg. & concord. volunt Hostien. Goffre. & Panorm. in c. 2. de maledic. & dom. Philip. Cornæ. in consil. 321. incipiente, de plurib. vlt. colum. 3. volum. vbi hoc limitat, & benè, nisi noua & vsualis moneta esset mutata vel deteriorata in bonitate intrinseca, quia esset facienda solutio de antiqua moneta vel de noua ad æstimationem seu rationem & valorem antiquæ, per c. olim causam, & c. cum canonicis, de censi. de quo dicam infrà, latè in prima declaratione. vel nisi debitum causaretur ratione alicuius legis vel statuti: quo casu attenditur tempus solutionis, seu moneta vsualis & currens illo tempore, quamuis ære sit contaminata, vel à tempore legis conditæ, vel statuti in bonitate intrinseca deteriorata, de quo dicam infrà, eodem in 12. declaratione cum qua sententia etiam transit ipse Cornæus consil. 181. incip. nonnullis. 27. colum. versi. restat 3. volum. vbi dicit illa iura, videlicet dict. Clem. 2. cum glo. & d.c. 2. de maledic. posse intelligi, vt loquantur de moneta vsuali & tempore contractus currente: quod nō puto verum, prout dicetur infrà in 12. declaratione & conclusionis faciendæ.

Et quod intelligatur facta promissio de pecunia magis vsitata, voluerunt etiam Cardinal. in dicta Clement. 2. de deci. in 12. quæstione. & Pet. de Anchar. ibidem in penultim. quæstio. & Ioan. de Imol. ibidem, & Hostiens. post Goffred. in titul. de censi. §. ex quibus, in princ. vbi vlterius dicit, quod primò attenditur consuetudo loci: & ea cessante, consuetudo parochiæ, ꝙ si ambæ pecuniæ essent pariformiter vsitatæ, tunc secundùm Panorm. post Hostien. & Goffred. in d.c. 2. de maledic. de minori censeretur facta promissio, nota maximè per Alexan. in d.l. stipulationum quędam, & patet ex prædictis. Aliàs autem de moneta noua potiùs, quàm de antiqua, secundùm Bald. in d. §. Lucio, quod est declarandum, prout infrà, in 1. declaratione, cum sequen. & secundùm prædicta est intelligenda doctrina Ange. in l. medios. C. de susce. lib. 10. dum dicit, quòd ille † qui promisit dare mille aureos tenetur dare ad pondus 17 statutum per commune ciuitatis, & si certum pondus non est in communi, sed sunt diuersa, recurrimus ad consuetudinem regionis, de qua si non appareat vel sint diuersæ consuetudines, sequimur quod minimum est, nec obstat ad hæc decisio Bald. in l. quicunque, vltim. colum. C. de ser. fugi. dum dixit, quod vbi est moneta diffinita,

ta, seu taxata per legem, de illa est statuendum vel intelligendum, non de visuali, seu vulgari & currente: quoniam respõdebitur infrà, in 12. declaratiõe, quia prædicta procedunt quò ad intellectum hominis, id est, de qua pecunia homo vel contrahens senserit, decisio Bald. loquitur de sensu legis vel statutis de quo latè dicetur in 12. declaratione.

Et insuper quãdò dubitatur de qua pecunia sit facta promissio vel fuerit sensum, attendi debent statuta loci contractus cum contrahentes intelligantur cõtraxisse secundum statuta loci contractus, prout in simili supra, supra fuit dictum de consuetudine loci, & ita consuluit Francis. de Areti. consil. 11. incip. producendum 3. col. cum seq. & Alex. d. consil. 11. 2. volu. vbi traditur per eos, an tale statutum liget forensem ignorantem ipsum statutum, & si adsint ipsa ambo statutum & consuetudo attendentur, consuetudo si sit præscripta, alias non secundũ Doct. præall. maximè Aret. in d. consil. 11. & vult Bal. in l. si quis argentum, in prin. C. de donat. de qua consuetudine dicetur infrà, in conclus. 3. & 4. fallen.

Et si constaret de assuetudine & modo soluendi ipsorum contrahentium vel ipsarum particularium personarum respõdi multoties in facto de tali pecunia præsumi sensum fuisse per contrahentes & quod talis præsumatur fuisse promissio qualis apparet subsecuta solutio per nota. per Bald. & Angel. in l. si certis annis, C. de pactis, vult Bal. consil. 423. incip. est dicendum in fin. 2. vol. pen. impressione, voluit d. Philip. Cornæus consil. 181. incipi. visis nonnullis 29. col. 2. vol. & Socin. in d. consi. 247. incip. circa primum, facit l. si seruus plurium, §. fi. ff. de l. 1. & d. l. numis, ff. d. l. 3. cum concor. circa quod videri possunt quæ dixit Alex. consi. 113. incip. viso & considerato. penult. & vlti. colu. 3. vol. & Felin. in c. cùm Bertoldus circa 12. col. versi. perceptio pensionis, de re iud. & ista particularis consuetudo soluendi præualebit aliis coniecturis, de quibus suprà, ac generali consuetudini ac statuto per prædicta, & secun. Bal. in d. consil. 423. † attenderetur pecunia à partibus soluta etiam semel tantum vel pro parte solutionis. Cæterum quia ius ducatos aureos seu florenos aureos solidos appellat vt in l. quoties. C. de susce. & Arch. lib. 10. & nos appellamus solidos, quorum 20. faciunt libram. 18

Est aduertendum secun. Bald. in l. quoties, quod promissio solidorum intelligeretur secundum quod communiter vtimur, hoc est, de solido minuto, seu monetæ minutæ. Et quia, vt dictum fuit suprà, in 1. præmisso circa 2. col. 72. floreni aurei secundum iura cõstituunt libram auri, & hodiè plures requiruntur in constituendo libram auri, prout etiam dicit Bart. in l. quoties, & in Rub. C. de vet. nu. po. li. 11. Est aduertendum, quod promissio solidorum aureorum vel ducatorũ, seu aureorum deberet intelligi secundum modernum vsum & vsum cuiuslibet regionis, vt colligitur ex no. per Ang. in l. modios. C. de susce. & Arch. lib. 10. cum concord. in præcedentibus proximis co. allegatis, facit quod dixit Bal. in l. si duob. 1. col. C. commu. de l. iunctis his, quæ dicam in 12. declaratione.

Tertiò est videndum secundum cuius temporis æstimationem & valorẽ sit facienda solutio vel æstimatio pecuniæ cõmensuranda. An s. secundum tempus formatæ & factæ dispositionis vel cõtractæ obligationis. An verò secundum tempus futurum ac solutionis aut moræ. Et hæc est materia hic principaliter tractanda.

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ valor ac qualiter consideranda sunt secundum tempus dispositionis & obligationis.*

2 *Consensus inspicitur in contractibus secundum tempus contractus.*

3 *Solutio quando fieri debeat de pecunia tẽpore contractus nu. 7. & 9.*

Census antiqui de qua pecunia soluendi.

4 *Dotis solutio de qua pecunia facienda.*

Moneta mutata in materia nõ dicitur eadem

dem in genere & bonitate.

5 *Aurei maiores reducendi ad intellectum valoris veteris monetæ.*

6 *Debitor pecuniæ in genere de qua pecunia soluere debeat.*

8 *Pecuniæ bonitas secundum vsum considera-tur, magis quam ratione materiæ. Obligatio cõuentionalis intelligitur de moneta currente tempore obligationis.*

Prima Particula siue Conclusio quæ ampliationes seu declarationes habet 18.

His sic præmissis, facio conclusionẽ in hac materia augmenti & diminutionis monetarum.

1 Quod valor † & qualitas pecuniæ sint attendenda ac consideranda secundũ tẽpus dispositiõis vel obligationis, seu quo obligatio vel dispositio contrahitur & formatur, non autẽ secundum tempus futurum, vel solutionis, quando. s. dispositio vel obligatio formatur vno tẽpore, & solutio fieri debet, vel differtur in aliud tempus, & interea valor & qualitas pecuniæ variantur, seu alterantur. Et ista est commun. Doct. opinio quam tenuit Pileus, quem refert & sequitur Ioan. And in addi. Spe. in tit. de sol. §. nunc aliqua, Ver. si. vbi etiam Bald. in addi. incip. nota hic, quam opinionem etiam tenuit Iac. But. in q. sua incip. quæstio talis proponitur: Quidam Colonus. & Old. in consil. 31. incip. thema quidam, &c. in q. post Azo in suis brocardis, & ipse Oldr. consil. 168. incip. ad primam, versic. ad tertium, & Alb. de Ros. post Guiliel. de Aug. in l. Vinum, vlt. col. ff. eod. Bart. in l. res in dotem. ff. de iure Do. Ant de But. Imol. Panor. Can. in c. quant. de iureiu. Card. Zaba. Pe. de Anch. & Imol. in Cle. si. per illum text. de deci. & Bal. in l. si duob. in prin. vers. item quæro. C. communia de le. vbi dicit hoc verũ
2 in contractibus eò quia † in eis inspicitur cõsensus secundũ tempus contractus, facit d. l. cum quid, iunct. d. l. vinũ. & d. l. res in dotem. & c. olim, & c. cum Canonicis. de censi. Et prædictam etiam opinionem tenuit Bal. in l. acceptam, 12 q. C. de vsur. & Ro. in cons. 123. incip. circa primum dubium. & Ioan. de Ana. in c. 2. vlt. charta de malef. Marti. de Lau. in tracta. suo de moneta in d. l. cum quid. & Calca. in cons. 14. 12. col. cum pluribus cõcor. quæ infra per discursum suo loco adducentur. Et prædicta opinio tanquam communis est tenẽda, quamuis Barto. in l. cum certum, ff. de auro & arg. leg & in l. Paulus, in fin. ff. de sol. & Bart. in d. l. cum quid. & consil. 137. incip. super eod. 1. vol. secundum penultimam impressionem & 424. incip. quia cõuentiones. 2. volum. & Francisc. de Arec. in d. consil. 11. incip. procedendum 2. colũ. aliter videantur tenere distinguendo inter variationem quæ fit de bonitate intrinseca: quo casu fatentur attendi tempus contractus: & eam quæ fit de bonitate extrinseca, quo casu dicunt communem opinion. esse, vt attendatur valor tẽporis solutionis, quòd etiam tenuit Bart. in d. l. cum quid, & in d. l. res in dotem. cũ concor. allegat. per Arec. in d. cons. 11. Sed intelligendo hanc sanè conclusionem & eorum dicta non discrepant ab hac conclusione, vt latè dicetur. inf. in 5. & 6. decla. iunctis his, quæ dicentur in 3.

Et secund. Panor. in d. c. olim de censi. prædicta conclusio procedit ex quacunque causa sit soluendum debitum, siue ex contractu, siue ex testamento, siue ex iudicis taxatione, quòd latius examinabo. inf. in decla. & ampliationibus. Et prædicta etiam procedunt, vbi pecunia non est in obligatione vel solutione, sed in solẽnitate, putà, quòd non valeat contractus, qui excedat tantam summã, nisi interueniat talis solennitas: quia illa summa est consideranda secundũ tempus dispositionis secun. Bal. in l. illud circa fin. cõmen. C. de sacrosan. Eccl. & dicam inf. in 12. decla. vbi tradet, quid in dispositione l. vel statuti. Procedit etiam prædicta cõclusio siue æstimatio causetur à taxatione, l. vel statuti, siue à consuetudine, vt per Bal. in l. si quis argentum, in princi. C. de don. & patebit ex inf. dicendis in 12. declar. & in 3. fallen. siue ex conuentione, vt infrà. 1. 8.

fallen. siue aliter fiat æstimatio, de qua æstimatione quomodo fieri debeat & possit: dictum fuit hac conclusione in 1. præmisso.

3 Prædicta conclusio † declaratur vt indubitanter procedat quando variatur bonitas intrinseca pecuniæ: vt quia fiat de meliore & preciosiore liga, & plus valēs aut de minore & viliore, & minus valens licet sub eodem pondere & etiam sub eadem forma: nam solutio fieri debet aut post secundum antiquam pecuniam: hoc est, de pecunia antiqua si reperiatur, vel de noua æquiualentia, seu ad æstimationē antiquæ, c. olim. & c. cum canonicis de cēsi. vbi antiqui census solui debent de antiqua moneta, vel de noua vilioris metalli ad æstimationem antiquæ. Etsi noua sit melior antiqua, debet de noua tantò minus dari, secund. glo. in d. c. cum canonicis, quia qui diminutam recipere nollet, meliorem exigere non debet, argu. l. pen. C. de solu. & l. qui bona. §. quamquam, ff. de dam. infec. no. Ioā. And. in add. Spec. in titu. de solu. §. nunc aliqua in addi. incip. olim. no. Signo. in consil. suis nume. 74. in q. incip. quæstio talis proponitur, quidā Colonus, quam dixi supra esse Iaco. But. & pulchrè Old. consil. 200. incipi. factum tale est.

Et cum hac sententia, quæ est communis & iure probata, transeunt Doct. in iuribus præalleg. & Canon. in c. quanto, de iureiur. maximè Bu. Imo. & Pan. per l. creditor. in prin. ff. de sol. Bart. Ange. Cuma. Imo. & Doc. in l. Paul. l. 1. ff. eod. tit. de sol. Alb. de Ros. in d. l. cum quid. ff. si cert. pet. vbi etiam Bar. Ang. & Paul. de Castr. post Dyn. & Iac. de Are. vbi loquuntur principaliter in mutuo, & generaliter in debito ex alia causa, ac Guil. de Suza. in q. suis 7. char. & Pil. q. 29. inci. Lucius Tibius Menio fundum locauit. & in q. 30. incip. quidam creditor Bononien. & Spec. in d. §. nunc aliqua in fine in tit. de sol. Bal. in cō sil. 137. incip. super eod. 1. vol. & 339. incip. punctus quæstionis. 2. vol. secund. penult. impressionem, latè Zaba. in Cle. si beneficiorum. 13. q. de deci. vbi Pet. de Anch. & Ioā. de Imol. Franci. de Aret. in l. quod te, ff. si certum petat. vbi tam de debito ex causa mutui, quam ex alia causa, & d. Cornæus latè in consil. 321. incip. de pluribus vlt. col. 1. vol. vbi dicit hanc esse communem opin. & in consi. 181. incip. visis nonnullis 27. col. vers. restat. 2. vol. & Soci. in l. cum quid. per d. l. creditor.

Hinc secundum Barto. in l. res in dotē. ff. de iure dot. † si dos sit constituta & data dudum, & sic in antiqua moneta, quæ sit variata in materia & petatur restitui, debet fieri solutio & restitutio secūdum antiquam monetam, vel secundum eum, in d. l. cum quid. de noua ad æstimationē antiquæ, & secundum Bald. in d. l. cum quid, ita obseruatur de consuetudine, ratio est secundum Bart. ac Doct. ibi, ac in locis suprà, alleg. quia moneta mutata in materia non dicitur eadem in genere & bonitate, sed alia. Et prædicta procedunt secundum Albert. de Ro. post Dy. & Docto. suprà alleg. non tantum si mutata fuerit moneta in materia, seu in liga, seu preciositate & bonitate intrinseca, verum etiam in pondere, seu vbi variatum esset pondus, pro quo facit d. l. 1. C. de ve. nu. po. libr. 11. vbi Io. de Pla. & idem Ioan. de Pla. post Dy. in l. 2. eod. tit. & Pau. de Cast. in l. 1. in princi. C. communia de leg. vult Bal. in l. acceptam. 12. q. C. de vsur. no. glo. in c. conquerente, in verbo, solidos, de offi. ord. quæ loquitur de solidis debitis pro cathedratico, vel synodatico, ita quòd si debitum sit secundū tempora, solidi quibus 72. seu ducati faciebant libram auri, iuxta. l. quoties. C. de susce. & Arch. li. 10. sit nunc facienda solutio ad aliam æstimationem, quamuis de illis solidis, seu florenis aureis nō reperiatur, sed de nouis, quorum 96. faciunt libram secundum Paul. & Anto. & de But. ibidem post alios & hoc siue maior pecunia sit in vsu, siue non sit in vsu, sed minor tantum, vt per gl. ibi Anto. But. & scribentes. & proprerea Bal. in l. si duobus 1. col. ver. item quæro. C. communia de leg. dixit, quòd † si aurei hodie sunt maiores vel minores, quā olim, reduci debent ad intellectum valoris veteris 5

monetę, per l. si aliud, C. de susce. & Arch. li. 10. & l. 1. C. de vet. nu. po. li. 11. licet non persistit in illa opinione, quando sumus in dispositione alicuius legis vel constitutionis de moneta loquentis, de quo inf. in 12. decla. dicetur. Et sic patet, quod prædicta procedunt non tantum quando de antiqua moneta non reperitur, vel non est in vsu. Verum etiam quando reperitur de traq; videlicet tam de antiqua, quam de noua variata, prout supra volente debitore soluere de noua, quòd maximè voluit Pet. de Anch. in d. Cle. si beneficiorū pen. col. & est de mēte Old. in cōs. 250. & in cō si. 13. & Ioā. And. in add. Spe. in alleg. tit. de sol. §. nunc aliquo in fi. in add. incip. olim. & latè d. Corn. in d. cons. l. 321. incip. de pluribus, col 3. vol. volens quod moneta vsualis seu currens diuersa in bonitate intrinseca solui debeat ad rationem & æstimationē antiquæ, & ibi respondet ad cōtraria volentia solui posse de vsuali pecunia vt intelligi debeant ad prædictā rationem & æstimationem, & alia eius resposio non placet, vt elicitur inf. 12. de. l. & idem voluit ipse Cornæus cons. 181. incip. visis nonnullis 1. colum. versic. restat, 3. volum.

6 Item prædicta procedunt etiam † si qs sit debitor pecuniæ in genere, puta, in libris, in florenis Mediolani vel Sab. pro quib. fit solutio in omni pecunia cū nulla petia pecuniæ inueniatur, vel fiat modo appelletur libra vel florenus Mediolani aut Sabundiæ, vt late dicetur infrà, in 6. decla. iunctis etiam hic, quæ dicentur infr. in 8. lim. in 3. q Et si de valore & bonitate antiquæ pecuniæ, de qua in obligatione apparere nō posset, dico ꝙ aut cōstat de aliqua solutione facta circa obligationē, vt in censu aliquorum annorum vel parte solutionis, & tūc talis præsumitur fuisse obligatio qualis fuit subsecuta solutio per no. per Bal. & Ang. l. si certis annis, C. de pac. & per Bal. in cons. 423. incip. est dicendū, in fi. 2. vol. secudū penultimā impressionē & dictū fuit suprà in 2. præmisso prope fi. Alias autē habemus recursum ad monetā illius nominis vsualem, secund. Salyc. l. fi. in fi. commen. C. si cert. pet. vel ad obseruationē vrbis Romæ, secundum eum cōsiderando prius obseruātiam locorum vicinorū, vt est de mente Old. in cons. 168. incip. ad primam vers. ad tertium, & Io. And. in addi. Spe. in Rub. de concel. præben. prope fin. Et hic cessantibus de minore centeremus secund. Saly. vbi suprà, vel melius ex mente Bart. in l. Paulus, ff. de solutione precia. ex rei qualitate iudicaremus, vt dixi, & ad hoc videantur quæ dicam in sequenti amplificatione, versi. & ad id.

Ex prædictis infertur quod debitor solidorum paruorum Madiolani longo tempore decurso, quorum 80. & sic 4. libræ faciebant ducatum, seu florenum auri, non possit loco antiquorū de nouis, † qui sunt 7
vilioris metalli vel minoris pōderis, sed debet soluere de antiquis si reperiantur, vel de nouis ad æstimationem antiquorum, hoc modo: quia cum 80. ex antiquis facerent florenum auri seu ducati ex nouis sint necessarij 92. vel 94. tenebitur loco 80. ex antiquis dare 92. vel 9 . ex nouis.

Et idem econtrà si non essent meliores: quia non teneretur debitor dare tot de nouis, sed tantò minus, putà si 80. ex nouis facerent florenum auri, & debitum esset cōtractum tempore, quo florenus auri valebat 92. qui erant vilioris metalli vel minoris ponderis, nam debitor soluet 80. ex nouis loco 92. ex antiquis. Et hoc verum est, si ex mandato principis moneta noua, licet vilior aut minoris ponderis successerit loco antiquæ taliter, quod pro tanto expendatur, quantum valebat & valet antiqua melior. per text. in leg. Paulus, sed attenta consuetudine soluendi in alia materia, secus esset secundum Albe. de Ro. in d. l. cum quid, in fi. commen. & infrà dicetur in 2. limit. no. Io. And. in add. Spe. in ti. de sol. §. nunc aliqua. in fi. in add. incip. olim nam si pro 80. ex nouis viliorib. potest haberi florenus auri, sic pro 80. ex antiquis melioribus haberi poterat, nullū adest interesse creditoris, & hoc etiam tenet Do. Soci. in eadem l. cū quid, 1. concl. vbi dicit, quod potest

potest solui de noua viliore,quando successit loco antiquæ,si consuetudo ita se habeat,aliàs non.

8 Et hoc maximè procedit, quia bonitas pecuniæ secundùm vsum consideratur, & magis est respectu vsus, quam materiæ.c.quis ignorat,cum gloss. 32. q.4. & text.in c.eijciens. 87.distinct. quem text. alleg.ad hoc Panormita.in d.c.quanto,in antepen.colum.versic.nec obst.not. Old. in consil. 16*.incip.ad primam,in 3.dub.facit c.2.maledic. dum dicit, soluendam vsualem monetam. & Clement. fin. de decim. dum ibi dicitur ad monetam communiter currentem. & facit l.Imperatores.ff.de contrahen.emp. dum vult,in rerum precijs consuetudinem obseruari.
7 facit l.Labeo & Sabinus. ff.de verbor.signific.cum vulg.

Et secundùm prædicta potest saluari opinio eorum,qui dicebant, posse solui nouam pecuniam loco antiquæ subrogatam: esto, quòd de antiquo non reperiatur,prout fuerunt Petr.de Bella Per. Od. & Guiliel.de Cu.quorum dicta refert Alber.de Ros.in l.vinum,vlt.colum.ff.si cer. petat. & d.l.cùm quid. & ibi Bald. tacito authore postposita distinctione Bald.ibi, qui in suo confuso sermone videtur tenere, quòd si reperitur de antiqua, fit de illa soluendum,aliàs de noua, secundùm suam æstimationem, & non ad æstimationem antiquę,& latiùs dicam in membro sequenti,ac in declar.seq.

Illud benè verum puto,quòd si ex tali solutione nouorum quis verisimiliter esset damnum passurus: quia est iturus ad partes,vbi isti noui viliores minus valēt, quàm hic expendantur,possunt recusari, maximè quando certa species & bonitatis erat in obligatione,vel ex natura contractus,vt in mutuo. d.l.cùm quid, & dote.d.l.res in dotem.& not.Sali.in l.si quis argen.in princip.C.de donat.Panormita. in c.quanto,in fi.de iureiur.vel ex conuentione,quia si iuxta consuetudinem velit dare de noua viliore ex Principis mandato æquiualente, licitè poterit recusari etiam secundùm consuetudinem,quæ permittit in alia materia solui pecuniam. Nam si hoc permittitur vbi est eadem bonitas intrinseca existente,forma ramē diuersa.d.l.Paulus.ff.de solut. quantò magis hoc non licebit, vbi est diuersitas in materia.

Circa quod videri possunt,quæ dicam infrà eodem,in 2.limit. & in seq.amplia, versicul.cæterùm. facit quod dixit Ioan. And.in addit.Spec.in tit.de solut.§.nunc aliqua,in fin.in addit.incip.nota hic.vbi dicit, quòd obligatio conuentionalis intelligitur de moneta currente tempore obligationis, iunctis his quæ dicit ibidē in addit.incip.olim.

Et ex his patet,quomodo possit fieri solutio debiti in antiqua moneta contracti,quādo noua est vilior aut melior, aut eiusdem cursus & valoris de consuetudine,vel de mandato superioris, licèt non sit eiusdem bonitatis, siue reperiatur de antiqua moneta, siue non. Nam si noua esset eiusdem bonitatis,ponderis,& cursus,cuius antiqua, nullum esset dubium, esto quòd forma esset diuersa, quo casu requirendum esset ad d.l.Paulus,ex his, quæ in sequen.declarat.dicentur,possent hic dicta ampliari.

SVMMARIA.

1 *Aestimatio temporis contractæ obligationis in pecunia inspicitur, etiamsi reprobata fuerit talis moneta & nu. 5.*
Pecunia reprobata non liberat.
2 *Ioannes Andreæ est fur Oldradi.*
3 *Pecunia quæ tempore contractus in vsu erat, nunquid solui debeat, si tempore solutionis abierit in desuetudinem.*
4 *Debitor morosus de qua pecunia soluere teneatur. & nu. 6.8.*
Debitor non morosus nūquid liberetur soluendo de pecunia reprobata.

SECVN.

Secunda Particula, siue Declaratio.

SEcundò prædicta conclusio, quòd æstimatio temporis contractæ obligationis in pecunia inspiciatur, procedit
1 etiam si illa † moneta sit reprobata, & nõ sit in vsu: quia præstabitur de noua æquiualente ad æstimationem antiquæ, & si nõ æquiualeret, supplendum erit in eadẽ bonitate, & secundùm antiquæ valorem antequàm reprobaretur secundùm communem sententiam, quam firmat gl. in c. cum canonicis, de censi. But. Pan. & communiter Canon. in c. quanto, de iureiu. Alb. de Rof. in d. l. cùm quid. post Iac. de Areti. & Dy. & alios Dd. per eũ alleg. quos in præcedenti declarat. retuli in princ. Et idem Albe. in l. vinũ, vlt. col. post Guili. de Cug. Ang. in d. l. cùm quid. ff. si cer. pet. vbi Francis. de Aret. volentes procedere, siue debitor fuerit in mora, siue non, quod etiam voluerunt Iac. de Rauen. & Odofr. in l. in minorem. C. in quib. cauf. in integ. restit. non est necess. sequitur Andr. de Isern. in c. 1. §. volum. in tit. quæ sint regal. & Petr. de Anchar. in Clement. si beneficiorum, de decim. cum concor. per Alexan. & scribentes alleg. in l. qui te. ff. si cert. peta. vbi Dom. Præceptor meus trãsit cum hac sententia: & Dom. Francisc. Curt. in d. l. cùm quid.

2 Et hoc facit, † quia postquàm pecunia est reprobata, non liberat, & non est expendibilis, nec nomen pecuniæ habet. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. & facit text. elegans in l. 1. C. de vet. nu. pot. lib. 11. vbi pecuniam antiquam, alias probam, si fuerit reprobata ratione materiæ vel formæ, possim licitè & impunè recusare, facit, quia bonitas pecuniæ ex vsu consideratur. l. 1. ff. de contrah. empt. not. Alber. in d. l. cùm quid, pen. col. & Pan. & Can. in d. c. quanto. & dixi in præce. decl. circa fi. facit, quod dicit Bal. in d. c. quanto, verf. quæro nunquid, quòd æstimatio pecuniæ non est idem, quòd ipsa pecunia nec adeò connexa, vt censeatur idem, & vnum, de quo infrà dicam in 4. decl. circa fin. Et ad id, quod dixi de moneta, quæ nõ est in vsu, facit quod pulchrè consuluit Oldr. in conf. 167. incip. ad primam, versi. ad tertiã, vbi dicit, quòd si Papa mandasset solui 40. libras Turonẽsium in patria, vbi non sunt in vsu, nec habent cursum, cõsiderabitur cursus vicinæ regionis, aliàs autem considerabitur quid valeat similis & æquipollens moneta, per c. olim, de censi. no. Io. in Rub. de cõcess. præb. circa fin. vbi more suo refert verba Oldr. tacito authore, est glo. in terminis, in verb. consuetum. quam ibi sequuntur Doct. in Clemen. si beneficiorum, de deci. & dixit Panor. in c. cum canonicis, de censi. quòd licèt † aliqua pecunia esset in vsu tempore contracti debiti, esto quòd esset promissa. Si tempore solutionis non sit in vsu, debet fieri solutio de ea, quæ est in vsu ad æstimationem antiquæ, sequitur Ioan. de Anan. in c. 2. in penul. colum. de maled ct. & not. Ant. de Butr. in d. c. cum Canonicis, post gloss. ibi. Reliqua dixi in proposito in præceden. ampliat. versi. & si de valore. 3

Et prædictam opinionem puto tenendam tanquàm communem & veriorem, limitando prout infrà dicam, & quem vltrà Legistas prædictos dixit Panor. in d. c. quanto. communiter teneri à Canonistis, sequitur Bal. in l. fin. verf. sed pone iur. C. de non num. pec. vbi loquitur in iurante soluere, licèt plures Dd. in hoc articulo variauerint, vt declarant Albe. de Rof. & Bal. in d. l. cùm quid. & latè Alex. & scribentes in d. l. quod te. vbi Bar. tenet, quòd possit solui de pecunia reprobata, eò quia materia magis quàm forma consideratur. l. quæsitum. §. illud fortassè. ff. de lega. 3. & loquitur Bart. quãdo quis promisisset decem libras Perusinorum, quæ pecunia fuisset postmodum per statutũ reprobata, & cum Bart. transit Pet de Anch. in regu. peccatum. 5. opi. de reg. iur. in 6. quod etiã voluit Cyn. post Petr. in l. minorum. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necess. & Cy. in l. cùm quid. ff. si cer. pet.

Quod procedit, quando debitor non fuit in mora, secundùm Pet. & Cy in d. l. mi-

minorum. & Cy. in d. l. cùm quid. vbi Ro.
4 etiam ita tenet, dicens, † quòd si debitor fuit in mora, postquàm moram fuit pecunia debita reprobata, tenetur dare de noua, seu de alia ad antiquam æstimationē reprobatæ, aliàs potest dare de reprobata. cum qua opin. videntur transire Hosti. Io. And. & Imol. in d. c. quanto. & Imol. in ratione. §. diligenter. ff. ad leg. Falci. & in d. l. Paulus. & Alb. de Ros. in 1. part. statut. q. 106. & Alex. in d. l. quod te. & Zabar. Pet. de Anchar. & Imol. in Clem. si beneficiorum, de decim. qui respóndent ad contrariam.

Quinimò plus voluit Cyn. in d. l. cùm
5 quid. quòd debitor sit liberatus tanquàm species sit perempta, per l. si ex legati. ff. de verb. oblig. quod non placet sequacib. Pet. & Cy. in d. l. in minorum, vt per Alex. in d. l. quod te. & per Alber. & Bal. d. l. cùm quid. quia licèt ex reprobatione forma censeatur extincta, tamen materia est in rerum natura. Et adest alia pecunia eiusdem ligæ, aut illi subrogata, & si quis vellet videre opin. in d. l. cùm quid. & latiùs Zabar. in Clem. si beneficiorum. 13. quæst. de deci. vbi etiam latè per Pet. de Ancha. & Io. de Imo. Illa auté opin. quòd reprobata pecunia vel debitum, vel legatum pereat, reprobatur per Alb. de Ro. post antiquos, in d. l. cùm quid. & in l. vinū, vl. col. post Guil. de Cu. & per Doct. communiter in d. l. quod te. & per Albe. de Ro. in l. 2. in pen. colum. C. de iur. emphy. & per Doct. communiter in d. c. quanto. & per Zabar. Pet. de Anch. & Imo. in Clem. si beneficiorum, de decim.

Et si quis vellet tenere hanc secundam opin. aduertere habet ad practicā, quam tradit Imo. in d. c. quanto. dum dicit, solui de antiqua, licèt reprobata, si haberi potest: & si haberi nō potest, solui debere de noua tantum, quantum ex illa noua emeretur quantitas antiquæ, in quo posset esse vtilitas: quia antiqua venderetur tanquàm aurum vel argentum in massa consistens, sed Bal. in d. l. cùm quid. vult aliter, videlicet † quòd solui debeat de antiqua, si reperiatur, & si non reperiatur, de noua simili ad æstimationem nouæ: vel prout valet antiqua, si inueniretur, & nō esset reprobata, putà si grossoni Mediolani fuissent alicubi reprobati forte Venetijs, & ibi vbi sint, essent reprobati, nō inuenirentur, fieret consideratio, quos marcellos, vel marchetos valeret similis moneta non reprobata, putà grossoni Mantuæ, qui æquiualēt grossonis Mediolani, & hoc velle videtur tex. in d. c. olim. & gl. in d. c. cum Canonicis. Retenta autem ista opin. quam puto tenendam, an debeat solui de noua moneta ad æstimationem antiquæ, referendo ipsam æstimationem ad præsens tempus, quo fit solutio, an verò ad tempus obligationis, patet veritas ex his, quæ dicam in 4. declarat.

Cæterùm aduertendum est, quia Imol. in d. l. Paulus. ff. de sol. nixus fuit concordare opin. ponderando ex qua causa contigerit reprobatio. Dicit enim, quòd si reprobatio fuit causata ex eo. quia post tempus contractus pecunia tanquàm minoris ponderis aut nimis ærosa esset: tunc non debet esse periculum creditoris, sed debitoris, † etiam si debitor non fuisset in mora, & idem voluit Imo. in d. c. quanto. 4. & 6
5. col. per l. creditor, in prin. secundū verā lecturam, quæ cōmuniter tenetur, vbi dicit ipse Imo. ff. de sol. Et ita intelligit gl. in d. c. cum canonicis. Alias autem si fuisset reprobata ratione formæ, & non materiæ, periculum & damnum spectet ad creditorem, ita quòd sufficit soluere ipsam pecuniam reprobatā motus per Hostien. & Ioan. Andr. in d. c. quanto. quia sicut non licet creditori soluere in alia forma, quando debitor esset damnum passurus, arg. l. pen. C. de sol. & l. fin. ff. pe acce. & l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & l. si cùm dies. §. arbiter. ff. de arbit. Et hæc concordia fuit sumpta ex verbis Hostien. in d. c. quanto. quem latiùs refert Zaba. in d. Clem. fin. in 13. q. de decim.

Cogitabam quia articulus est disputabilis esse distinguenda singula membra, quæ in hoc passu occurrere possunt, quandoq; enim pecunia debita non in totum, sed pro parte reprobatur: quia diminuitur in va-

in valore propter defectum bonitatis intrinsecæ, quæ aderat tempore cōtractus, putà quia pecunia ærosa, quæ plus debito expendebatur, fuit reducta ad minorem, & est materia examinanda infrà 1. 5. declar. & procedit, quando erat ærosa tēpore contractus vel debilis.

Quandoque autem tempore cōtractus aliqua pecunia debita, putà grossoni Mediolani erat boni argenti, putà, de liga 11. denariorum cum dimidio, & post cōtractum fuit facta debilior, putà de 1·.denarijs, vel circa, vt quandoque vidimus, & ex hoc fuit diminuta in valore, & pro parte probata: & tunc est materia, de qua dictum fuit in præced. declar.

Quandoque autem pecunia debita in totum reprobatur, & hoc potest esse dupliciter. Nam potest quis esse debitor certæ speciei monetæ fortè grossonorum Sabaud. quandoque certi generis, putà centum florenorum Sab. qui floreni valēt 12. grossos Papæ vel Sab. Et potest poni exēplum, quòd Mediolani vel Venetijs talis moneta sit reprobata.

Idem si Serenissimus Rex noster reprobasset post adeptum Ducatum Mediolani
7 omnem monetam per Principes, qui anteà illum tenebant, fabricatam, & hoc casu videtur, quòd † si præcessit mora debitoris, damnum sit eius, per d. l. creditor, in prin. & idem si præcessit mora creditoris, vt ibi à contrairo sensu, cum concor. suprà alleg.

Non tamen per hoc dico, quòd creditor cogatur recipere de tali pecunia reprobata, quæ nō est expendibilis, & maximè quando cursus eius est sub pœna prohibitus. d. l. eleganter. §. qui reprobos. cū sit prouisum per l. Paulus. le 1. ff. de solut. quòd possit solui de alia simili moneta, licèt diuersæ formæ. & multò magis prouidet cōsuetudo, quæ admittit, quòd possit solui de alia moneta diuersæ materiæ & formæ proportionabiliter æquiualēti: & tunc ratio damni etiam, de quo in d. l. Paulus. imputabitur moroso hoc modo, quia cū ista reprobata minus valeat, quia habetur tanquàm aurum vel argentum in massa consistens damnum expensæ, quod contingit occasione fabricaturæ alterius monetæ imputabitur moroso: nam si creditor fuerit morosus, tantò minus dabitur, quantum constat expensa, & si debitor fuerit morosus, dabit de simili moneta absq; eo, quòd habeatur ratio talis expensæ, taliter, quòd interesse talis expēsæ ipse debitor morosus sustinebit, si habuerit illam pecuniam reprobatā penes se. Nam si de tali pecunia non haberet, nulla est quæstio interesse dāni, sed lucri, quia posset de illa emendo & dando creditori tantum lucrifacere, quantum ascenderet dicta expensa, de quo interesse lucri nō habetur ratio etiam in morosis, vt dicam infrà in 1. limit.

Si autē nulla præcessisset hincinde mora, † quia antequàm euenisset dies solutionis pecunia fuisset reprobata: tunc dicit d. l. creditor. quòd periculum & damnum est creditoris, si de illa habeat, vt dixi. Nā postquàm est dominus pecuniæ quam debet, ad eum spectat periculum. l. id quod, in prin. ff. de peric. & commod. rei ven. & d. l. quod te. & Alb. & Bal. in d. l. cū quid. Item nō perijt forma: quia ius prouidet, quòd in alia forma possit fieri solutio. d. l. Paulus. & magis prouidet consuetudo, vt dixi: ita vt non sit disputandum, an de ipsa pecunia reprobata possit fieri solutio, & hoc modo nō est distinguendū, an sit reprobata: quia ære cōtaminata. Nam dando de consimili, secundùm l. Paulus. & secundùm cōsuetudinem de alia proportionabiliter ad illam nullū reperitur damnum, nisi expensa quæ fit in fabricando: puod spectat debitori, vt dixi, nisi creditor dedisset causam reprobationi. d. l. quid te. & d. l. creditor, In prin. vel nisi vt eius iniuriam facti esset, vt ibi notatur. & in Clem. si beneficiorum, de deci. per Io. And. & Dd. in c. quanto. vbi idem dicunt, si fuisset conscius fraudis. Plus arbitror, quòd si esset pecunia totaliter ærea, quæ esset reprobata taliter, quòd in alia pecunia nō reciperet functionem, damnū spectaret ad debitorem, d. l. creditor, in prin. quam multū pōderat Ro. in d. l. quod te. licèt

licèt plurium Doctorum sententiā in d.l. quod te.fit, quòd quando debitor nō fuit in mora, possit soluēdo de pecunia repro
9 bata liberari, est enim †incōueniēs, quòd debitor ex beneficio dationis sibi à credi tore cōcessæ, sit à dāno immunis, & quòd creditor ex suo beneficio damnū sentiat. vt dixit Panormi. in d.c. quanto, pen.col. Nam si debitor sine dilatione soluisset pe cunia, quæ posteà fuisset reprobata creditor fortè illam expendisset, & non esset quæstio damni. In pecunia autem deposita, in qua depositario nō est data facultas illa vtendi, res est magis clara, cùm depo nens remaneat dominus, taliter quòd damnum ad eum spectare debeat, nisi depositarius fuerit in mora. §. præte. cà. Instit. quib. mod. re contrah. obl. l. i. ff. illud. & l. si in Asia. §. fi. iuncta l. quod nerua. cum ibi not. ff. depos. & infrà dicam in 9. limit. circa princip. Quid autem sit. vbi valor monetæ reprobatæ sciri non potest, dixi in præceden. declarat. & suprà eodem versi. & ad id, quòd nec proptereà minus dicitur reprobata, quòd dando illam campsoribus, poterit alibi expendi per eos, vt per Alex. in d. §. qui reprobos.

SVMMARIA.

1 *Non curatur bonitas extrinseca, si modò constet de intrinseca in obligatione speciei.*
2 *Pecunia diminuta in æstimatione reduci debet ad intellectum temporis contractus.*
3 *Velle non debet quis illud, cuius cōtrarium esset petiturus.*
Item numerus in speciei obligatio, & non valor extrinsecus attendendus.
4 *Baldi & Antonij à Butrio distinctiones quædam in materia solutionis reprobantur.*
5 *Solutionis tempus nunquid inspiciendum in dotis restitutione.*

TERTIA PARTICVLA
siue Conclusio.

TERTIÒ prædicta conclusio declaratur, vt procedat, quando non est mutata preciositas pecuniæ † debi- 1
ta, nec pōdus, nec ipsa pecunia reprobata, sed tantùm valor est mutatus seu bonitas extrinseca, & debitor certæ speciei pe cuniarum tenetur vel vult de illis soluere, putà si debitor ducatorum largorum vel grossonorum Mediolani teneatur, aut velit de illis soluere: quia attendimus numerū promissum, & non curamus de augmento vel decremento, quod superuenit post contractum. Cle. 2. de deci. vbi Io. de Imo. post Zabar. & Pet. de Anch. Nam dicere potest, tibi debeo vel promisi 10. ducatos, vel 40. grossones Mediolani, ecce quòd tibi tot numero do, vt declarat Bal. in l. cùm quid, in vlt. col. ff. si cert. pet. vbi etiam Ang. Sal. Fulg. & Pau. de Cast. & hoc est, quod volunt Bar. & sequa. in d.l. cùm quid. & idem Bart. in l. Paulus. pen. col. ff. de sol. in l. res in dotem. dum dicūt, quòd quando est eadem moneta in bonitate intrinseca, nō est curandum de bonitate extrinseca. seu de pluri valore superuenien te vel decremento valoris, nisi à tempore moræ, vt declarat And. de Iser. in tit. quæ sint regalia, in prin. 8. col. versic. & sic videtur not. Bald. in l. fin. 1. col. C. communia, de leg. per d. Clemen. 2. & per l. 1. C. de vet. num. pot. lib. 11. & l. si quoties. C. de susce. & Archa. lib. 10. dicēs, quòd †moneta 2
diminuta in æstimatione reduci debet ad intellectum temporis cōtractus vel obligationis: quia cōsensus partium secundū illud tempus cōsideratur. l. cùm quid. ff. si cer. pet. & facit d.l. res in dotem. Nam ista reductio nihil aliud significat, nisi quòd tantū numero præstetur de pecunia, vult Bal. in l. illud. C. de sac. san. Eccles. in fi. no tant gl. & Dd. maximè But. & Pan. in c. cōquerente, de offi. ord. & dixit Sali in l. fin. in fi. commen. C. si cer. pet. quòd Florentini in suis mercantijs venditis ad florenos seruant, vt attendatur valor temporis cōtractus, tanquàm de noua æstimatione nō fuerit cogitatum.

Vnde si quando promisi tibi centū Ducatos auri, valebat libras quatuor, & 16.

 soli-

solidos Mediolani, & demùm redierit Ducatus ad valorem librarum 4. & solidorũ 12. si dare mihi velis centum Ducatos, nõ potero dicere me velle 400. solidos vltra centum Ducatos i. Ducatos centum, & 4. solidos. & solidos 32. Mediolani, considerato, quòd tempore promissionis centum Ducati valebant 400. solidos Mediolani, id est, 4. solidos pro singulo plusquã nunc valeant, notat latè Zaba. in Clem. fin. 23. q. de decim.

Et idem econtrà, si tempore promissionis Ducatus valebat solummodò libras 4. & 12. solidos, & tempore solutionis valebat libras 4. & solid. 16. quia volẽte debitore soluere Ducatos centum auri, nõ poterit debitor dicere, quòd vult cõsiderari valorem temporis contractus ad sui vtilitatem soluendi singulum Ducatum ad rationem librarum 4. & solidorum 12. ita quòd pro singulo Ducato velit detrahere solidos 4. taliter quòd velit dare tãtò minus de centum Ducatis, quantum capiunt solidi 400. videlicet quia velit dare Ducatos 15. & solidos 64. Mediolani: quia
3 † non debet velle id, cuius cõtrarium esset petiturus, rag. l. pen. C. de sol. not. Alb. de Ros. in d. l. cùm quid. post antiquos. & Bal. in cons. infrà alleg. quia si non vellet debitor soluere maiorem æstimationem, vt fuit dictum, sed numerum pecuniæ, nõ debet peti vt habeatur ratio diminutionis. Et si dicatur, quòd secũdùm primum exemplum inspicimus valorem temporis contractus, quando auctus est valor pecuniæ promissæ post tempus obligationis. Et quòd secundùm aliud exemplum videtur inspici tempus solutionis, quãdo minutus est valor, & cur hoc fit. Respondeo vt præmisi, quòd neutro casu valor inspicitur, sed tantummodò numerus pecuniæ promissæ per prædicta, & est de mente Panor. in d. c. quanto. post Odof. in d. l. in minorum. C. in quib. cau. rest. in integ. nõ est necess. Et si debitor velit soluere attenta consuetudine de alia pecunia, vel si de pecunia promissa non reperiatur, dicam in duabus sequen. declar.

Est verum, quòd Bal. in l. acceptam. 16. q. C. de vsu. fecit quandam distinctionem, quam fundat super æquitate, dicẽs, quòd si mutatio æstimationis fuit repentina, vel prouideri non potuit, debitor non teneatur soluere, nisi secundùm valorem temporis solutionis, quòd diminutio valoris successerit ex interuallo: tunc quia debitor expendit secundùm valorẽ temporis contractus, debet secundùm illum soluere, ne locupleretur cum aliena iactura. Pariter nõ est retinenda distinctio Anton. de But. in d. c. quanto. quam ibi reprobat Imo. in 5. col. dum ipse But. distinguebat, an pecuniæ valor esset variatus, vel minutus per statutum, & non cederet damno debitoris: secùs, si aliter, putà per vsum expendendi.

Nam ex prædictis patet, quòd hæc distinctio non est tenenda, & maximè quia secundùm Imo. vbi suprà, nõ apparet bona ratio diuersitatis. & si tauctus esset valor, propter hoc creditor non vellet numerum minorem pecuniarum promissarum. d. l. pen. C. de solut. Cùm si fieret solutio secundùm æstimationẽ auctam, minor numerus præstaretur, vt suprà declaraui, & exemplificaui. 4

Vnde prima opinio est verior per fundamenta pro ea allegata, & tanquàm communis est tenenda, quam vltra prædicta sequitur Bal. in cons. 137. incip. super eo. 1. vol. secundùm penul. impress. & in cons. 339. incip. in ciuitate Asculi. aliàs punctus quæstionis. 2. vol. eadem impress. Imol. in d. c. quanto. 5. col. de iureiu. vbi Pan. in pe. col. post Odofr. in d. l. minorũ. Io. de Ana. in c. fi. pe. col. in fi. de maled. Pet. de Anch. in Cle. fi. de deci. & Fran. de Are. in l. quod te. ff. si cer. pet. vbi dicit eam communẽ. & in cons. 11. incip. procedendũ est. 2. col. vbi etiam dicit hanc opi. cõmunem. & in cõs. 112. incip. consideratis. post Bart. in d. l. res in dotem. cum qua sententia etiã transeũt Mart. de Lau. in tract. de mon. in 14. q. vers. circa quartam, post princ. & do. Bart. Soc. in d. l cùm quid. ex quo inferunt Petr. de Anch. & Ioan. de Ana. in locis prællega. post Bal. in d. cons. 339. Quòd si dos sit da- 5

ta in florenis aureis, & valor floreni sit variatus tempore solutionis, debeat attédi tempus solutionis respectu valoris floreni, de quo etiam per Fran. de Aret. in d. consi. 11. & volunt ex hoc Docto. prædicti sufficere, vt restituantur in specie tot florenr aurei secundùm valorem suum, & hoc modo, si erant centum floreni aurei in dotem dati, restituentur & dabuntur totidem, quãdo fiet solutio, nec hoc ideò erit: quia attendi debeat magis tempus solutionis, quàm contractus, vt sup. proxima declar.

Et ideò Aret. in d. consil. 11. in 2. col. benè dixit in suo confuso sermone, post Docto. per eum allega. & supra relatos, augmentum & diminutionem cedere ad com modum creditoris, & sufficere, quòd res, id est, florenorum aut pecuniarum numerus in genere debita, eadem in genere restituatur, non considerato extrinseco valore. An autem vbi de alia sit pecunia solutio, attenta consuetudine Fran. de Aret. ibi dicat. dicam infrà in 5. declar. & prædicta procedunt, nisi debitor esset in mora, vt dicam in limitationibus in 1. limit. & dixi suprà c. in princip.

SVMMARIA.

1 *Pecunia quæ contractus erat, & tempore solutionis non reperitur, quomodo refundenda. & nu. 5.*

2 *Contrahentes non censentur censisse de futura æstimatione.*

3 *Soluere iurans de certa pecunia, de qua tempore solutionis non reperiatur, est periurus, si non soluit de noua ad æstimationẽ illius.*

4 *Solui in pecunijs sufficit in genere, nisi mora interueniat.*

5 *Bonitas in pecunia duplex est.*

Quarta Particula, siue Declaratio.

1 QVARTÒ prædicta conclusio declaratur, vt † etiam procedat, quando mutatus est solùm valor pecuniarum, & de pecunia promissa non reperitur, taliter quòd non possit de illa solui, vt quia promissio esset facta in Moncenighis quorum loco nunc fiũt Macelli Venetijs, cùm enim fieri debeat solutio de illa moneta subrogata, vel alia eiusdẽ qualitatis, ponderis & bonitatis, & ad æstimationem antiquæ, & si non reperirentur petiæ æquales, vel æquiualentes, sed minoris ponderis, & minus valentes, supplendum esset de noua eiusdem bonitatis, vsque ad currentem summam, putà duo Marcelli parui, vel duo Moncenighi parui loco vnius ex antiquis, vel tres Carlini Papales loco vnius grossoni Mediolani facto, iusto calculo, si aliqualis sit differẽtia, vt satis amplè colligitur ex his, quæ suprà dixi in 1. declar. & sequent. post Bart. & Albe. in d. l. cùm quid. ac Dyn. & sequaces ibi per eum relatos, eo casu habebitur consideratio æstimationis temporis cõtractus & obligationis, nõ autem solutionis, vt sic variato valore, fiat cõsideratio, quid subrogata vel æquiualens tempore obligationis, seu quid eo tempore valeret illa quę non reperitur, non autem quid valeat æquiualens vel subrogata, aut quid valere posset antiqua tempore solutionis, secundùm tex. & gl. in c. cùm canonicis. & c. olim, de censi. dum dicit, quòd † si antiqua non reperitur, datur de noua ad æstimationem antiquæ, cum qua opin. transeunt Bartol. & Albe. in d. l. cùm quid. Dy. & Iacob. de Aret. ibi cum concord. suprà alleg. in 1. & 2. declar. & declarat Andre. de Isern. in loco infrà allega. & potest figurari exemplum, si Moncenighi valebant 12. solidos, & Marcelli subrogati valeant 14. vel duo parui Moncenighi valeant septem solidos pro singulo præsupposito, quod de magnis Moncenighis non reperiretur: nam fiet solutio ad rationem solidorum sex pro Moncenigho paruo. 2

Nec enim contrahentes senserunt de futura æstimatione, sed de ea, quæ tempore contractus currebat, secundùm Albe. de Ros. post Guilielm. de Cu. in l. vinum,

 vlt.

vlt.colum.ff.si cert.pet.& Old.cons.13 incip.cùm quæstio,circa fi.& hoc censit Panor.post Ant.de But.in d.c.quanto,in antepen.col.vers.aut non est totum.ac post Odofr.in l.in minorum.C.in quib.cau.in integ.rest.nō est necessaria,quod pulchrè declarat Andr.de Isern.in c.1.in prin.in 8. col.versic.& sic videbitur, in tit.quæ sint rega.& est de mente Bal.in cōs.137.incip. super eodem.1.vol. secundùm penul.impressionum, imò ex quo antiqua non reperitur, vel non est in vsu mutatio eius valoris:nunc sciri non potest nec cursus, nec est nostrum illum taxare, vndè meritò sit consideratio ad valorem & cursum temporis contractus, declarando,vt sup. & dicere, quòd si reperirentur,essent in eo cursu,in quo subrogati vel similes essent

3 diuinare, † imò præsumptio esset, quòd duraret valore quousque appareret de mutatione. l. cùm hic status, in princip.ff.de don.inter vir.& vxor.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3. & cum hac sententia transit etiam Sali.in l.fin.in fi.commen.C.si cert.pet.dicens, quòd Florentini ita seruant in suis mercantijs, & quòd sit differentia quando reperitur antiqua moneta,vt consideremus tempus obligationis,declarat Andr.de Iser.in loc.præalleg.

Et circa computationem, vt suprà ex-

4 emplificatum,videatur quòd in simili dicit Io.Aret.in addit.Spec.in Rub.de concess.preb.circa fi.iunctis his,quę dixi in 1. decla. Et circa prædicta est animaduertendum ad id,quod voluit Bal.in l.fi,ver.sed pone iuro. C.de nō num.pec.quòd iurans soluere in termino certam pecuniam, de qua in termino nō reperiatur,quia si per superiorem cōfflata est,periurus nisi soluat æstimationem eius, per c.quāto,cum ibi not.de iureiu.& si sciri non potest æstimatio antiqua,quæ non reperitur,dixi in 1.declar.quid iuris.

Et prædictis non obstat decisio Bald.in d.l.cùm quid,circa fi.commen.dum vult,

4 †quòd si non reperitur de pecunia temporis obligationis possit solui de noua referendo æstimationem nouæ ad tempus petitionis seu solutionis,non autem ad tempus obligationis: quia illa sua decisio nō potest sustineri per prædicta, nec alleg. Bal. aliqua iura probantia suam opinionem,licèt d.Corneus in cons.321.incip.de pluribus,vlt.col.3. vo.saluando Bal.conciuem suū dicat, quòd decisio Bal.debeat intelligi, quando valor monetæ augetur vel minuitur ex mutatione bonitatis intrinsecæ, vt quia patria sit exhausta auro vel simili ex causa,quod replicat ipse Cornæus 181.incip.visis nonnullis, in 27.col. vers.restat.2.vol.

Nec obstat l.vinū.& d.l.cùm quid. ff. si cer.pet.dū ibi dicitur,quòd nisi mora interueniat,sufficit aliquid reddi : idem in genere & bonitate,non cōsiderato extrinseco valore, quia vt not. per gl. & Dd.in d.l.cùm quid. & Bart.in l.Paulus.& Pan. ac Can.in d.c.quanto,de iureiur.in pecunijs duplex est bonitas intrinseca,quæ est preciositas & pondus metalli,† de ista loquitur l.vinum. & extrinseca,quæ est valor,qui in alijs rebus ante moram non curatur, vt ibi, sed valor in pecunijs nō tantùm materia cōsideratur,vt not.per Bal. in l.quod te.vbi etiam alij.ff.si cer.pet.no. Pan. post alios in d.c.quanto, de iureiur. pen.col.cum concord.adductis supr.in 1. declar.not.per Bal.in d.c.quanto,in Apostil.ad tex.ibi falsa.& c.de iureiu.in pen. col.cum cōcor. adductis supr.in 1.declar. licèt secundùm eum ibid.in versi.quæro nūquid æstimatio.& c.pecuniæ æstimatio non sit idem quod ipsa pecunia,nec adeò connexa,vt censeatur vnum,& idem,per not.per gl.& Dd.in d.l.cùm quid. 5

SVMMARIA.

1 *Solutio ad tempus cōtracti debiti qualiter procedat.*

Quando extat species, vel ad æstimationē antiquæ sumenda pecunia est.

2 *Pecuniæ vsus quando inspiciendus.*

3 *Creditor nūquid pati debeat interesse augmenti in pecunia.*

4 *Soluens valorem aureorum relictorum in testa-*

in testamento secundum tempus solutionis soluere debet.

5 *Bartolus à calumnia defensus in l.cum aurum ff.de auro & arg.legato.*

Quinta Particula siue declaratio.

QVintò † prædicta conclusio maximè procedit quãdo mutatus est tãtum valor, & de pecunia promissa reperitur, sed debitor vult soluere de alia pecunia, quàm promissa, siue velit soluere de consimili pondere, & materia &
1 diuersa tantum in forma iuxta leg. Paulus, ff.de solut. † putà si debitor ducatorũ Mediolani velit soluere de Venetis, siue velit soluere secundum consuetudinem, quæ hoc promittit de vna materia pro alia, putà pecuniam argenteam pro aurea & econtra; pecuniam ære contaminatam pro non contaminata, nam debet attendi valor pecuniæ promissæ vel debitæ secundum tempus contractus secund. Bal. in d.l.cum quid, ff.si cer.pen. vlti.colum. dum vult quod vbi pecunia promissa vel debita reperitur, fit de ea facienda solutio vsque ad concurrentem numerum, vt dixi in 3. decla. non curando de augmento vel decremento, vt ibi dixi, si enim nõ curatur valor, sed numerus in pecunia promissa.

Idem est, si de alia detur vt non curetur crementum vel decrementum promissæ, & quæ loco ꝓmissæ detur quasi sit necesse stare de alia quæ tempore contractus potuisset æquiualere pecuniæ promissæ, & hoc vult And. de Bu. clarius in c.olim, in pe.notab. de censi. cum concor. adductis in 1.dec.l. Et hoc clare exemplificat Old. in consi.13.incip.cum quomodo, vbi consuluit quod debitor Turonensium paruorum respectiuè ad grossos, qui grossi valebãt 15.vel 16.ex paruis si cõtingat grossos tempore suo solutionis non valere, nisi 14. ex paruis velit soluere de grossis, poterit soluere ad rationem & æstimationem.15.vel 16. & sic secundum tempus obligationis, & sic erat debitor paruorum tot qui tempore obligationis valebãt 30. ex grossis, videlicet de 350. dando. 30. ex grossis esset liberatus, qui si daret ad æstimationẽ de 14. secundum tempus solutionis necesse haberet dare 32. & sic debitor grossonorum Mediolani vel solidorum paruorũ Mediolani respectiuè ad grossonos tempore quo grossonus valebat 23. soli.cum dimidio si soluat in grossonis tempore quo grossonus sit reductus ad 22. solidos cum dimidio, debet soluere grossonos secundum tempus obligationis.

Idem si soluat in solidis: quia debet soluere tot solidos numero, quot valebant grossoni tempore obligationis, & secundum hoc erit vtilitas soluere in moneta grossa, nã plures petias pecuniæ non præstabit, secus si soluat in minuta, & ꝓ hac parte facit, quod dixit Pan. in c.quanto, 2
pen. col. quod † cùm bonitas pecuniæ sit respectẽ vsus debeat haberi respectus ad bonitatè vsus, vt probaui in 1.decl.id est, ad æstimationem temporis obligatiõis l. cum quid, ff. si cer.pet. Item iste creditor alias ex suo beneficio damnum consequeretur: quod esset absurdum, facit clarius, quia ex quo consuetudo permittit de vna materia pecuniarum, licet diuersa pro alia solui debitor certæ speciei, putà ducatorum, reducitur ad terminos eius, qui est debitor pecuniæ in genere, putà centum librarũ, quo casu solutio fieri debet secundum æstimationem temporis contractus, vt dicã in seq.concl. & ita transit Maria.cõs.6. volens quod valor ducatorũ relictorum in testamento solui possit ad rationem tot Bagatinorum, putà, 48. quot valebant tempore relicti seu mortis testatoris, licet tempore solutiõis ducatus valeat plures Bagatinos.

Contrarium videtur voluisse Bar. in l. cum certũ, ff.de au. & arg.leg. & in l.Paulus, in fi. ff. de sol. vbi voluit attenta consuetudine, † quæ permittit solui de vna 3
pecunia pro alia, etiamsi sit diuersæ materiæ, attendi debere æstimationẽ illius pecuniæ, pro qua alia soluitur secundũ tempus solutionis vt sic debitor cent. librarum monetæ argenteæ tempore quo centum libræ valebant 25. ducat. videlicet 3.

libræ vnum ducatum auri, si velit soluere in ducatis auri & tempore solutionis ducatus valeat 4. libras cum dimidia liberetur dando 22. ducat. & vnam libram qui tempore solutionis valeat cēt. libras & sic creditor minus habebit, & ex dilatione sentiet interesse lucri, nam si tempore obligationis habuisset 25. duca. tempore solutionis valuissent centum & 12. libras cum dimidia, vt in simili declarat Bart. in l. nummis, in fin. commen. ff. de in litem. iura. Idem est contra, secund. Barr. vbi suprà videlicet in d. l. cum certum: si debitor centum libr. in ducatis tempore quo c. lib. valebant 24. duca. velit soluere in moneta: quia considerabitur valor monetæ, & ducati etiam secundum tempus solutionis, putà si velit dare de grossonis Mediolani, qui modo valent 23. solidos cum dimidio, cùm tempore promissionis non valerent nisi 20. & vnam libram, & sic erant c. grossoni, nam sufficiet soluere tot grossonos ad æstimationem temporis præsentis & solutionis. qui faciant c. lib. hoc est, 84. grossonos & solidos 16. & hoc præsupponēdo quod solidi per quos grossonus & libræ æstimantur, non sint in pōdere & materia debiliores: tunc enim esset materia quam in 1. decla. examinaui.

Et secundum istam consideratione, vt dixi, creditor patietur interesse augmenti & lucri, de quo non est curandum secū
3 dum aliquos, vt dicam inf. in 1. & 2. limi. † etiam patietur interesse decrementi ac damni taliter quod debitor potest esse in lucro & non in damno, prout declarat Franc. de Aret. in consi. 61. incip. procedēdum, 2. col. dicens quod si dos consistit in solidis Iannensibus forte mille & attenta cōsuetudine fiat solutio in florenis auri, sufficit quod floreni præstentur secundum valorem tēporis solutiōis quamuis minor numerus & summa florenorū præstetur loco illorū solidiorum, quā valerent illi solidi tempore dotis datæ, nec secund. Are. videtur obstare quādo solutio fit in eadem pecunia, augmentū & diminutio sint ad cōmodum & incōmodū creditoris, vt dixi in 3. decla. & quod hoc casu augmentum cedet in beneficium debitoris & decrementum in damnum creditoris, vt prædixi: quia secundum eum in his, quæ sunt debita in genere sufficit vt eadē res possit reddi nō attenta mutatione valoris extrinseci d. l. cum quid, & l. vinum, ff. si cer. pe. licèt Maria. in cons. 6. inci. prædicta cōsultatio, tenuerit contrarium videlicet esse attendendū quot Bagatinos valebat duc. tempore obligationis, vnde secund. Franc. de Are. vbi supra ista regula procedit in vtroq; istorum casuū taliter quod non sit quærendum ad eius commodum vel incommodū cedat variatio, sed hoc solū an verum sit quod sint soluti mille solidi in solidis vel in alia pecunia quæ valeat mille solidos, & ex qua mille solidi haberi posset, licèt ipse Frā. de Are. ita clarè nō loquatur, est etiā differentia quando pecunia promissa reperitur, & quis velit de alia soluere quę valeat promissam, & quādo non reperitur.

Nam primo casu ideo inspicitur valor pecuniæ quæ soluitur secundū tempus solutionis: quia illa æquipollet & æquiualet promissæ. ar. l. Paul. & perinde est, ac si promissa daretur, poterit enim ex illa de promissa haberi, & si promissa haberetur plus non valeret, & sic dici potest vbi de promissa non inuenitur: quia cùm sit extincta pariter eius cursus est extinctus taliter, quòd eius valor æstimari non pōt de præsenti. Ideo inspicitur valor secundū tempus cōtractus. vt in præced. decla. & hoc videtur de mēte Bal. in l. si quis argentū, in prin. C. de don. Et cum ista opin. transit Bened. Capra consil. 29. incip. cum viso 2. colu. 2. dubio volens, quod ille, qui soluit valorem florenorum aureorum relictorum in testamento debeat soluere se- 4
cūndum tempus solutionis.

In hoc passu puto faciendam duplicē considerationem, prima est de valore pecuniæ, quæ est in obligatiōe, seu promissa, & tunc eius æstimatio est commensuranda ad tempus promissionis facta tali consideratione quod illa summa pecuniæ promissæ præstetur, & hoc est, quod voluit Franci. de Aret. in consil. prælleg.

post

post Bart.in d.l.res in dotem. ff. de iu.do. attestando communem opi.ita esse. & ita procedit prima opin.& hoc aperte declarat Bal.in l.si quis argentum.in prin. ver. quærit,gl.C.de don.dicens quod ita consuluit in vrbano attento quod forma promissa potest præstari, & loquitur etiam de dote,sequitur clarius idem Bald.in d. c. quant.ver.extra quæro. vbi dixit quod si promisi tibi mille lib. Imperialium in grossis,quod imperiales sunt in obligatione:& grossi in facultate soluendi, & q̃d si contingat grossum qui tempore promissionis valebat 24. imperiales tempore solutionis valere solum 18.debeat tantum solui de grossis vel alia moneta, qui & quæ comprehendant tot imperiales quot fuerunt in obligatione,vel promissione,& idem si g ossi valor augeatur,vt ibi per eum : quia sufficiet dare qui comprehendant tot imperiales, quot sunt in promissione, & istud etiam patet ex exemplo tradito per Old.in cons. 13. suprà, pro hac prima opi.alleg.

1 Et 1 ab hac opinio.non discrepat Bar. in d.l.cum aurum dum dicit,quod si centum libræ monetæ sunt in obligatione,attento quod de consuetudine potest solui aurum pro moneta,& econtra poterit q̃s soluere libras in ducatis æstimando ducatum valorem temporis solutionis non cõtract⁹: nec enim vult quod propterea minus de centum libris præstetur,aut plus, licet velit fieri solutionem ducatorum secundum varietatem valoris eorum .Secunda consideratio est circa valorem pecuniæ,quę est in facultate soluendi & nõ in obligatione præcisè vel promissione, & ista debeat solui secundum cursum & valorem suum proprium temporis solutionis.

Mam si debeo tibi solidos mille & velim soluere in grossonis Mediolani, quorum valor sit variatus à tempore promissionis,nihil ad te si dem plures,vel minus de grossonis,dummodò tibi tot dem qui comprehendant numerum solidorũ promissorũ eiusdem ligæ & bonitatis,& hoc est quod vult tex.in d.l. cùm aurum post gl.ibi & quod voluit Bar. ibi & d.l.res in dotem.& Bal.in d.c.quanto.& d.vers.extra quæro.& in cons.424.incip.quia obligationes,& 339.inci. punctus quæstionis, 2.vol.vbi pulchrè loquitur,& Franci. de Aret. in d. cons. 11. vbi dicit quod hæc est communis opinio.

Nam dicere quod ex mille solidis potuissem tempore contractus habere plures grossonos,vel ex c. libris plures ducatos quã nunc dentur,prout dicit Bar.in l. numis.in fin.est interesse lucrè,quod non habetur in consideratione, nisi in morosis,l.vinum.& ibi not.maximè per Guili. de Cug.& Alb.de Ro.ff.si cer.pe.& dicam infrà in 1.limit.Et prędicta procedũt siue illa pecunia quæ est in facultate soluẽdi, ita sit ex consuetudine secun. Bart.in d.l. cum aurum,& Fran.de Are. in d.consi.11. cum concor. siue ex conuentione secun. Bart.in d.l.Paulus. in vltimis verbis.Bal. in d.c.quant.ver.extra quæro,& Francis. de Are. vbi suprà idem si ex laudo secundum Old.in d.consil.13.

Item prædicta procedunt nisi quandò pecunia de qua in obligatione vel solutione fuit æstimata certa æstimatione, prout dicetur infrà in 8.& 9. limit.

SVMMARIA.

1 *Debitor pecuniæ in genere & indifferenter soluere volens an debeat inspicere valorem pecuniæ secundum tempus obligationis.*

2 *Aequiualentia nouæ monetæ, quæ loco antiquæ præstatur quomodo commensuretur. 6.*

3 *Pecuniam reddi in eodem pondere quando sufficiat.*

Extrinseca bonitate mutata,in obligatione generis attenditur solutionis.

4 *Mutatio cursus monetæ in obligato ex contractu non imputatur debitori nisi post moram.*

Valor pecuniæ quæ est in facultate soluẽdi secun-

dicti temporis, quando successit variatio in bonitate intrinseca.

Vbi autem interuenisset solum mutatio bonitatis extrinsecæ, vt quia remanente eadem liga: & pondere auri & argenti in monetis mutatus esset valor, non procederet hæc conclusio quia attenderetur valor, secundùm tempus solutionis secundũ communem opi. Dd. quia in his quæ debētur in genere, vt in debitore librarum florenorum Mediolani & florenorum Sab. de quibus suprà, & consimilium regula est, quòd variatio valoris extrinseci inspicitur tempore solutionis, & eadem res debet reddi in genere non attenta variatione valoris extrinseci siue ista varietas tendat ad commodum debitoris siue creditoris: vt patet in l. cum quid. & in l. vinum, ff. si cert. pet. vbi Doct. communiter ita transeunt in isto proposito monetarum, & maximè Bart. in d. l. cum quid. in fin. cōment. & alij scribentes.

Sequitur Zaba. in clem. si beneficiorũ, in 14. q. de deci. vbi alleg. concor. & relatis diuersis opin. residet in ista opin. concludens quod † mutatio cursus monetę in obligato ex contractu non imputatur debitori nisi post moram, sequitur Petr. de Anch. in d. cle. si beneficiorum, 2. col. 2. casu, post Bald. cons. 399. incip. in ciuitate Ascul. 2. volu. secundùm pen. impressionem, & nota Fran. de Are. in cons. 11. procedendum. 2. col. dicens quod hæc est communis opin. dicens etiam quod valor pecuniæ quæ est in facultate soluendi attendi debet secundùm tempus solutionis, per l. si stipulatus sim decem in melle, ff. de solut. & notatur per Bart. in l. Paulus, in fin. commen. ff. eo. tit. ita quod si pecunia minuta esset in obligatione & grossa in facultate soluendi ad videndum quo valore debeat solui pecunia grossa, debeat inspici tempus solutionis, ad idem adducit Fran. de Are. quod in proposito dotis dixit Bart. in d. l. res in dotem, ff. de iure dot. quamuis Mari. in cons. 6 aliter sentiat & malè quoad hoc, quia decisiones & iura super quibus se fundat, loquuntur secuta mutatione intrinsecæ bonitatis: ex quo causata fuit mutatio extrinsecæ bonitatis, & faciunt quę dicentur infrà eo. 8. limitatione.

Sed tunc debet dubitari quid erit, † si monetæ sint pro parte seu aliquæ mutatæ in bonitate intrinseca: vt quia fiat aliqua moneta magis erosa, quàm prius esset, & aliquæ sint mutatæ in bonitate extrinseca remanēte eadem bonitate intrinseca, hoc est, eadem liga, & eodem pondere: puta, quia mutati sint Caualoti in liga & pondere, & consimilis parua moneta, & grossoni ac aurei non sint mutati in liga & pondere, sed tantùm in valore, taliter quod valeant plures solidos vel libras aut grossos, quàm prius valerent: an poterit debitor soluere libras in Caualotis nouis deterioribus maximè ad æstimationem temporis solutionis: est certum ex prædictis, quòd non: quia non licèt de deteriore moneta in bonitate intrinseca soluere. 5

Sed maius dubium est, an debitor possit soluere de antiqua moneta currente tēpore contractus quæ nunc plus valet computatis libris debitis ad valorem, qui nũc currit, & idem de florenis Mediolani vel Sabaudiæ, vt quia debitor 24. librar. tempore quo ducatus valebat quatuor libras tantum, velit soluere nunc in ducatis ad rationem librarum quinque, quas nunc valet ducatus, consului & obtinui quòd non, sed quod debeant solui libræ in tali antiqua moneta ad ęstimationem temporis cōtractus: eò quia valor antiquæ monetæ nō mutatæ in bonitate intrinseca auctus fuit propter deteriorationem minoris monetæ magis erosæ, seu magis ære contaminatæ, cùm deterioratio minoris pecuniæ sit causa augendi valorem extrinsecum maioris pecuniæ vel melioris, vt per Bart. in d. l. Paulus, pen. colum. ff. de solut. & in l. in numis. ff. de in lit. iur.

Et sic in consequentiam † subest mutatio in bonitate intrinseca, & tunc cessat ratio, quod libræ in genere eandem recipiant functionem, ita dando de vna moneta sicut de alia per no. in proposito in d. l. cum quid, quia cōsiderato genere successit variatio in bonitate intrinseca, & mutatio in materia, quo casu attenditur tem- 6

Ee pus

pus contractus, vt per Doct. in locis prædictis, & Bar. in d. l. res in dotem, & ita tenet Calca. conf. 14. pen. col. & fin. & est de mēte Mari. d. conf. 6. & Benedicti Capræ conf. 29. incip. cum viso. 2. col. 2. dubio, & ita distinguit etiam Corn. conf. 321. incip. de pluribus, vlt. col. 3. vol. & conf. 181. incip. visis. 27. col. vers. restat. 2. vol. & Fran. de Are. d. conf. 11. dum ponderat solam variationem in bonitate extrinseca etiam hoc sentit, & rectè intuenti hoc volunt Zabar. in d. Cle. si beneficiorum, in 13. quæst. ac etiam Petr. de Anch. in 2. colum. & apertè Oldra. in d. conf. 31. & Roma. in d. conf. 123. incip. circa primum, & Bald. in d. c. quanto, loco præalleg. & in addi. Spec. in tit. de sol. §. nunc aliqua, in fi. in addi. incip. no. hic cum concord. in prin. huius conclusionis adductis iunctis his, quæ dixi in 1. declar. huius conclus. & quæ dicam infr. 8. lim. 3. q. Et ita sæpè consului & obtinui.

Quomodo autem commensuretur æquiualentia † alterius monetæ, quæ loco antiquæ præstatur, declaratum fuit suprà in præced. decl. scilicet in 5. videlicet secūdùm tempus solutionis per l. certum, per illum tex. cum gl. ibi notatis per Bal. ff. de aur. & argen. lega. cum concord. ibi alleg. videlicet dando tantum de alia quæ tēpore solutionis æquiualeat antiquæ si de antiqua daretur, vt ibi dixi, & ita est intelligēdum quod dixit Ang. in l. fi. C. de ve. nu. po. lib. 11. dum dicit, quod in dubio potest quis soluere de moneta aurea vel argētea aut minuta currente tempore solutionis, iuxtà Cle. præalle. videlicet fin. de deci. & nota per Bartol. in l. quæ extrinsecus, ff. de verb. obl. Et ad commensurandum valorē pecuniæ, qui sit incertus cum valore alterius pecuniæ qui sit certus, ponit exemplū Io. And. in addi. Spe. in rub. de concess. præ ben. circa fi. dixi aliquid suprà hac eadem concl. in 3. declar. Et prædicta procedunt, nisi dicatur quod fieri debeat solutio librarum florenor. Mediolani aut Sabaudiæ de moneta currente tēpore solutionis per ea, quæ dicētur infrà ea conclu. 8. limit. maximè in 3. q. in fin. cum seq. quæst. vbi materia ista plenius examinabitur.

SVMMARIA.

1 *Canon emphyteusis ad quam pecunia æstimationem soluendus.*

2 *Solidi noui ad æstimationem antiquorum reducendi.*

3 *Dies in vsufructu annuo & alimento cedit in principio cuiuslibet anni.*

4 *Annua pecuniæ præstatio per Principem quo pacto solutionem consideret.*

5 *Salaria de publico deputata, qua pecunia soluenda.*

Septima Particula, siue Declaratio.

SEptimò, prædicta conclusio procedit etiam, si obligatio † habeat tractum in futurum, vt est obligatio pecuniaria annua, vel vbi singulis aut certis annis præstanda est certa quantitas pecuniarū, quia attendimus valorem temporis contractæ à principio obligationis, licèt singuli anni propriam habeant solutionem, vt patet in censu vel emphyteusi, & eius canone, c. olim, & c. cum canonicis, de cens. vbi census singulo anno debitus debet solui de antiqua moneta, vel de noua ad æstimationē antiquæ, & hoc procedit non obstante, quod in his, quæ habent tractum in futurum, futura debeantur, & veniant futura augmenta, vel futurum tempus inspiciatur, vt per Bald. in l. si ita, cum concord. ff. de aur. & argen. leg. Et dixi latè suprà in 15. conclus. & seq. quia illud procedit quoad corpora videlicet quantum sit venditum vel legatum, vel in pecunijs quantam summā quis promiserit, putà 10. duc. vel 20. lib. non aūt quātum ad valorem rerum vel ducatorū: quia illæ commensurantur secundùm tempus obligationis iuribus prædictis, & l. cū quid, iunctis notatis, in l. vtrū, ff. si cer. pet. & patet in l. res in dotem, vbi Bartol. ff. de iur. do. cum concord. quæ adduxi in 2. & 3. ac 4. & 5. declar.

¶ Et de hoc est gl. in c. conquerente, in verbo solidos, ff. de off. ordi. quæ loquitur de solidis duobus, qui præstantur singulis annis.

nis Episcopo pro syndicato seu cathedratico: prout etiam dicitur in c. olim.† Nam de antiquis intelligi debet vel de nouis ad æstimationem antiquorum. Et cum hac opin. transit Hosti. in summa. in tit. de censi. §. ex quibus, ver. quid ergo si rei mondini. & Alb. de Ro. in l. cum quid, ff. si cert. pet. & in l. 2. penult. colum. C. de iure emphy. dum se remittit ad prædicta, vt refert Dy. qui in canone emphyteutico tenuit inspiciendum tempus contractus. Et in proposito isto latè consuluit Panor. in cons. 6. in cip. quod solutio. 2. volum. facit, quod consuluit Oldr. in consi. 250. incip. factum tale est, vbi consuluit, quod si ex declaratione Pontificis vnum monasterium teneatur alteri ad annuam pensionem, intelligitur de pecunia secundùm tempus ordinationis. sequitur Franc. de Aret. in cons. incip. 112. consideratis, vbi breuiter & fundamentaliter loquitur more suo.

Hinc benè dixit Bald. in c. quanto. vlt. col. vers. quæro quid in annua. de iureiur. quod si dos in pecunia annua promittatur putà in mille lib. præstandis in annuis 10. dando centum pro singulo anno, vel si alicui fiat annuum in pecunia legatum, quantum ad obligationem ipsam in genere formatam, inspicitur principium & valor pe-
3 cuniæ secundùm illud tempus:† quia vna est obligatio pro omni tempore licet quātùm ad obligationem nascendam inspiciatur principium cuiuslibet anni. l. Stichū. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. taliter quod semel cedit dies pro omni tempore, & retrorsum se habet secundùm eum, nisi in vsufructu annuo & alimentis: quia in eis cedit dies in principio cuiuslibet anni, & nō simul & semel adeò quotquot sunt anni, tot sunt obligationes, l. 1. in fin. C. quando dies leg. ced. & habetur per Bart. in l. Titia in annos, ff. ad leg. Falcid. & per Bal. & Dd. in l. in annalibus. C. de legat.

Et idcircò in annua obligatione seu legato, & dote. vt suprà promissa semper solutio ad originem se refert, secundùm Baldum in d. c. quanto, quia inde sumit vniformem, certam & inuariabilem formam: & subdit ibi Bal. quòd hæc colliguntur ex q. Butr. in q. veterum Pisanorum, quam examinat Signo. in suis consilijs, nu. 74. inci. quæstio talis proponitur, quidam colonus. Et dicebat iuxtà prędicta Bald. in c. ex conquæstione. de off. ord. quod si noua impositio concurrat cum antiqua, solutio ad tiquæ fiet secundùm antiquam monetam, & noua secundùm nouam.

Prædicta temperant Ant. de But. & Panor. in c. quantò, vbi Panor. in vlti. col. de
iureiur. vt † non procedant in Principe ex 4
gratia cōcedente alicui aliquam annuam præstationem pecuniæ: quando princeps ignoraret valorem pecuniæ: quia si mutetur qualitas pecuniæ, intelligetur de moneta currente tempore cuiuslibet solutionis, per Clem. si beneficiorum, cum glo. & nota. ibi per Guil. de monte Lau. de deci. quam ita intelligunt, secùs quando sciebat qualitatem & valorem pecuniæ promissæ vel currentis tempore promissionis d. c. olim, secundùm eos. Item prædicta intelligenda sunt nisi in casibus, in quibus ius vult solui secundùm monetam currentem tempore solutionis limitando, vt in casu d. Clem. si beneficio. de decim. secundùm intellectum aliquorum ibi, licèt Panorm. & plures alij in c. quanto, in vlt. col. de iureiur. aliter dicant. Item prædicta limitantur secundùm Spec. in tit. de solut. §. nunc aliqua, in fin. vt non procedat in salarijs de publico debitis: prout est si communitas sit obligata dare potestatibus vel alijs personis salarium vnum: putà librarum
mille, quia † fiet solutio secūdùm cursum 5
monetæ temporis, quo debebitur salarium. sequuntur Zab. Pet. de Ancha. & Ioan. de Imol. in Clem. si beneficiorum, aliàs si post plures alios Doct. per eos relatos, de decim.

Et facit ad hoc ille text. sed melius facit, quia hoc casu obligatio non contrahitur, nisi cum quolibet potestate: quo casu credo attendi valorem monetæ tempore quo quilibet potestas conducitur, & ingreditur officium, nisi consuetudo aliter se haberet, vt tempus solutionis foret attendendum, quia potest esse variatio valoris intra tempus ingressus, &

solutionis,& ita tenet Bald. in consil. 132. incip. super eo. 1. volum. secundùm pe. impressionem, † vbi loquitur in salario potestatis Albæ dominationis Montisferrati, in qua ciuitate didici maximam partem eorum quæ sciui, quandò exiui scholas Grammaticales, & ingressus fui scholas Legales. idem tenet Pet. de Anch. in d. Cle. si beneficiorum, vl. col. motus: quia eadem est ratio quæ in alia obligatione, l. omnẽ, ff. de iud. de qua materia dicam infrà in 17. declar. dum tangam de obligatione, quæ ex statuto descendit, an in ea inspiciatur valor secundùm tempus statuti.

Quid autem si in contractu conditionali an inspiciatur valor & qualitas pecuniæ secundùm tempus contractus, dicam in sequenti declar. vbi dicam de oblig. in diem concepta. Reliqua autem dicam infrà in 6. limitatione.

SVMMARIA.

1. *Obligatio conditionalis pecuniæ, ad quam æstimationem referenda.*
2. *Relictum annuum in vltimis voluntatibus est conditionale.*
3. *Solutionis tempus in vltimis voluntatibus inspicitur.*
4. *Legatum conditionale nunquid respiciat solutionem secundùm futurum euentum pecuniæ.*
5. *Dotis restitutio habet dilationem temporis.*
6. *Tempus contractus in pœna conuentionali attenditur.*
7. *In dote confessa sub spe numerationis futuræ, tempus numerationis attenditur.*

Octaua Particula, siue Declaratio.

Octauò prædicta conclusiò procedit etiam in obligatione pecuniæ conditionaliter vel in diem concepta, 1 quia intelliguntur partes sensisse de moneta & valore secundùm tempus contractæ obligationis seu formatæ, non autem solutionis seu purificatæ conditionis, vel aduentus diei, vt dixit Franc. de Aretin. in consi. 11. incip. procedendum est breuiter, in 1. & 2. colum. licet Oldrad. in consi. 168. incip. ad primam, 2. dubio. aliter senserit, videlicet quòd in gratia, per quam aliquid est præstandum, sit inspiciendum tempus, quo gratia sumit robur, non autem datæ, quasi talis gratia conditionem habeat, in quibus conditionibus secundùm eum tempus existentis conditionis inspicitur, l. cum qui post apertum. cum concord. ibi signatis: ff. de condit. & demonstra. pro quo facit secundùm Areti. in consi. præallegat. quod dixit Bartol. in l. Titio in annos, ff. ad legem Falcid. & Bald. in l. animalibus, C. de legib. dum voluit, 2 † quod si ex forma statuti pro relicto debet solui gabella, non soluetur pro relicto annuo simul, sed in principio cuiuslibet anni: quia in vltimis voluntatibus relictum annuum est conditionale: ad idem facit quod dixit Bald. in authen. eo decursum, in fine commen. C. de donatio. ante nupt. dum voluit, quod si ex forma statuti quælibet donatio debet insinuari, non intelligetur de donatione ex qua transfertur ius post mortem: quia intereà contractus non est purus.

Et cum hac opinione videtur transire Albert. de Ro. in l. 2. penultim. colum. versicul. deinde quæro, si emphyteuta, C. de iure emphyteu. per iura per eum allegat. pro concordia Aretin. in dicto consil. 11. videtur sentire, quod in contractibus, in quibus conditio retrotrahitur, iuxtà l. si filius, cum ibi notat. ff. de verbor. obligat. & not. in l. vxorem, C. de condit. insert. & in l. quæ legata, ff. de regul. iur. & latè in l. pecuniam, la. 1. ff. si certum peta. inspiciendum sit tempus contractus, & quod secùs sit in vltimis voluntatibus, † in qui- 3 bus inspicitur tempus solutionis per prædicta, & per not. per Bald. in l. 1. in fine. C. de mand. dum voluit, quod si de contractu facto in nundinis non debet solui gabella, pariter solui non debebit de contractu facto in nundinis: ex quo domi-

nij;

nij translatio post nundinas transfertur, ad idem facit quod dixit Barto. in l. fancimus. C. de consuli. libr. 12. dum vult, quòd si de contractu ex forma statuti solui debeat gabella, pariter sit soluenda de contractu, ex quo dominij translatio post mortem contrahentium differtur.

Et quòd in contractibus tenendum sit pro opi. Fran. de Are. probatur ex c. olim. iunctis his quæ dixi in præced. declar. de censi. dum conclusi quòd valor & qualitas pecuniæ pro canone vel annuo censu debitæ consideretur secundũ tempus contractus, licèt obligatio annua in princ. cuiuslibet anni, vel in singulo anno sumat effectum. Et maximè quia etiam in contractu conditionali licèt effectus obligationis suspendatur vel deferatur: nihilominus tamen mens contrahentium est certa de corpore vel re & quãtitate rei & corporis, quæ continentur in dispositione conditionali: prout dicam in sequ. declar. vbi tangam quid sit de pecunia debita ex vltima voluntate, vel testamento. † Et ibi declarabitur quid de legato conditionali, facit quia secundùm Bald. in l. 2. §. si duobus, 1. colum. vers. item quæro. C. commu. de le. in contractibus inspicitur consensus tempore contractus, & consequenter moneta secundùm diem contractus, nõ secundum futurum euentum.

Et in hac sententia fuit Iacob de Aret. in l. quoties in diem. ff. de verb. oblig. per l. Titia. in fin. ff. de condi. & demonstr. Ex prædictis apparet quòd non est vera decisio Marti. de Laud. in l. cùm quid. ff. si cert. peta. iunctis nota. per Corneum consi. 109. incip. viso. post princ. 4. colum. qui Marti. prout aliqui eum referunt, ibi dixit, quòd quando dies est adiecta solutioni, debet inspici valor pecuniæ secũdùm illud tempus, in quod est collata solutio, quod videtur approbare Corneus in consi. præalleg. argum. l. contraxisse. ff. de act. & obli. & l. vinum. ff. si cert. peta. & l. eum qui Kalendis, §. 1. ff. de verbor. oblig. licèt melius faciat, l. quoties in diem. ff. eo. titu. de ver. oblig. & contra Mart. facit l. res in dotem. cum ibi not. per Bar. ff. de iure dot.

Nam certum est quod † restitutio dotis habet dilationem temporis secundùm quam fit restitutio. Et nihilominus attenditur tempus constitutæ & datæ dotis, vt ibi per Bar. & dixi suprà in 4. & 5. declara. & contra Marti. de Lauden. consuluit do. Marti. in consi. 6. incip. prædicta consultatio: vbi voluit quod in grauato ex testamento soluere infra diem certam summã pecuniæ attendatur valor pecuniæ varietate secundùm tempus testamẽti vel mortis, non autẽ tempus diei solutionis: quod consilium non est per omnia tenendum, vt dixi in 4. conclu. & seq. & ipse Mar. de Laud. in tract. de moneta, in 15. quæst. in fi. aliter dixit volens in obligatione in diem concepta inspici valorem pecuniæ promissæ secundùm tempus contractus, & si mora interueniat, inspici tempus quanti plurimi valuit à tempore moræ, iuxta l. vinum. quod est intelligẽdum iuxta ea, quæ dixi in 3. declar. Et secundùm hoc † in pœna conuentionali attenditur tempus contractus, idcirco si promisisti aliquid facere infra certũ tempus, et in defectum dare pœnam pecuniariam; attendemus qualitatem pecuniæ secundùm tempus obligationis, vult Bal. in addi. Spec. in tit. de oblig. & solu. in antepe. addi. incip. nota hic volens aliud esse in pœna à statuto imposita, quia attenditur valor monetæ secundùm tempus conuentionis, & hoc de pœna statuti voluit Specu. in d. titu. de act. & oblig. §. nunc aliqua. in fi. de qua pœna statuti vel legis dicã quoad propositum infrà in 11. declar.

Est tamen circa prædicta aduertẽdum ad id quod consuluit D. Philip. Corne. consi. 109. incip. viso. 4. volum. vbi voluit, quòd si confessus sum recepisse dotem spe futuræ numerationis, attenditur tempus numerationis, vel quo in effectu obligatio contrahitur, vt quia secuta confessione pater filiæ, vel alius pro ea promittat illam soluere, nam nomen soceri dicitur datum in solutum, & confessio dicitur facta spe futuræ promissionis, non numerationis, vt ibi per not. in l. penul. §. si vir. ff. soluto matrimonio.

SVMMARIA.

1 *Testator & contrahentes non videntur de futuro tempore cogitasse.*
2 *Testamentum à quo tempore sumat vires.*
3 *Tempus quale inspiciendum in legatis & fideicommissis.*
4 *Pecuniæ qualitas tempus testamenti respicit.*
5 *Differentia quæ sit inter relictum purum & conditionale.*
6 *Tempus petitionis vel moræ, quod inspiciendum in solutione.*

Nona Particula, siue Declaratio.

NOnò prædicta conclusio procedit etiam in obligatione & debito causatis ex testamento, vel vltima vo-
1 luntate:& † sic etiam in obligatione contrahenda non tantùm contracta, & eo casu dixit Albe.de Ro.post Guil.de Cu.& in l.vinum.vlt.col.ff.si cert.pet.esse inspiciendum tempus testamēti. Non autem quo legatum petitur, quia testator & contrahentes non videntur de fututo tempore cogitasse, l.3.& l. Rutilia Polla.ff.de contrahen.empt. Et in proposito, l.vxorem.§. testamento.ff.de lega.3. & l.vxori.§.1.iuncta l.nomen,eo.titu. & l.fi.in prin.de aur. & arg.leg. Et facit l.damni infecti, §.1.ff. de dam.infect.& in hac opinio.fuit Oldr. in conf.13. incip. quidam condens.vbi tenuit in legato 200.libra.facto per testatorem qui superuixit annis 10. cùm moneta fuisset mutata fuisse inspiciēdum tempus testamenti, vt sic testator senserit de 200. li.monetæ vsualis tempore testamenti,nō
2 autem tempore mortis, esto quòd † testamentum sumat vires à tempore mortis testatoris, l.omnium.C.de testa.c. cum Mar. de celeb.Mis.& cum hac opin.transit.Pan. in d.c.olim.de censi.facit,l.si ita.ff.de aur. & arg.lega.sequitur idem Alb. de Ro.in l. cùm quid.vlti.colum.ff.si certum peta. Et fuit de mente Bal. ibi post Dyn. in d.§.testamēto.voluit Pau.de Cast.in l.1.in prin. C.commu.de leg. & dixit Marti.de Laud. in tracta.de monet.16. quęst. quod omnes Doct. tenent prædictam opin. sequuntur Moder. in d.l.cùm quid, vbi D.Fran.Curt. in 4.q.allegat. glo.singularem & approbatam in l.ff.de fun.instru.quę decidit quod in legatis particularibus, siue rerum, siue pecuniarum semper attendamus tempus testamenti, & quòd in vniuersalibus legatis & fideicommissis debemus attendere tempus mortis testatoris, licèt tempus mortis prima facie videatur omni casu inspiciendum, per not. per Bald.& Barto. Angel.& Doct. in l.si seruus legatus.§.qui quinque.ff.de leg.1.

Et Bart.in l.fin.ff.de lega.& in l.fi.§.1.ff. de fūnd.instru. dum dicit, quòd † si mari- 3
tus legat vxori frumētum in suo horreo, vel sua domo existens, & testator superueniens illud consumpserit, & aliud imposuerit, veniat in legato illud, quod reperitur tempore mortis, quæ iura & decisio non faciunt ad propositum, quia loquuntur in diuerso casu, & secundū Ang. post Bald.in d.§.qui quinque, istud nō est ex vi verborum, sed ex præsumpta mente testantis, vt pręsumatur testator voluisse corpora subrogata recedere à legato, de qua materia habetur in l. filiæ, in fin.ff.de cond.demon.at in casu pręsupposito pecunia non ponitur vt species, cuius loco alia præsumptiuè subrogetur, nam si legata esset pecunia existens in arca, quæ si cōsumpta esset,& alia ibi esset posita, quæ tēporis mortis testatoris ibi esset, benè esset idem casus, qui non conuenit ad propositum, ita vt etiam non conueniat, d.glo.sed benè conuenit, d.§.testamento, qui loquitur de qualitate rei relictę, vt inspiciamus qualitatem temporis testamenti: & non mortis testatoris, vel alterius temporis: † 4
nam idē est de qualitate pecuniæ, facit d. l.fi.in prin.ff.de au.& arg.leg.nec huic dicto obstat, d.l.pen.ff. de fun. inst. quæ disputat, an quandò legatur fundus instructus intelligatur legatum, prout est instructus tempore testamēti, an verò legati petiti, an dies legati cedit, & concludit inspici tempus legati cedentis, quia instrumenta

menta fundi nō capiuntur, tanquam qualitas, sed tanquàm substantiæ & corpora accessoria vel fundo cohærentia, quo casu benè fit distinctio inter legatum vniuersale & singulare, vel indefinitum, vt ibi notatur, & in d. §. testamento. Non sic est in d. §. testamento, & in pecunia simpliciter legata. Nam quærimus de quali. senserit testator, & §. testamento, vult inspici qualitatem temporis testamenti in tantum, vt non sit quęstio, an ad pecuniam præsentem tempore testamenti hæres teneatur, vel ad aliam post fabricatam: quia de hoc est vis, sed an ad pecuniam illius bonitatis vel valoris seu qualitatis.

5 Cæterùm circa prædicta est aduertendum: † quia vt refert Alber. de Ro. in l. 2. pen. col. C. de iure emphyt. aliqui fecerūt differentiam in promisso casu inter relictum purum & conditionale, volentes in relicto conditionali non attendi tempus testamenti: quod non video iure probari. Nam si consideremus, quòd conditio suspendit effectū relicti, dicamus quòd propter hoc inspici debeat tempus purificatæ conditionalis ea ratione nunquàm inspiceremus tempus testamenti, contra d. §. testamento: cùm testamentum sumat vires à morte testatoris, & non ante l. omnium. C. de testam. c. cùm Marthe, de celeb. miss. vnde omni casu est dicendum, quòd qualitas rei intelligatur secundum tempus testamenti in dubio designata, d. §. testamento, licèt Ro. in cons. 123. incip. circa primum, 2. col. dixerit inspiciendam qualitatem pecuniæ secundùm tempus petitionis, per l. cùm certum, vbi Bar. ff. de au. & arg. leg. quia non obstat cùm ibi tractetur de precio ponderis argenti relicti: cuius pretium est in facultate soluēdi, vt ibi,
6 † & non mirum si tempus petitionis vel moræ inspicitur, vt ibi notatur, & in l. vinum. ff. si cer. peta.

At in proposito quærimus: cuius bonitatis pecuniam testator reliquisse videatur, & dicimus secundum ius testamenti: vnde hęres de illa moneta soluat legatum in quantitate relicta, prout si ibi solueret pondus argenti legatum, & si velit soluere in alia moneta æstimationem illius monetæ currentis tempore testamenti nō negatur, quin illa æstimatio ad tempus solutionis referatur, vt declaraui latè suprà eo in 5. declaratio. dum dixi, quod satis est soluere tantā de noua pecunia: quæ æquiualeat antiquæ.

SVMMARIA.

1. *Tempus condemnationis etiam in debito per sententiam Iudicis inspicitur.*
2. *Obligationis tempus inspicitur, vbi sententia fit ex antecedenti obligatione pecuniæ.*
3. *Præcepti vel ordinationis tempus nunquid inspiciendum in præcepto superioris, aut ordinatione iudicis.*

Decima Particula, siue Declaratio.

Decimò prædicta etiām conclusio procedit in debito per sententiam, † seu ex iudicis cōdemnatione contracto: quia attendimus tempus cōndemnationis: cuius prętextu obligatur condēnatus: & idem in debito ex Laudo. vt declarat Old. in cons. 31. inci. cum quæst. cum quo trāsit Ro. in cons. 123. inc. circa primū, 1. col. dum loquitur de sententia iudicis: et est glo. notabilis in c. olim. de iureiur. no. Albe. de Ro. in l. cùm quid, vlt. col. ff. si cer. pet. sequitur Panor. in c. olim. in pe. nota. de censi. & est de mente Specu. in tit. de solut. §. nunc aliqua. in fi. facit quod consuluit Old. in consil. 250. incip. factum tale est dum loquitur de quadam declaratione facta per summum Pontificem, vt vnum monasterium alteri ad certam annuam pensionem teneretur: † quia intelligitur de moneta secundū tempus ordinationis: quod intellige, nisi condemnatio fieret ex aliqua antecedente obligatione eo casu, quo tempus obligatiōis solet inspici, iuxta l. vinum. ff. si cer. pe. cum vulga. Nec mirum, quia vt declarat Pet. de Anch. in Cle. si beneficio. vlti. col. de decim. ad obligationem,

tionem, & tempus obligationis sententia se refert, quod an procedat, vbi quis condemnatur ad pœnam à statuto impositam, dicam in 12. declar. Ex quibus ibi dicendis ampliabitur præsens declaratio: & non obstat quod dixit Ro. in d. consi. 123. in ver. sin autem dicamus, 2. col. dum vult in prin
3 cipis ordinatiõe† quę habet vim præcepti, esse inspiciendum tempus solutionis per d. Clem. si beneficiorum secundùm intellectum Paul. de Lea. de deci. quia veritas est in contrariũ, vel loquitur in præcepto: quia habet vim placiti principis et gratię, & sic meri rescripti quo casu, vt dicam in declaratione seq. inspicitur tempus solutionis, & non datæ, prout etiam declarat Miles in repertorio, in verbo pecunia.]

SVMMARIA.

1 *Tempus datæ rescripti attenditur vbi pecunia est debita ex rescripto principis. & num. 3.*
Decima assignata super beneficio, an debeat solui secundùm vsum monetæ currentis tempore solutionis.
2 *Statutum & rescriptum æquiparantur.*
3 *Moneta expressa in expectatiuis, an sit intelligenda ad tempus datæ vel vacationis.*
4 *Intellectus ad Clemen. si beneficiorum. de decim.*

Vndecima Particula, siue Declaratio.

VNdecimò prædicta conclusio procedit etiam in eo, quod est debitũ ex rescripto, vel gratia & pręcepto seu mandato principis, † quia inspicitur
1 moneta, & eius qualitas & valor secundũ tempus datæ rescripti seu mandati, & sic causatæ obligationis secundùm Pan. in c. quanto, vlt. col. de iureiu. vbi hoc intelligit, quandò princeps habebat notitiã qualitatis & valoris pecuniæ, aliàs autem secundùm eum intelligitur de moneta currente secundũ tempus solutionis, per tex. cum gloss. in Clem. si beneficiorum. de decim. dum ibi dicitur decimam alicui assignatam super aliquo beneficio debere soluĩ secundùm vsum monetæ currentis tempore solutionis, quam Clem. ita Pan. vbi suprà intelligit post Guil. de Monte Lau. ibi &, hæc procedũt, etiam si princeps ordinet pręstari inter tertias personas, vt ibi vel quia Papa mandet, quod vnum monasterium, seu Abbas vnius monasterij perpetuò teneatur dare alteri monasterio certam pensionem: quia intelligitur de moneta secundùm tempus ordinationis, vt consuluit Old. in consi. 250. incip. factũ est tale &c. & latius Pan. in consil. 150. incip. quòd solutio 2. volu. quod non placet Ro. in consi. 223. incip. circa primum. 2. col. per tex. in d. Clem. si beneficiorum iunctis ibi dictis per Paul. de Leaz. & † quia statu- 2
tum & rescriptum æquiparantur, vt patet ex notat. per Innoc. in c. causamque de rescript. & videtur sentire glo. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. in ver. igitur. ff. manda. cùm pecunia ex statuto debita consideretur secundùm tempus solutionis, vt ibi per eum, & dicam in seq. declar. vbi eũ improbabo. esto quod Ioan. And. in addit. Spec. in rub. de conceſſ. præben. propè fin. post Old. in consi. 168. incip. ad primam dicat in expectatiuis monetam expressam esse æstimandã & intelligendam secundùm valorem currentem tempore vacationis: quod dictum non videtur cõtrariari huic ampliationi seu declarationi, quia tunc incipit obligatio ex conceſſione & expectatiua contrahi, vt infrà dicam.

Et quia illa Clem. si beneficiorum, videtur à Doctoribus multipliciter & diuersimodè intelligi, dum dicit ad antiquã taxam & monetam currentem tempore solutionis esse faciendam solutionem decimæ super beneficio ex rescripto vel priuilegio, alicui debitæ. Est aduertendum, quia vt dixit Pau. de Leaz. quem sequitur Pet. de Anch. voluit illum tex. velle quod esto † pecunia sit debilior & minorata tem 3
pore solutionis sufficiat secundùm illam soluere, & quòd hoc sit speciale in debito ex gratia, vel rescripto, vel decimis à superiore taxatis eò, quia fuit ita ibi prouisum,

uisum, & in hoc potest versari interesse: quia si taxa esset facta vel constituta in libris: putà centum soluendo de Turonensibus vel solidis Mediolani debilioribus nunc currentibus minus solueretur, sed si esset in ducatis seu florenis aureis non solueretur minus: quia quantò debilior est moneta, tantum plus dari debet pro ducato, l.2.C.de ve.nu.po.libr.11. secundùm vnum sensum, & secundùm istum intellectum loquitur Panor. in d.c. quanto. in q. præalleg. vbi limitat, nisi princeps habeat notitiā qualitatis pecuniæ currentis tempore rescripti: quia intelligitur de ea sentire, & iste intellectus videtur magis communis, vt per Millum in repertorio, in verbo, pecunia.

Alius intellectus qui in puncto iuris videtur mihi verior, fuit, quod licèt in d. Clem. si beneficiorum, dicatur solui debere de moneta currente, propter hoc non velit ille textus solui minus taxa: quòd fieret si soluendum esset de moneta debiliore secundùm tēpus solutionis: sed hoc ideò ita velit ille text. ne collector posset compellere cambiri monetam currentem vnde soluet debitor de currente pecunia vsque ad summam taxæ soluendo tantò
4 plus de noua si sit vt debilior, † & illum sensum meo iudicio amplectitur gloss. ibi in verbo consuetam. & Zabar. ac Imo. ibidem ac Panor. in d.c. quanto. in q. de moneta ex statuto debita. in fin. & secundum prædicta puto intelligendum quod consuluit Alex. in consil.21. incip. visis.2. vol. nisi consuetudo verbo statuti repugnarent, vt ibi per eum.

Est tamen aduertendum ad id, quod dixi post Old. in d. consil. 168. quem tacito authore refert & sequitur Ioan. And. in loco præalleg. quòd quando gratia refert se ad beneficium vacaturum, debeamus considerare pecuniam secundum tempus vacationis, & quo gratia sortitur effectum: nam secundum eos multi dicebant cōtrarium, volentes tempus datæ considerari, arg. c. constitutus. & c. eam te. de rescript. de quo per doc. maximè Zab. Pe. de Anch. & Imol. in d. Cle. si beneficiorum. nam potuit Old. benè dixisse non ratione conditionis, vt ipse dicit propterea quæ dicta sunt suprà in 8. decla. Sed eò, quia in gratia se referente ad beneficium vacaturum qualitas adiecta verbo sit restringuenda ad tempus verbi & quo beneficium vacabit, l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxa. & latè notatur in l. ex facto. in princ. ff. de vulg. & pupil.

SVMMARIA.

1 *Obligatio pecuniaria ad quod tempus referat monetæ valorem & qualitatem. nu. 3.*

2 *Pœnæ legales monetam quomodò considerent.*

3 *Obligationes ciuiles qualiter ad pecuniæ valorem se habeant.*

4 *Solidi debiti pro Cathedratico, vel ex constitutione canonis, an debeantur de antiquis.*

5 *Differentia inter debitum ex lege, vel statuto nunquid sit.*

6 *Salaria in solutione quomodò pecuniæ valorem considerent.*

7 *Donatio vltra quingentos aureos insinuata, de quibus aureis intelligi debeat.*

Duodecima Particula, siue declaratio.

DVodecimò prædicta cōclusio † procedit etiam in obligatione causata ex lege vel constitutione aut statuto: inspicitur enim tempus quo obligatio cōtrahitur ex statuto, & secundùm illud tempus cōsideratur pecunia, de qua in lege vel statuto per ea, quæ dixi suprà in præceden. declar. post Oldr. in cons. 250. incip. factum tale est, cum cócor. sequitur Corn. cons. 321. incip. de pluribus in vlti. col. 3. volu. Et iuxta prædicta dixit Spec. in tit. de solu. §. nunc aliqua. in fi. quòd si statutum imponit certam pœnam pro maleficio, vel mandat dari certum salarium potestati, & post conditum statutum contingat mutari monetam, siue in bonitate 1

intrinseca, siue extrinseca, fieri solutio debebit pœnæ de moneta currente tempore condemnationis, vel salarij præstandi, quo tempore condemnatus dicitur obligatus ad pœnam: quod etiam voluit ibi
2 in addi. incip. no. hic. dicens in pœnis † legalibus inspici monetam currentem tempore contrauentionis, quod inducit ad condemnationes statutorum, & in cõuentionalib⁹ tempus obligationis, vult idem Bal. in l. illud, in fin. commen. C. de sacros. Eccles. & in l. 2. 1. col. C. commu. de leg. & Zaba. Pet. de Ancha. & Imo post Zenze. & Matthe. in Cle. si beneficiorum, de decim. But. in c. quanto. de iureiur. cum quo transit Are. in l. quod te. 3. col. ff. si cert. peta. ac Marti. de Laud. in l. cùm quid illo. eo. titu. vbi D. Fran. Cur. in 5. quęst. Pau. de Cast. in d. l. 2. in princi. C. com. de leg. facit. c. olim. de iureiur. cum glos. & text. cum glo. in c. fin. de maled. quod secundum Petr. de Anchar. in d. Clem. vlt. col. de deci. debet intelligi, si delictum fuit commissum post mutationem monetæ vel potestas conductus. Nam cùm ex commissione delicti quis eo tempore obligetur ad pœnam, Instit. de oblig. quæ ex male. in princ. & l. ex maleficijs. in princip. & l. ex maleficijs. in princ. ff. de act. & oblig. licèt sententia declaratiua & condemnatoria sequatur, iuxta l. eius qui delatorem, cum ibi nota. ff. de iur. fisc. Non propterea definit ex maleficio & tempore maleficij fuisse obligatus, vnde secundum Pet. de Anchar. vbi suprà
3 † debet considerari pecunia & qualitas, ac valor pecuniæ: quæ tunc currebant sicut in ciuilibus obligationib. & probatur in d. l. ex maleficijs. in prin. & l. omnẽ, cum ibi not. per glo. & Doct. ff. de iudi.

Et idem esse debet in salario per statutum debito secundum Pet. de Ancha. quia si potestas fuit cõductus ante mutationem monetæ, debebit considerari illa moneta, & secundum illam & eius valorem fieri solutio salarij. Et si post mutationem monetæ fuerit conductus, præstabitur salarium secundum monetam mutatam, vt sic attendamus tempus obligationis contractæ, & ita reperio consultum fuisse in salario potestatis. Alber. Marchionatus Mõtisferrati per Bal. in consil. 37. incip. super eo. 1. volu. secundum pe. impressio. & dixi in 7. declar. in fin. sequitur Ioan. de Ana. in c. fi. pe. col. de maled. & Millus in repertorio, in verbo, pecunia, quod est limitandũ secundum Bald. in consi. præalleg. nisi consuetudo se haberet: vt secũdum monetam currentem tempore solutionis, & eius æstimationem fieri deberet solutio, vt etiã dixi in præced. declar. circa fin. post Alex. conf. 21. 2. vol. rationes autem, quare in debito ex lege vel statuto consideretur non tempus statuti vel legis, sed aliud † & in contractibus consideretur tempus cõtractus, multas assignat Bald. in d. l. 2. C. commu. de leg. quem sequitur Io. de Ana. in c. fi. antep. col. de maledi.

Sed melior illa videtur quam suprà retuli ex mente Pet. de Anch. in Cle. si beneficiorum, videlicet vt vtroque casu inspiciatur tempus, quo obligatio formatur: ita vt non sit attendendum, an statuta magis æquiparẽtur vltimis voluntatib. quàm contractibus, prout dixi Ro. in consi. 223. infrà alleg. 1. col. & D. Franc. Curti. in d. l. cùm quid, 5. q. & istam rationem, quòd inspiciatur ortus obligationis, assignat Bal. in d. l. illud. in fin. commen. intelligendo, an formatio obligationis, an ortus inspiciatur, vt declaraui 7. declar. Et secundùm prædicta est intelligenda glo. in verbo, solidos, cum nota. per Bal. But. Panor. Imol. & Doct. in c. cõquerente, de offi. ord. dum dicit, quòd solidi qui debentur pro cathedratico ex constitutione canonis debentur secundum antiquos solidos: quoniam illa procedunt eò quia vsque à principio constitutio obligauit clerum Episcopis ad cathedraticum vel synodaticum: nõ sic est in l. vel statuto imponẽte pœnam, quia non habet quem obliget ante delictum commissum, vnde quandò constitutio vel lex tempore statuti vel legis habet, quem obliget non simpliciter, † sed erga alium, 5
vel tendit ad æstimationem alicuius rei: putà serui fugitiui in perpetuum de moneta secundum tempus statuti legis vel constitutionis, & ita posset procedere decisio

cisio Bal. in l. quicunque, vlti. colum. C. de de seru. fugi. cum aliquibus concor. infrà alleg.

Et ita in effectu saluatur consil. Oldra. nu. 250. incip. factum tale est: dum voluit, quòd si ex constitutione summi Pontificis vna Ecclesia alteri obligetur ad annuam pensionem redditiuum vel censuum, intelligi debet de moneta currente tempore constitutionis: quæ consideratio fuit de mente. Panorm. in consil. 56. infrà allegando, licèt Rom. in consi. 223. incip. circa primum taliter tenuerit: videlicet quod eo casu, & etiam generaliter vbi ex constitutione vel statuto debetur certa summa pecuniarum, debeat attendi tempus solutionis, & non benè per prædicta. Item secundum prædicta etiam intelligendum est, quod voluit Butr. in d. c. quanto. cum quo transit Are. in d. l. quid te. 3. col. ff. si certum peta. volens in obligatione legis vel statuti, si antiqua pecunia reprobetur, vel non sit in vsu, attendi monetam currentem, licèt etiam Panorm. in d. c. quanto. vlti. col. de iureiur. versi. quid autem in statuto. & in consi. 56. incip. quòd solutio, 2. volum. dubitauerit dicens: sibi videri, quòd debeat attendi moneta currens tempore legis vel statuti eò maximè: quia quandò imponunt pœnam, videntur illam velle
6 commensurare ad delictum. † Et si debilitetur pecunia vel valor, debilitatur commensuratio dicens simile in salarijs: quam opin. tenuit Bald. in l. quicunque, vlti. col. post gloss. ibi. C. de ser. fug. vbi etiam Sali. & Pau. de Castr. & in d. l. quoties. C. de susce. & Archi. libr. 10. & in l. fina. ff. de in ius vocan. cum concor. ibi alleg. maximè per D. præceptorem meum, & Panor. in consi. præalleg. Sed propter hoc non est recedendum à communi sententia per fundamenta alleg. & quia vt dictum fuit suprà proxi. possunt multæ ex istis decisionibus cõcordari, nec placet distinctio Pau. de Cast. qui fecit differentiam inter legem & statutum, in d. l. 2. in princ. C. de commun. de leg. volens, quòd in legibus attendatur tempus legis conditæ, & in statutis moneta vsualis: quia ista differẽtia est verbalis.

Est benè verum secundum Bal. in d. l. illud. in fin. commen. C. de sacrosan. Eccles. quòd vbi pecunia non est in obligatione vel solutione, sed in solennitate, inspicitur tempus statuti vel legis conditæ: putà quandò lex dicit, quòd † donatio vltra 7 quingentos aureos non valeat, nisi insinuetur: quia intelligimus de aureis & solidis legalibus, secundum tempus legis conditæ: quorum 72. faciunt libram, iuxta l. quoties. C. de susce. & Archid. lib. 10. sequitur notabiliter Paul. de Castr. in l. 2. in princ. C. commu. de leg. Idem esset vbi pecunia esset in obligatione, & lex vel statutum vltrà procederent determinando perpetuam taxationem pecuniæ, de qua in lege vel statuto secundum Bal. in d. l. 2. 1. colum. C. commu. de leg. qui ita intelligit, l. si aliud. C. de susce. & Archa. libr. 10. voluit alleg. d. l. quoties. & si non esset certa moneta, de qua in l. vel statuto, quid iuris sit declarat Salice. in l. fin. C. si cer. pet. & dixi in 1. declar.

Reliqua in materia prædicta videri possunt per Cyn. in l. si quis pro redemptione. C. de donat. per Specul. in titu. de instru. edi. §. porrò. in fin. Bald. & Salicet. in l. quicunque. circa fin. commen. C. de ser. fugi. per gloss. & Doct. in l. fina. ff. de in ius vocan. per Bald. in addit. Specu. titu. de solut. in verbo, obligatio legalis, & per Millum in repert. in verbo, pecunia, cum concor. An autem mutata moneta per statutum videatur etiam mutatum statutum, quod disponebat fieri deberi solutiones ad certam monetam taliter, quod secundum mutatam monetam solutio sit facienda, dicetur infrà 7. fallen. 1. col.

SVMMARIA.

1 *Obligationis tempus consideratur, etiam si debitor ex industria pro pluri expenderit.*

2 *Pecuniæ valor æstimatur iuxta pondus & consuetudinem Cambij, quæ communiter esse solet.*

Decimatertia Particula, siue Declaratio.

DEcimotertiò prædicta conclusio, quòd inspiciatur qualitas & valor pecuniæ secundùm tempus obliga-
1 tionis, † declarando, prout in 4.5. & alijs declara. adeò procedit, vt si debitor ex industria pro pluri expenderit, nõ possit peti, vt fiat solutio secundum quod fuit expensa: quia lucrum ex industria est ipsius debitoris per ea, quę dixit Alb. de Ro. post Iaco. de Aret. in l. cùm quid. ff. si cert. peta. dum dicit, quòd si quis mihi mutuasset pecuniam reprobatam, & ego mea industria illam expenderim pro bona, nõ tenear ad resolutionem bonæ, per l. 3. ff. ad l. Fal. iuncta l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. sequitur Mar. de Lau. in d. l. cùm quid. facit optimè gl. in Clem. si beneficiorum, in verbo, consuetam, de decim. quæ dixit quòd valor pecuniæ ęstimatur iuxta pondus & consuetudinem Cambij, quæ communiter esse solet, non autem iuxta casualem caristiam vel vtilitatem, quæ casualiter accideret: & quod dixit Bal. in l. accep-
2 ptam. 17. q. de vsur. æquum esse: † vt pro quanto expendi tuam pecuniam, pro tanto illam tibi soluam, procedit in æstimatione communi, licèt eius dictum non sequar, suprà in 3. declarat. vnde siue à casu, siue ex industria pro pluri fuerit pecunia expensa, non est curandum, sed attenditur tempus obligationis declarando, vt dixi in d. declaratio. cum duabus sequen. Et ad prædicta videri potest, quod dixit Alb. de Rom. in d. §. qui reprobos, 2. quęst. & quod ibi alij dicunt.

SVMMARIA

1 *Tempus contractus inspicitur, si superueniens augmentum vel monetæ variatio modico tempore durauit etiam in moroso. Modicum tempus quod dicatur.*

2 *Valor pecuniæ communis attenditur, non certarum personarum.*

Decimaquarta Particula, siue Declaratio.

DEcimoquartò tunc maximè attenditur valor & qualitas pecunię debitæ tempus obligationis declarando hoc: † vt in alijs declarat. dictum fuit, quandò augmentum vel variatio eius modico tempore durauit, esto quòd essemus in casu vbi aliàs inspiciendus esset valor secundum tempus solutionis, vt in moroso iuxta ea, quæ dicam infrà in 1. limit. & ita voluit Bart. in l. Paulus, 6. q. in fi. ff. de solut. per l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. cum ibi not. dicens modicum tempus esse fortè duorum, trium, vel quinque dierum. sequitur Imol. in c. quanto, de iureiu. pe. col. vbi etiam Panor. in pen. col. dicens, quòd quàdò est spes quòd de proximo pecunia sit reditura ad priorem valorem, vel quandò valor mutatus nõ est perpetuus, vt cõmuniter accidit in ducatis, & alijs monetis grossis, tunc non attendimus talem valorem variatum etiam in morosis. Secùs si non est spes, quòd de proximo talis mutatio tollatur, vel si est perpetua, quod dictum Pan. est restringendum iuxta not. in d. l. pretia rerum, dum de tempore loquitur indeterminatè, & sicut nõ attenditur variatio, quæ modico tempore durauit, † 2
ita non attenditur valor aliquarum personarum, putà campsorum, sed communis secundum glos. in Cle. si beneficio. in verbo, consuetam. de deci. & dixi suprà in 2. col. & si debitor sciens quòd pecunia est de proximo captura diminutionem, soluat creditori ignoranti, non liberatur sequuta diminutione, quin teneatur ad supplementum secundum valorem temporis contractus & obligationis, per not. per Bal. in l. acceptam, 17. cum pręce. C. de vsu. & per not. per Bar. in l. contra in fin. commen. ff. de lega. & in l. 1. §. 1. ff. si quis test. li. esse ius. fue. & per Bal. in l. 2. C. de pe. & cõmo. rei ven. & in l. vina, la. 2. ff. eo. titu. iunctis his, quæ dicuntur de destinatis, ac de proximè futuris, in l. cętera. ff. §. si. ff. de le. 1. & in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. mat.

de qua materia Deo dante, alibi latè dicam, & consequenter debitor sciens diminutionem de proximo futuram potest recusare capere per prædicta: maximè quia non dicitur soluere secundùm valorem temporis obligationis quando non est duraturus, sed de proximo mutãdus per prædicta, & d.l.pretia rerum.

SVMMARIA.

1 *Obligationis tempus etiam in moroso aspicitur, si pecunia debita est adeò minuta, vt por aliam æstimari possit.*

2 *Interesse lucri in pecunia non potest peti à debitore moroso.*

3 *Pecunia minuta non recipit æstimationem per aliam pecuniam.*

Decimaquinta Particula siue Declaratio.

DEcimo quintò prædicta conclusio procedit etiam in moroso debitore in † pecunia adeò minuta, vt non possit per aliam æstimari: quia in eo attenditur valor pecuniæ secundùm tempus obligationis, esto quod morosus teneatur ad interesse quanti plurimi à tempore moræ iuxtà l.vinum, ff.si certum pet. & non obstante, quod creditor posset dicere, si habuisset pecunias ante moram, ex eis plures ducatos habuisset, quàm nunc habere possit, cùm fortè ducatus tunc minus valeret. Nam secundùm Bart. ibi, cũ quo magis communiter transeunt scribentes, non potest peti tale interesse, cùm sit interesse † lucri, quod non debetur per morosum, l.si sterilis, §.cum per venditorem, ff.de actio.empt. cum pecunia minuta prout suprà, non recipiat æstimationem per aliam pecuniam, de qua materia plenius dicam infr. in 1.limit.

Et est aduertendum ad aliud, quia debitor pecuniæ morosus potest teneri etiam ad aliud interesse, putà aliquis debebat in emptione prædiorum infrà certum tempus conuertere pecuniam & distulit: certè si pecunia varietur, tenetur ad interesse considerato, an in emptione prædij sit interesse pecuniam mutare per prædicta. Item tenetur ad interesse fructuum, qui percipi potuissent si mora in emendo non interuenisset, vt latè per Doctor. Socin. in consil.147.incipien.circa primum, vltim. colum.

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ valor ad tempus obligationis respicitur, quando ita est actum*

2 *Consilium pro creditoribus ad euitandam pecuniæ variationem.*

Decimasexta Particula siue Declaratio.

DEcimosextò prædicta conclusio, quod † inspiciatur qualitas & valor pecuniæ secundùm tempus obligationis maximè procedit, vbi hoc actũ esset, vt de se patet, & notant Zaba. Pet.de Anch. & Imo. in Cle. si beneficiorum, post Hosti. & antiquos per eos ibi relatos, de decim. & Fran.de Are. in cons.111.incip.cõsideratis, & idem est econtra, vt dicam infrà in 7.limit. vbi idem dicam de consuetudine videlicet in 3.limit. & quod dixit Fran.de Are.de statuto in cons.11.3.col.vsque in fin. quæ declaratio videtur superflua tanquam de indubitabili, quia vt dixit Imo. in l.Paulus, ff.de solu. post Ioan.And. & Hosti. in c.quanto, de iureiur. † vtile est aduertendum dubitationes apponi in cõtractibus quod pecunia reddatur in eodẽ pondere, in eadem materia, & in eodem cursu, vnde quando datur æstimatio, illa est tenenda, licèt secundùm Bart. ibi, in fi. si dicatur quod debeat fieri solutio, in eadem æstimatione sufficiat, notat Panorm. in d.c.quanto, in fine commen. de iureiurand. facit quod dicam infrà in 8. limitat. Et quid si statutum mandet fieri solutiones certo modo, vel secundùm monetam temporis contractus, quod non obseruetur, videatur Francis. de Aret. consi.11. prę-alleg.

alleg.& quod dixi suprà in 14.declar.circa medium.

SVMMARIA.

1 *Obligationis tempus inspicitur etiamsi fuerit dictum, quòd solutio fieri possit de moneta currente tempore solutionis.*
Obligatio tamen generis respicit tempus solutionis.

2 *Pecunia minuta quantò plus vilescit, tantò crescit grossa.*

Decimaseptima Particula, siue Declaratio.

1 Decimoseptimò prædicta conclusio quod † inspiciatur valor & qualitas pecuniæ temporis obligationis procedit, etiam si dictum fuerit, quod solutio fieri possit de moneta currente tempore solutionis: quia hoc intelligitur, vt de illa fiat solutio, si sit vilior ad æstimationem antiquæ, secundum Pan. in d.c.quantò, vl.col.vers. quid autem in statuto in fi. cum concord. quæ adduxi suprà in 6.decl. maximè circa fin.& erit sensus, vt ibi dixi quod iste debitor non cogatur perquirere antiquam pecuniam, aut nouam in aliã commutare, iuxtà gl. in Cle.fin.de deci.facit quod dicam in seq.decl. puto tamen, quod vbi obligatio esset in genere cõcepta, putà in libris 20.vel florenis 20.Mediola. vel Sabau.cum nulla pecia sit, quæ ita vocetur eo casu, ne illa verba sint superflua, intelligemus de libris vel florenis ad monetã temporis solutionis etiam viliorẽ vel debiliorem. Nam ita verificatur florenus Mediolani in 32.solidis minoris ligæ sicut fortioris, & libra in 20. solidis, adeò † quod 2 nisi sic diceremus, illa verba monetæ currentis redderentur superflua, contrà not. in simili per Bar. in l.si stipulatus sim 10.in melle.ff.de solut. vbi dicit, quod si promisi tibi centum libras in pecunia minuta, non potero etiam secundùm consuetudinem soluere in grossa moneta: quia cum minuta omninò essent in obligatione, l. numis, ff.de leg.3.l.semper in stipulationibus, cum ibi not.ff.de regul.iur. illa verba in moneta minuta, censentur adiecta ad hunc finem, vt de alia solui non possit: nõ sic est in florenis aureis, seu ducatis: quia esto quod promiseris mihi centum ducatos auri soluendos de moneta currente tẽpore solutionis, licèt inspiciamus quantùm de illa moneta noua faciat ducatum, licèt sit vilior, tamen plus dabitur cũ quãto magis vilescit moneta argentea, tantò plus crescat moneta aurea, vt demonstrat experientia, & facit l. 1. secundùm vnum sensum.C.de ve.num.pot.lib.11. Fateor tamen, quod eo casu dabitur noua moneta, secundùm proprium cursum. In summa æquiualente ducato, de quo etiam dixi in 5.declar. & de hac materia continget dicere in 8.limitat.in 3.& 4.quæst. vbi dicetur, quid sit quando simpliciter dicitur, monetæ currentis.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis tempus attenditur, etiamsi Princeps statuat quòd solutiones fieri debeant de noua pecunia.*

Decimaoctaua particula siue Declaratio.

Decimooctauò prædicta conclusio procedit, etiamsi princeps statuat, † quod solutiones pensionum debe 1 ant fieri de noua moneta, fortè quod tempore constitutarum pensionum in Francia fiebant Turonen. debiliores, & tempore solutionum facti sint fortiores, & Serenissimus Rex statuerit solui pensiones Turonen. secundùm nouam monetam. Nam debet haberi ratio, quanti plurimi valent noui antiquis, secundùm Oldrad. in consil.250.incipien.factum tale est, & faciunt quæ dixi in præcedenti declaratione, de qua constitutione dicam infrà in 6. limit. no.Ioan.Andr.in addit.Specul. ad titu. de solut.§.nunc aliqua, in fin. in addit. incip. olim, &c.

Sequun-

Sequuntur limitationes decem vsque ad finem.

Primò fallit conclusio in debitore morosо.

Secundò fallit, quando consuetudo permittit de alia moneta soluere, quam quæ est promissa, suprà Brun. supr. præmis. 2. num. 4. Laudens. num. 5. Molinæus tamen infrà q. 92. nume. 64. hanc consuetudinem negat.

Tertiò fallit, quando consuetudo fert quod solutio fieri possit secundùm valorẽ & cursum temporis solutionis.

Quartò, quando debitor præscripsisset soluere iuxtà tempus, de qua præscriptione vide ibi additiones.

Quintò fallit, in eo quod præstatur ratione vsuræ.

Sextò fallit, si Princeps mandaret solui de noua moneta.

Septimò fallit in decimis & tributis.

Octauò fallit, quandò æstimatio in certa pecunia à partibus est facta.

Nonò fallit, quandò statutum dictat, solui pecuniam secundùm tempus solutionis.

Decimò fallit, quoad bonitatem intrinsecam. Matth. Boiss Doctor.

SVMMARIA.

1 *Debitor morosus tenetur ad solutionem pecuniæ quanti plurimi valuit à tempore moræ, num. 3.*

2 *Creditor morosus nunquid teneatur recipere pecuniam, quæ à tempore moræ diminuta est.*

4 *Interesse lucri intrinseci ratio non debet haberi, & an semper verum, nu. 5.*

6 *Mercari solitos possunt in foro conscientiæ petere interesse lucri.*

7 *Pecuniam minutam posse per grossam æstimari Canonistæ communiter tenent.*

LIMITATIO I.

1 PRędicta conclusio, † quod attendetur valor & qualitas pecuniæ secundùm tempus obligationis, esto quod valor fuerit postmodùm variatus declarando, vt in 4. & 5. decl. & alijs, de quibus suprà dictum fuit, limitatur, vt non procedat in debitore morosо: quia in eo attenditur tempus moræ, & sequens secundùm Bart. Ange. Imol. Cuma. Paul. de Castr. in l. Paulus. la. 1. ff. de solut. & Alb. Bart. Bald. Ang. Sali. Paul. de Cast. & communiter Dd. in l. cum quid. ff. si cert. pet. notatur etiam in l. quod te. eo. tit. dum dicitur de pecunia promissa reprobata post moram debitoris, & in l. creditor, in prin. ff. de solu. Zaba. Petr. de Anch. & Io. de Imo. in Cle. si beneficiorũ, de deci. not. Bart. in l. res in dotem, ff. de iure dot. Alb. de Ro. post Guil. de Cun. in l. vinum, vl. col. ff. si cert. pet. Dd. communiter in l. numis, ff. de in lit. iur. But. Imo. Panor. & Canonist. in c. quantò. de iureiur. Bald. in cons. 137. incip. super eo, & in cons. 339. inci. punctus quæstionis. 2. vol. secundùm pen. impressionem. Soci. in cons. 6. & melius in cons. 298. incip. pro fundamento.

Ex quo infertur † quod si debitorem florenis aureis seu duca. tempore, quo valebant 4. lib. & solidos 24. soluat lapso termino solutionis, seu dudum post interpellationem seu post tempus moræ, & contingat valorem ducati decreuisse post tempus, quo solutio fieri debeat, videlicet ad lib. 4. cum dimidia talis debitor si erit debitor 100. duc. tenebatur dare ipsos 100. dùca. & vltrà quanti plurimi valebant ante moram, id est 400. solidos Mediolani in totum, seu 4. solidos pro singulo duca. & sic dabit 100. & 4. duc. & lib. 2. Mediolani loco 100. ducatorum, per l. vinũ, cum ibi no. ff. si cert. pet. & l. in hac, cum ibi etiam notatis, ff. de triti. quod est intelligendũ quo ad extrinsecam bonitatem. Nam si plures lib. requirantur ad ducatũ quã antiquitus propter bonitatẽ intrinsecã mutatam in moneta, cõsiderabitur valor duc. secundũ lib. monetæ tẽporis contractus etiã in morosis, cũ istud non sit interesse moræ, vt de se patet, & ex notatis per Bart. d. l. Paulus, 6. q. iunctis his quæ dixi latè in 1. decl. & q̃ dicam inf. in 8. limi. 3. & 4. q. quod posset restringi, nisi princeps mandaret post morã mo-

monetam debilem solui pro tanto, quantum bona expendebatur ante moram, & in hoc creditor non esset passurus interesse, vt quia esset campsor per infrà dicenda. Et quod dictum est in debitore moroso: procedit etiam contra in creditore moroso: vt per Bald. in c. quantò, vlt. colum. versicu. extrà quæro, de iureiuran. & clarius per Paul. de Castr. in l. Paulus, ff. de solut. & in d.l. cum quid, post quosdam alios scribentes, sequitur Martin. de Laud. in tract. de moneta, in 14. quæst. versicu. circa quartum.

3 Ex quo sequitur, † quod si debebam tibi centum duca. tempore quo valebant 4. libr. cum dimidia, quos volui soluere, & noluisti, post & moram tuam in nolendo accipere commissam ducatus creuit ad libras 4. & 14. solid. Mediolani non cogor soluere 100. ducatos, quia plus soluerem, quam esset in obligatione, vel quam valeret ducatus antè moram propter quod de singulo ducato detrahantur quatuor solidi, & de tota summa 400. & sic nunc tenebor si velim soluere in ducatis aureis, dare 95. ducat. & 28. solid. per ea, quæ habentur in d.l. vinum, & facit l. creditor, in princ. cum ibi not. ff. de solut. quod dicebat Paulus de Castr. in d.l. Paulus, se habere de facto, & sunt notabilia. Et prædicta procedunt secundùm Bart. & Doct. communiter, in d.l. Paulus, maximè Angel. Imol. Paul. de Castr. gloss. ac communiter Doct. in l. numis. ff. de li. iur. vbi Alexan. & Moder. & Alex. in l. cum quid, pe. colum. ff. si cert. peta. in pecunia grossa quæ per aliam æstimatur, seu cui non subsit alia magis minuta.

Hinc si debebas mihi 20. libras monetę minutæ, seu Imperialium tempore, quo ducat. valebat 4. libras, & post moram creuerit duc. ad quatuor libras, & 14. solidos, non potero petere nisi viginti libras, nec potero dicere, quod ante moram pro 20. lib. de imperialibus potuissem habere ducatos quinque auri, & quod videlicet hoc tempore quo vis soluere ex 20. libr. non possem habere nisi ducatos quatuor auri, & 28. solidos taliter, quod patior interesse librarum 3. & solidorum 6. quæ summa defecit ad complementum ducato. 5. Ratio secundùm Bar. & Doct. in d.l. Paulus, cum concord. præalleg. quia istud interesse in hac pecunia minuta non est interesse damni, sed lucri extrinseci, de quo interesse lucri extrinseci ratio haberi non debet, l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de acti. empt. Et quod non sit interesse damni, sed lucri, probant Bart. & sequaces in dicta l. Paulus, quia tunc est interesse damni, quãdo crescit & decrescit ęstimatio eius quod debetur d.l. vinum, & nota in l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. sed æstimatio pecuniæ taliter minutæ non crescit, nec decrescit, & pariter non crescit vel decrescit æstimatio: & valor librarum quæ consistunt & debentur ex pecunia taliter minuta, & hoc ideò est, quia pecunia taliter minuta per aliam non æstimatur, id est, per grossam, sed benè contracta: quia grossa per minutam æstimatur. Nam licet aceruus paruorum numorum possit æstimari per pecuniam grossam, tamen vnus numus adeò paruus, & singuli tales numi non recipiunt æstimationem à grossa, cum non sint permutabiles & cõuertibiles in grossam, & pro tanto non potest pecunia taliter minuta dici à grossa æstimari: quia illud dicitur æstimare rem aliquam, quod est illud permutabile & conuerticile. l. 1. ff. de contrahen. empt. non sic in pecunia grossa, quæ est in minutam permutabilis: vt de se patet sicut in alijs rebus euenit, quæ per pecnniam æstimantur, l. si ita, ff. de fideiuss. & hæc opin. est apud Legistas magis communis, vt patet ex notar. in d.l. numis, vbi Alex. & Modern. & in d.l. Paulus, & per Alexan. in d.l. cum quid, penul. colum. & hæc limitatio, vt dixi, procedit in interesse extrinseco, quod est damni, putà quando valor pecuniæ etiam grossæ debitæ est diminutus: vt suprà figuraui exemplum: secùs si esset auctus cum tunc peteretur interesse lucri, quod non deberetur, nisi personæ solitæ negotiari secundùm Imol. in d.l. Paulus, & Doctor. in d.l. numis, vbi Alexand. in fin. commen. & infrà dicetur. Hinc si debes mihi centum lib. & du-

& ducatus creuisset post moram, non potero dicere quòd ex c. lib. ante morã potuissem habere plures duca. & quod plures libras volo vel tot ducatos, quot potuissem habere ex c. libris, nisi sim persona solita lucrari: vt inf. dicetur.

5 Et †tenendo hanc opini. quod interesse lucri peti non possit, & quòd in pecunia minuta non subsit interesse damni sed lucri, esset limitanda secund. Alex. in locis præalle. nisi talis moneta minuta esset in valore diminuta: quia esto quòd debitor non teneretur ad augmentum monetæ grossæ eo casu quo est debitor in moneta minuta tãquam pro lucro, teneretur tamen pro decremento minutæ pecuniæ tanquam pro damno emergenti, per ea, quæ supra ad propositũ allegata fuerunt: & idem si moneta minuta, de qua in promissione aucta fuisset, vt quia non esset adeo minuta quin reciperet variationẽ: quia tunc de ea est dicendum proportionabiliter idẽ, quòd de grossiore per prædict. & l. 3. in fin. cum gloss. ff. de eo quòd cert. loc.

Item secundò limitatur prædicta opi. secund. Alex. in lo. præalle. post Cuma. & Im. in d. l. Paul. & Guil. de Cug. in d. l. nũ-
6 mis & no. per gl. & Cy. & Bart. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest. † vt nõ procedat quando lucrum esset quasi certum vt quia creditor esset persona solita negotiari cum pecunijs prout sunt campsores, & hi qui ex permutatione pecuniarũ solent lucrari: ita quod verisimiliter si pecunias minutas sibi debitas ante moram habuisset, illam in maiorẽ permutasset, & idem de alio lucro per d. l. 3. §. fin. ff. de eo quòd cer. lo. iũctis no. in d. l. 1. per Bar. & alios, C. de sen. quę pro eo, quòd interest, facit quod voluit gl. & Bal. in l. curabit, ff. de act. emp. Pan. in c. conquestus, de vsu. & in c. venerabilis. de exc. & in c. p. & gl. de off. dele. & Bal. in l. in cõtraria. ff. de vsu. & l. si verò, §. vsuras, ff. mãdatũ dicũt solitos mercari posse de iure canonico & in foro cõscientię petere interesse lucri, circa quod aliquid facit Franc. de Are. in cons. 9. in fi. & licèt Ang. prædict. limitat. intelligat in arbitrijs tantum procedere, vt per eum in d. l. Paul. tamen veritas est quod etiam in nõ arbitrijs procedat, quãdo persona solita est negotiari: vt per Barto. & Doct. in d. l. 3. §. fi. & Imol. in d. l. Paulus cum concord. prælle.

Et licèt prædicta procedant secũdum cõmun. opin. Legistarũ, tamen But. Pan. & Imo. in d. c. quanto, & cõmuniter Canonistæ videtur tenere cõtrarium, negãdo fundamentum Bart. dicentis quòd † pecunia 7
mutata non põt per grossam æstimari, sicut ecõtra, quia secundũ eos veritas est in cõtrariũ. Nã sicut florenus auri valet tot imperiales, ita tot imperiales valent florenũ, & hoc patet ex tex. in l. 1. C. de arg. præci li. 10. vbi hoc no. maximè per Io. de Pla. & hoc videtur verius, quia illi qui cudunt monetã, cudũt eam videlicet minutam respectiuè ad grossam, & econtrà alias esset incertitudo ita qđ interesse succedẽs in pecunia minuta posset interesse dãni, sicut illud quod succedit in pecunia grossa, sicut. n. vnus solidus Mediolani valet 12. den. pariter 12. denarij valent vnum solidum, vnde idẽ esse debet iudiciũ de vna, quod de alia. sequitur Marti. de Lau. in trac. de moneta, 14. q. in fin. post Cyn. in l. in minorum. C. de inqui. cau. in integ. resti. non est necessaria, & Do. Frã. Cur. in d. l. cum quid, in 2. q. Et esto quod minuta pecunia etiã æstimetur per grossam, prout videtur verius, & dixi suprà eadem conclus. circa 2. col. Et si quæratur quomodo consistat interesse dãni, formo exemplum tempore, quo grossonus valebat 20. tantùm solidos, ducentũ 40. purĩ denarij imperiales valebant grossonum, nunc autẽ cum grossonus valeat 23. solidos, nõ possunt ipsi 240. den. vnum grossonum valere. Sed exiguntur ducentum septuaginta sex denarij, & sic erit interesse damni, quia perinde est ac si decreuisset valor denariorum cum tantum nõ valeat de pecunia grossa, prout alias valebant, & istud est interesse damni secũdùm Dd. prædictos, quòd Bart. vult appellare interesse lucri tam in d. l. nummis, in fi. quã in d. l. Paulus, 6. quæst.

SVMMARIA.

1 *Debitor soluere nolens de pecunia promissa, an possit recurrere ad valorem temporis contractus.*
Debitori ante moram nihil imputandum est.
2 *Consuetudo quod possit solui moneta argētea etiam aro contaminata pro aurea, est seruanda.*
3 *Fiscus in duobus casibus non tenetur as & argentum pro auro capere.*
4 *Solutio fieri potest de pecunia diuersæ formæ, modo sit eiusdem materiæ.*

LIMITATIO SECVNDA.

SEcundo limitatur conclusio præall. vt non procedat quando secundum consuetudinem, quæ permittit vnam monetam solui pro alia, quis non vult so-
1 luere de pecunia promissa, sed de alia: † nam attendetur valor pecuniæ, quę solui tur loco promissæ secundum tempus solutionis si de promissa reperitur, cuius ęstimatio sit variata per text. cum gl. & ibi nota per Bart. in l. cum aurum. ff. de auro & argento leg. & latè declaraui suprà in 5. decla. cum præceden. Nam sufficit creditori quando nulla interuenit mora, quod habeat æquiualentiam pecuniæ promissæ, vbi potest solui æquiualentia conside randa est tempore solutiōis, d. l. cum certum, cum concor. alle. copiosè in 5. decla. aliàs vel plus vel minus acciperet quàm esset promissa pecunia, si aliud tēpus inspiceremus. facit quia ante moram nil est imputandum debitori, l. vinum, cum materia. ff. si cer. pet. poterit enim creditor ducatorum auri ex illa æquiualentia tot ducatos habere, quot sint in obligatione considerato tempore solutionis. Et si cōsideraremus tempus obligatiōis postquā fuisset variatus ducatorum valor, vel plures ducati haberentur aucto valore, vel minus eo diminuto, quod esset absurdū.
2 Et quòd illa consuetudo † sit seruanda in locis vbi viget taliter, quòd possit moneta argentea etiā ære contaminata solui pro aurea. no. gl. in l. si quis argentum, C. de do. vbi Bal. & communiter scribētes, Bart. Imo. & communiter scribentes in l. Paul. ff. de sol. Barto. in d. l. cum aurum, & clarius in l. 1. ff. de au. & ar. leg. & Bal. in l. libera, C. de sen. & inter. om. iudi. Doct. in l. 2. §. 1. ff. si ce. pe. vbi dicunt post gl. cessante consuetudine nō posse solui de moneta vnius vel deterioris metalli pro alia. Pan. in c. quāto. in fi. comm. de iureiu. vbi But. & Imo. Bar. in l. si stipulatus sim . o. in melle. 2. col. ver. sed pone, ff. de sol. & in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matrim. Martin. Laud. in d. l. cum quid, & in tract. de moneta, & Franc. Are. in cons. 11. 1. col. & secundū plures ex Doct. præall. & Bal. in d. l. libera 2. col. C. de sentēt. & interlo. om. iudic. ista consuetudo est vniuersalis no. 10. de Pla. in l. 1. C. de ar. precio. li. 5. vbi dicit speciale in fisco vt cogatur capere æs & argentum pro auro. nota. Ro. in l. diuortio. §. ob don. ff. sol. matrim.

Quod secundum eum post Bart. in l. 1. C. de colla. æris eo. lib. limitatur dupliciter: primò † nisi fiscus damnum passurus 3
ex hoc l. Paulus. ff. de solut. Secundò, nisi publicæ vtilitatis causa fiscus vellet in certa pecunia sibi solui: primam tū limitationem habeo pro tuta, per l. 1. C. de argen. preci. Et vt dixi cessante consuetudine non potest solui in moneta diuersæ ligę, quod procedit etiam si quis vellet soluere de preciosiori, puta de auro pro argento secundum Bart. in d. l. 1. fi. ff. de au. & ar. leg. & Imo. post Ange. in d. l. Paulus, vbi dixit Imol. quod debitor in pecunia ære contaminata hoc non obstante possit soluere in pecunia puri argenti, quia cōparatiuum præsupponit positiuum, l. vbi aut non apparet, in prin. ff. de verb. oblig. bonum argentum consequeretur, cōpræhendit vilius tanquam de eadem materia existat, licèt minus de argēti bonitate habeat vilius, quod non approbo in euidentialibus huius cōclusio. vbi latius loquor, aliàs autē benè potest fieri solutio de moneta vnius formæ, dummodo eiusdē materiæ pro alia moneta alterius formę, putà in grossonis Mediolani pro Ianuensib.

quando sunt æquè boni, vel pro Papalibus Ferrariensib. aut Mantuanis & ducatis Mediolani pro Venetis, nisi ex hoc creditor esset damnum passurus. l. Paulus, cũ ibi not. ff. de sol. & dicitur quis pati posse damnum. quando debitor Venetorum ducatorum vellet soluere de Mediolanensibus creditori volenti ire ad partes Orientales, vbi ducati Mediolani fortè nõ sunt in vsu, vel ita cogniti, vel tãti valoris. vel si quis vellet dare pro scutis ducatos mercatori volenti ire ad partes vltra montanas, vbi ducati nõ sunt tanti valoris, prout in Italia, vel vbi ego promisissem sub pœna dare alicui ducatos Ianuenses, & debitor meus ducatorum Ianuensiũ vellet mihi dare de Venetis vel Mediolanẽsib. vt declarant Ange. & Imol. in d. l. Paulus, & Io de Ana. in c. 2. de maledi. & Martin. Laud. in locis alleg. † Quare autẽ cessante damno liceat de iure communi soluere de pecunia eiusdem ligæ pro alia licet diuersæ formæ, ideo est, quia iuris fictione non dicitur aliud solui secundum glos. Bar. & commun. Doct. in d. l. Paulus. argum. illius, l. & d. l. si quis argentum cũ ibi nota. & d. l. 1. in fin. & l. Titiæ. ff. de aur. & arg. lega. quòd est intelligendum, nisi forma pecuniæ, quæ solueretur, esset reprobata per ea, quę dixi in 2. declar. ratio autem, quare non dicatur aliud iuris fictione solui, est, quia forma nihil dat in valore saltem plus in vna, quàm in alia, maximè cum pecunia debeat esse talis de iure, vt tantam vtilitatem præbeat in forma, sicut in materia & non plus l. 1. ff. de contrah. empt. & not. in d. l. Paulus. & in d. l. 1. in fi. ff. de aur. & arg. l. in c. quãto, de iureiu. licet hoc non seruetur. 4

SVMMARIA.

1 *Tempus consuetudinis ad faciendam solutionem attendendum.*

2 *Consuetudo faciendæ solutionis secundũ pecuniam currentem qualis esse debeat, et quanti temporis, & an liget Forenses, vel ignorantes.*

TERTIA LIMITATIO.

Fallit tertiò prædicta conclusio, vbi consuetudo esset vt fieret solutio pecuniæ debitæ secundum valorem & cursum temporis solutionis: quia † illud tempus esset attendendum, vt per Bal. in consi. 31. incip. super eod. 1. vol. & hoc etiã innuit in consil. 423. 2. vol. secundum pe. impressio. & est de mente Hostiens. in titu. de censi. §. ex quibus. in princip. vers. quid si moneta. declarat & consuluit Ro. in consil. 123. incipi. circa primam, propè fin. primi dubij. facit l. imperatores, ff. de contrah. empt. vult Alexan. consil. 21. incip. visis his, 2. volum. vult etiam Cornæus in consil. 131. incipi. visis nonnullis 29. col. 2. volum. vbi loquitur in consuetudine particularium personalium personarum, dicens, quòd longa eorum consuetudo soluendi habet vim consensus, & ꝙ ita actum, fit inter partes vt solueretur secundum monetam currentem tempore solutionis. 1

† Qualis autem debeat esse ista consuetudo, patet ex notatis in c. fin. de consuetud. & in l. de quibus, ff. de leg. & in le. 2. C. quæ sit long. consue. faciunt quæ dicã in sequent. limitation. & videatur Dom. Franciſc. de Aret. in consil. 11. incipi. procedendum, pe. & vltim. column. vbi declarat quantum tempus, & quid confiderctur in hac consuetudine, & quid si statutum sit in loco contrarium consuetudini, quæ non sit adhuc præscripta spacio annorum 10. & an tale statutum vel consuetudo liget forenses, vel ignorantes, reliqua dicentur in fine huius tractatus, & in materia illa si adsit statutum declarans æstimationẽ monetæ & superueniat consuetudo præscripta alterius æstimationis, & quis contrahat in tempore consuetudinis, inspiciendus erit valor secũdum tempus consuetudinis, vt dixit Bal. in l. si quis argentum, in princ. pen. colu. C. de dona. 2

SVMMARIA.

1 *Debitor longo tempore soluens de pecunia* mi-

minorata, an possit se praescriptione defendere.

2 *Praescripio soluentis in minutiore pecunia quanti temporis sit, & quando incipiat currere, Et an per creditoris potestationem interrumpi possit. 3. 4. 6.*

3 *Protestatio contraria non nisi in certis casibus interrumpit praescriptionem. 5.*

Bona fides in praescribente regulariter praesumitur.

4 *Deberi sibi plus sciens, an sibi praeiudicet minus recipiendo.*

7 *Solutio per quam praescriptum est posse solui de alia moneta potest effectum operari pro vtraque parte.*

8 *Praescriptio habet vim dispositionis & cõuentionis.*

9 *Promissio talis praesumitur processisse qualis apparet solutio.*

LIMITATIO QVARTA.

1 QVartò fallit, quando longo † tẽpore aliquis debitor certae pecuniae soluisset de pecunia minoris valoris vel soluisset secundum valorem temporis solutionis, c. olim à contrario sensu, cùm ibi not. de censi. soler notari in c. cum canonicis & titu. gloss. & Doct. in c. conquerente de offic. ordin. no. Signo. in consil. 74. seu quaestio. incip, quaestio talis proponitur: Quidam colonus, 2. col. vers. ex potestate prescriptionis, not. latè Frã. de Are. in consil. 112. incip: consideratis vbi dixit, quod c. cum olim, & c. cum canonicis loquuntur quando moneta, secundum quam est solutum, fuit in bonitate intrinseca & pretiositate metalli variata, & no. Signo. vbi suprà, & Fran. de Are. loquitur quandò variata fuit in bonitate extrinseca. Et ista prescriptio in foro Ecclesiastico est annorum, 40. Caesareo 30. vt habetur in d. c. olim, & in locis praeall. & in l. is qui. ff. qui mo. vsu fru. ami. & facit l. cum notissimi. cum ibi not. de prescrip. trig. an. not. Franc. de Are. in consil.

2 praealle. † licèt in vsuris minorib. solutis aliter sit, l. qui semesses in prin. cum gl. & l. cum quidam, §. diuus. ff. de vsur.

Et haec praescriptio taliter commensuratur; vt non cõsideremus, an quandoque puta duobus vel tribus annis sit solutum de meliore moneta. Sed an verũ sit, quod praescriptio sit completa in minore moneta seu minoris valoris. Et quod dictum est de eo, qui longo tempore soluit de minori moneta seu minoris valoris, procedit etiam contra eum, qui soluisset de meliore per tempora praedicta, vt notatur in d. c. cum canonicis & secundum Io. And. in nouella in d. c. olim ac Panor. & communiter scribentes, & Fran. de Are. in cõsi. praealleg.

Ista praescriptio incipit currere, cùm primum quis incipit soluere de alia moneta seu ad aliam aestimationem, quàm teneretur tempore obligationis reprobata opinione illorum, qui dicebant in annuis praestationibus necesse esse, vt contra quamlibet praestationem de nouo inchoaretur praescriptio. quo casu exigeretur tempus duplicatum per no. per gloss. Bar. & Doct. in d. l. cum notissimi, §. illud cum seq. C. de praescrip. tri. anno. Signo. in loco praealle. † Et ita etiam tenuit Cornaeus consi. 180. incip. visis 28. colum. 2. volu. & non interrumpitur per protestationem, putà si creditor reciperet cum protestatione quod quatenus plus vel de meliore moneta sibi deberetur non intendit iuri suo praeiudicare secundum Inn. Ioã. Andr. Abba. antiquum, & magis communiter scribentes in d. c. olim post gl. primam ibi: quia potestatio contraria non nisi in certis casibus interrumpit praescriptionem, l. vt perfectius C. de anna. exce. & ca. pastoralis. ad fin. de off. ordi. & 16. q. §. 3. potest vers. his autem. Dicit tamen Ioan. And. in d. c. olim, circa fin. commen. in nouella, & ante eum Hostiẽ. cum quibus transeunt communiter Docto. quod existens in mala fide nõ praescriberet per nota. in c. fin. de praescri. & in regula possessor de re. iu. in 6. Quòd puto verũ, quando ea constaret, cùm bona fides in praescribente regulariter praesumatur secundum commu-

communem ſententiam, de qua per Bartol.in l.Celſus.ff.de vſufruct. & per Bal. in l.fin. C.de long.tempo.præſcript. cum concord.not.Franc. de Aretin. in conſil. præalleg.

4 † Et hæc præſcriptio maximè procedit inter ignorantes,id eſt,credentes ita eſſe obligationem, prout fit ſolutio, ſecundùm Bart.& Doct.in l.is qui vſumfruct. per illum tex.cum gl.ff.quib.mod.vſufr. amit.& not.Sign. in loco ſuprà allega. vbi figurat exemplum in hæredibus ſoluētib: Si quis autem ſciens ſibi plus deberi minus recipiat,videretur, quòd ſibi non præiudicet,nec curat præſcriptio, quia vſu & receptione partis à ſciente retinetur ius totius, vt not.Bart.Bald.Alber.& communiter ſcribentes in d.l.is qui vſufruct.traditur per gloſſ.in l.ſi quis exemptionis titu.C.de præſcrip.prædicto. Ita ſecundùm eum oportet conſtare triginta ann. quod etiam in propoſito voluit Bartol.in l.ſi prius,in princip.ff.de aqua plu.arc.not.Franciſc. de Aretin. in conſil. præallega. contrarium innuit gloſſ. 1. quam ſequitur ibi Iōnocent.Ioan.And.& communiter Doct.in d.c.olim,per illum tex.dum dicunt,quòd ſi recepta fuerit pecunia minoris valoris cum proteſtatione iuris ſui,talis proteſtatio non interrūpit præſcriptionem,& non eſt veriſimile quòd quis proteſteturde iure ſuo,niſi cauſam proteſtationis notam habeat, & ſic ſciat ſibi plus deberi.

5 Circa quod dici poteſt,† quòd neceſſe ſit dicere, vt talis proteſtans dubitaret, non autem certus eſſet ſibi plus deberi, vel quòd deciſio Bar.vel ſequacium procedat in eo,quòd ſcienter recipiebat minus,volens reliquum donaret aut recipiebat in parte ſolutionis. Et prout ſentit Signo.ſi certum eſſet,quem ſcire ex ſimplici receptione & quittatione creditor cenſeretur reliquum donare.facit l.cùm quidem.§.diuus.ff.de vſur.

Eſt tamen aduertendum,prout Corne. declarat in conſ.181.incip.viſis nonnullis in 27.col.& ſeq.1.vol.quòd talis præſcriptio non currit ſcienti indebitum ſoluere, quoniā malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, niſi, vt prædixi, ſolutio fiat ſcienter minus recipiēti, qui videtur donare: & hoc latius declarat Corne. in eo conſil.29.col.ver. nec obſtat ſu.de mutatione & variatione monetæ hodiernæ ab antiqua & ſolutionum. Item ſecundū eum ibi eſt aduertendum,au præſcriptio ſit interrupta.

Item eſt aduertendum ſecundùm Inn. & Io.And.& communiter Dd.in d.c.olim quòd † talis ſolutio,per quam præſcriptū eſt,poſſe ſolui de alia moneta,operari poteſt pro vtraque parte duplicem præſcriptionem. putà ſi debitor Papienſium ſoluerit per 40.annos in terris Eccleſiæ, vel 30.in terris imperij Lucenſes pro Papien. non cōſtito aliter de obligatione Papien. nam ex parte creditoris erit præſcriptū, quòd debeantur Papienſes ex parte debitoris, quando liceat ei ſoluere Lucenſes pro Papienſibus,ſecundùm modum ſolutionis,licèt Butr. hoc reprehendat per l. malè agitur.C.de præſcr.30.an. quam inducit ad hoc,quòd præſcriptio mei cauſa inducta,non debet operari effectum contra me. 6

Sed poteſt vtraque opinio concordari, vt ſcilicet præſcriptio iſta ſit qualificata, & quòd qualitas reſpiciat fauorem debitoris: licèt obligatio reſpiciat fauorē creditoris,dum autem Inno.& Io.And.eo caſu dicunt, præſcriptionē vnius anni poſt prædictā præſcriptionem 30.vel 40.ann. operari, vt debitor non teneatur de alia pecunia,quàm præſcripta ſoluere,nō benè intelligo quando pro vtroq; præſcriptio vno contextu cucurriſſet, prout ipſi præſupponunt: quòd autem dicunt ibi Doct. quòd quando vna pecunia eſt in obligatione,& alia in facultate ſoluendi, libellus,& condemnatio fieri debeant de ea, quæ eſt in obligatione aliter non refero.

Sed in hac materia inuenio vnum dubium,videlicet,† ſi ſæpè mutata eſt pecunia intra tempus præſcriptionis,& ſecundùm mutationem facta ſolutio, ita quòd non poſſit dici ſecundùm vnam mutationem 7

nem facta solutio, per ann.30.& 40.an. an facienda erit solutio secúdùm antiquam monetam, quasi non cucurrerit præscriptio completa de aliqua contraria noua moneta. In quo passu Host. in tit.de censi. §.ex quibus. circa primum tenuit, quòd sic, vt sit solutio facienda secundùm antiquam monetam. Signor.autem consil.seu quæst.præall.vlt.col.in conclus.sua dixit cucurrisse præscriptionem aduersus antiquam monetam: & solutionem esse faciendam de moneta, quæ plus valuit intra tempus præscriptionis & solutionis, & ad eius æstimationem, seu de ea quę fuit maioris valoris, dummodò non excedat valorem pecuniæ, quæ currebat tempo obligationis contractæ, per d.l.is, qui vsumfructum. §.fin.cum gloss.in verb. sed an habeat. ff.quib.mod.vsufr.amit.

Breuibus puto præscriptum esse, vt. prout fuit per tempora solutum, soluatur. Nam si fuit de vsuali moneta solutũ, id est, de ea, quæ currebat tempore cuiuslibet solutionis, seu secundum valorem, quę currebat in singula solutione, erit ita præscriptum: & licèt solutiones in indiuiduo fuerint diuersimodè factæ, in hoc tamen dicitur vniformitas solutionum, & cucurrisse tempus pręscriptionis, quòd secundùm currentem monetam & vsualẽ tempore faciendę solutionis solutum fuerit: & sic præscriptum erit, vt possit solui & debeat secũdùm vsualem monetam tempore faciendarum solutionum, & secundùm valorem monetarum eo tempore, sic soluendum in futurum, quasi ita fo-
8 ret conuentum vel dispositum, †cùm pręscriptio habeat vim dispositionis & conuentionis, arg.l.si certis an.C.de pact.& l. cùm de in rem verso.cum vtrobiq; not.ff. de vsur.& faciũt, quæ dixi sup.circa prin. huius fallentiæ, & istam opin. sensisse videtur & tenuisse Fran.de Aret.in d.consi. 111.2 col.ibi, incipit autem. Et inueni post hæc scripta mea, quòd ita tenet Do.Corn. d.conf.181.incip.visis nonnullis.29.col.2. volum.

Quòd autem dixi 30.vel 40.annis præscribi, de qua moneta, seu secũdùm quam æstimationem sit soluen. limitat Mart.de Laud.in tract.de mon.propè fin.vt procedat, quando certa pecunia est promissa: sed si esset incerta, dicit se consuluisse, quòd per pręstationem decennalem inducitur declaratio, vt secundum quod solutũ fuit annis 10. intelligatur ita promissum, & stare obligationem, secundùm Angel.in d.l.si certis annis. C.de pact.per d. l.cùm de in rem verso.ff.de vsur. aliàs secundùm eum intelligeretur de minimis, inter l.numis.ff.de legat.3. de quo latiùs dixi suprà in 1.declarat.& videatur quòd dixit Francisc.de Aret.consi.11.incip.procedendum, penult.colum.& not.D.Francisc.Curt.in tract.de moneta, seu in l.cùm quid, vlt.quęst. ff.si certum peta.& proptereà Bal.in d.l.si.certis annis.3.col.dixit, quòd †qualis apparet solutio, talis pręsumitur præcessisse promissio. 9

Vltimò est in hac materia aduertendum, quòd si quis de meliori pecunia per plures annos soluisset ignoranter nõ completa præscriptione, posset repetere plus solutum, aut cum futuris fictibus compẽsare, secundùm Oldra.in consi.250. incip. factum tale est, iunctis notat. in d.l.cum Canonicis, subdit Oldr.ad.quòd creditor eo casu nõ poterit allegare se esse in possessione ita exigendi, & recipiendi, nec inuiti remedio possessorio, de quo in c. peruenit, de censi.& in c.querelam, de elect.& in d.l.si certis annis.vbi Bal.& Angel, vbi tradunt, an in pręstationibus sit dare possessorium. Et prædicta pręscriptio procedit, etiam si de vna pecunia æquè bona loco promissæ soluatur. Bal.in d.l.is qui vsumfr. in fin.commen. ff.quib. mod vsuf.amit.facit d.c.olim.& d.c.cum Canonicis, cum ibi notatis.

Adde de præscr ptione in qualitate & modo soluendæ Monetæ.

Hanc limitationem nota, & obserua: Quòd & si pecunia vel moneta in contractu sit promissa, attamen si longissimo tempore in alia currẽti vel debiliori moneta solutio sit facta, debitor pręscriptione liber

ne liber erit. Hanc sententiam & limitationem libenter amplector, vt veram & communem.

Probat eam solenne Patauinum Consilium, de quo infrà, nume. 8. Anton. Nat. consi. 192. & 227. libr. 1. Ferrar. in prax. in form. ad tut. pręstatio. gloss. soluere, nume. 5. Carotius Tudertinus, de loc. & con di. tit. de prescript. num. 6. 7. 8. Schurff. cõsil. 10. Lauden. nume. 31. de monet. in verb. promisi aureos Venetos. Gabriel. in commu. opin. libr. 3. de solut. conclus. 1. nume. 15. Bart. in l. si prius, de aqu. plu. arcen. Salicet. in l. cùm notissimi. C. de præscript. Follerus in praxi Cens. fol. (mihi) 181. Boss. de moneta, nume. 5. in prax. crimina. Comprobat quoque hanc pręscriptionem in minori, vel in currenti, vel alia qualitate. Menoch. consil. 49. nume. 20. & d. Consil. Patauin. dicit eam communem: Rationem addunt interpretes, quòd qualitas potiùs & faciliùs in tali obligatione tollatur, quàm res ipsa. Et sic magis qualitatis pręscriptio diminuitur, quàm rei ipsius principalis. Exempla refert Natta alleg. consi. Eandem habet rationem quoque Vasqu. illustr. controuers. cap. 78. nume. 2. De hac præscriptione etiam vide quæ suprà Clariss. Reinerus Budelius I. affinis mihi coniunctissimus, in suo tract. de monet. lib. 2 cap. 14. tradidit. Quam ego limitationem ob id ita volui exornare, quod contraria sententia nunquàm placuerit, etiam si in Camera Imper. obseruata sit. Quam D. Gail. posuit Obseru. 73. lib. 2. Matth. Boiss Doctor.

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ valor secundùm solutionis tempus inspicitur in eo, quòd ratione vsuræ præstatur.*

2 *Vsuras nunquid petere possit, qui fructus percipit.*

3 *Sors & vsura qualiter differant in temporis solutione.*

Limitatio Quinta.

QVINTò fallit, secundùm aliquos, in eo, † quòd pręstatur ratione vsuræ. quia non inspicitur tempus contractus, vt dixit Pileus in quæstione sua 5. quem refert Ioannes Andre. in titul. de solut. §. nunc aliqua, in fin. in additio. incip. olim. vbi refert Pileum in quæstione præalleg. dixisse, quòd licèt in contractibus, & debito sortis variato valore pecuniæ debeat attendi aliqua æstimatio: tamen quidam nobilis habens sententiam arbitramentalem, seu laudum ferre pronunciauit secùs esse in debito vsurario, & subdit Ioan. Andre. quòd aliqualis æquitas inest huic dicto: & potest esse ratio, quia cùm vsura accedat sorti tanquàm lucrum ac loco fructuum & emolumenti. l. vsurę. ff. de vsur. non est æquum, vt duplici onere grauaretur illam præstans, videlicet soluendi ad æstimationem antiquæ pecuniæ, & ad soluendum lucrum, argu. d. c. vsuræ, secundùm vnum intellectum, dum ibi dicitur, quòd † percipiens fructus, non debet etiam vsuras petere. quinimò secundùm Bartol. in l. Paulus. 6. quæstio. ff. solut. cuius opinio est communis, vt dixi suprà in prima limitatione, quando tractatur de interesse lucri cessantis, non habetur ratio augmenti pecuniæ: & ista potuit esse mens illius Nobilis. posset etiam attẽtari, quòd hæc non sit fallentia. Nam, vt dixi in principio huius conclusionis, & ferè in omni declaratione, inspicitur tempus contractæ obligationis, & quia vsurarum obligatio ante moram non contingit. l. mora. & l. fideicommissi. ff. de vsur. cum concord.

Frustrà quęrimus, an inspiciendum sit tempus sortis in eo, quòd pro vsura præstatur? & hoc modo ęstimatio & valor pecunię inspiceretur à tempore moræ, arg. l. vinum. ff. si cer. pet. de quo est dicendum iuxta ea, quę latiùs dixi 10. & 12. declarat. cum sequen.

† Et sic cõcludendum puto sortem solui debere secundùm tempus obligationis, & contractus seu mutui, & vsuram secundùm tempus, quo quis ad vsuram obli-

obligatur efficaciter, facit quod dixit Bald. in c. ex conquestione, de offi. ordin. quòd quando concurrunt antiqua & noua præstatio, solutio antiquæ præstationis est facienda secundùm antiquam monetam: & nouæ secundùm nouam.

SVMMARIA.

1 *Debitor non cogitur ad solutionem antiquæ moneta, cùm Princeps iubet numerari de noua.*

2 *Decretum Principis super solutione secundùm nouam pecuniam, nunquid personas Ecclesiasticas liget.*
Et quid de ignorantibus.

Limitatio Sexta.

1 SEXTÒ fallit, quando Princeps† mandaret facta debiliore vel meliore moneta solui debita contracta antiquitus vel census: aut antiquas præstationes secundùm nouam monetam, vt per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de solut. §. nunc aliqua, in fin. in addit. incip. olim. & Alb. de Ros. in l. cùm quid, circa fin. commen. ff. si cer. pet. vbi tangunt, an tale mandatū
2 † ligaret personas Ecclesiasticas, de quo etiam per Oldr. in cons. infrà allegan. de qua materia etiam aliquid dixi in 1. declarat. & quid iuris, si de vtraque pecunia reperiatur, vel si antiqua non sit reprobata, & omisso illo articulo, an Princeps possit iuri tertij præiudicare. Dicend. est, quòd talis Princeps, si hoc faceret sine consensu subditorum, teneretur ad interesse, vt not. Inno. Pan. & scribentes in c. quanto, de iureiuran. Et an valeret statutum vel decretum, potest videri Bald. in cons. 424. cum præceden. 2. par. secundùm penultimam impressio. & videatur Aret. in cons. 11. in pen. & vlt. colum. vbi dicit, quid iuris, si tale statutum non obseruetur, & an liget ignorantes. dixit tamen Old. in consil. 250. incip. factum tale est. quòd Principe simpliciter mandāte fieri solutionem de noua moneta per hoc nō censetur statutum, quominùs fieri debeant ad æstimationem antiquam, vt dixi suprà in 17. declarat. facit gloss. in c. quis ignoret. 32. quæstio. 4.

SVMMARIA.

1 *Tributa & decimæ respiciunt pecuniam ad tempus solutionis.*

2 *Pecuniæ variatio est Principibus imputanda, quibus debentur tributa.*

3 *Statutum de certa pecunia soluenda mutatum videtur mutata pecunia.*

2 *Moneta mutata de qua statutū loquitur, censetur quoque mutatum statutum.*

Limitatio Septima.

FALLIT septimò in decimis & tri- 1
butis, † & aliàs vbicunq; lex vel statutum dicerent fieri debere solutiones secundùm monetam currentem tempore solutionis. Cle. si beneficiorum. secundùm vnum intellectum de deci. & est de mente Bal. in l. is qui vsumfr. §. fi. in fi. com. ff. quib. mo. vsusfruc. amit. post gl. in d. Cle. si beneficiorū. & Paul. de Leaz. ibi. & Rom. in cons. 123. incip. circa primum. 2. colum. & clarè vult Millus in repert. in verb. pecunia. verùm quia illa Cle. habet varios intellectus, & communis sententia est, vt dixi supr. in 11. declar. in fi. quòd esto, quòd detur facultas soluendi de moneta vsuali, per hoc non dicitur, quòd solutio fieri non debeat ad æstimationē antiquæ pecuniæ, iccircò fortè posset dici, quòd in decimis attendatur consuetudo taxæ, iuxta gl. in d. Cle. in verb. taxatione & quòd, si sit cōsuetudo, vt singulis annis. valor inspiciatur, solutio fiat secundùm valorem cuiuslibet anni ad illam æstima tionem pecuniæ, quæ tūc curret, aliàs fiat secundùm antiquæ pecuniæ estimationē, videlicet eius temporis. quo taxa fuit facta. de quo pleniùs dixi in 17. declaratione.

In tributis autē, quæ Principibus præ- 2
stantur, † credo indubitanter inspici tempus cuiuslibet solutionis: & moueor vltra

tra prædicta ex tex. & nota.in l.creditor, in princip.ff.de sol. iunctis not.in d.Clement. si beneficiorum. maximè per Zaba. & Petr.de Anchar.& Imol. dum dicunt, quòd si creditor fuit in causa vel culpa deteriorationis vel reprobationis pecuniæ, habet sibi imputare, & pro tanto, si Principes habentes potestatem cudendi, & variandi monetam, illam varient, vel variari mandent, aut permittant variari, vel invariationem expendi sibi imputét, quod maximè verum puto, quando tributum est debitum per statutum; vt in eo attendamus monetam currentem temporis solutionis, & vt trahatur ad monetã, prout currit, vt dixi suprà in 11. ampliat. idem si tributum debeatur ex ordinatione, & mandato Principis, vt per Millum in loco suprà allega. vbi contrarium innuit, si debeatur ex mero contractu: volens tunc attendi pecuniam, quæ currebat tempore contractus.& hæc intelligo, quando variatio tendit ad præiudicium Principis, cui tributum debetur, & non
3 subditorum, † vt quia debilior vel vilioris valoris sit moneta tempore quo soluitur tributum. facit ad hæc quod dixit Ant.de Butr.in d.c.quanto, de iureiuran.
4 † quòd statuto loquente de certa moneta, si contingat mutare monetam, censetur mutatum statutum, & ad nouam monetam mutatum, per iura alleg.per eum.facit c.translato, de constit.

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ æstimatio & declaratio à partibus facta attendenda est.*

2 *Aestimationis pecuniæ per partium conuentionem materia amplè examinabitur, & nu. 3. 4. 5. 8. 10.*

5 *Ducati mutuò dati quomodo veniant æstimandi ex partium couentione: vt si dictum in eadem æstimatione illud seruandũ. & num 9.*

6 *Pactum, quòd soluatur ducatus ad certam æstimationem, valet, & nu. 11.*

7 *Solutionem fieri in moneta æquè bona, semper videtur actum inter partes.*

12 *Monetæ currentis expreßio, an excludat monetam currentem tempore contractus, si tempus solutionis non fuerit nominatum.*

Limitatio Octaua.

OCTAVÒ fallit in pecunia declarata vel æstimata † ex conuentione 1
vsque à principio, quia attenditur declaratio & æstimatio partibus facta, secundùm Bart.in l.Paulus, in fin.ff.de solu. vbi loquitur tam de dote, quàm de alia obligatione. & in l.si stipulatus sim decẽ in melle.ff.eo.tit.& in l.sed addes.§.si dominus.ff.loca.& per Dd.in l.pen. §. mancipia.ff.sol.mat.per Pet.de Anch.in Cle.si beneficiorum, circa fin.commen.vbi etiã Imo.de decim.post Bald.in consil.suo 339. incip.punctus quæstionis.2.volum.secundùm penultimam impress.per Martin.de Laud.in tract.suo de moneta.circa fin. & per Do.Barth.Socin. in consil. 198. incip. pro fundamento sequitur Io.And.de Ana. in c.fin.vlt.char.de maled. Ioan.Andr.in c.quanto, in pen.col.in fi.de iureiu. Et no. Andr.de Isern.in vsib.feud.in tit.quæ sint regal.in 8.colum.versi.& sic videtur. vbi dicit, quòd negotiatores dubitantes de augmento vel diminutione, solẽt expresse conuenire de æstimatione pecuniæ debitæ.

Et quia hæc materia est vtilis & quotidiana, & malè examinata, ac peius intellecta, illam tradam per quæstiones: Primò igitur quæro post Bar.in l Paulus, vlti.quæ. ff.de solut. † si mutuem vel in do- 2
tem dem, aut deponam centum libras, dicendo hoc modo: Albertus Brunus dedit mutuò Sempronio, vel in dotem, vel deposuit centum libras in tot ducatis auri largis, vel in tot grossonis Mediolani: & hoc factum sit tempore, quo ducatus auri largus valebat 4.libr. præsupposito, quòd nunc valeat 4.libr.cum dimidia, vel tem-

Pore quo grossonus Mediolani valebat vnam libram, prçsupposito quòd nunc valeat 22. solidos, an debitor liberabitur soluendo ducatos vel grossonos ad valorem temporis solutionis: & sic dando pro centum lib. 22. ducatos auri largos, & libram vnam, vel monetam æquiualentem liberetur, cùm à me habuerit 25. ducatos auri largos pro centum libris, & quid ecôtrà, si ducatus decreuisset stante casu præmisso, putà quia tempore solutionis non valebat, nisi tres libras cum dimidia, an ipso volente mihi dare 25. ducat. loco centum librarum prout à me habuit, potero dicere, quòd tempore solutionis ad faciendum cētum libras plures ducati 25. exiguntur, videlicet in summa 28. ducati, & 2. libræ, reperio quòd difficultas huius quæstionis residet in hoc, an ducati sint in obligatione, non tantùm in facultate soluendi: & esto, quòd sint in obligatione, an sint in obligatione secundùm æstimationem & valorem temporis contractus, an verò temporis solutionis, in quo casu Bart. in d. l. si stipulatus sim decem in melle, in 2. colum. quem sequitur ibi Pau. de Cast. tenuit † quòd ducati vel grossoni sint non tantùm in facultate soluēdi, sed etiam in obligatione: & quòd in eis consideretur valor secundùm tempus cōtractus, per illum text. cum gl. dum ibi dicitur, quòd si promisero decem duc. in mel le: mel est in facultate soluendi, non autem in obligatione, nisi mel æstimetur, putà ad rationem vnius ducati pro cado. nā secundùm eos quando do tibi centum libras in florenis seu ducatis, licèt non detur æstimatio duca. nōn est hoc necessarium, quia suam habet æstimationē, quæ dependet ab eo, pro quo communiter expenditur vel taxatione superioris, iuxta not. in d. l. fin. cum præceden. C. de vet. nu. pot. non sic in melle, cuius æstimatio est voluntaria, & à partium potestate dependet & variatur, & sicut in melle consideratur æstimatio temporis contractus à partibus limitata, ita in ducatis in casu prædicto consideratur çstimatio, & valor à superiore taxatus, & communiter tunc

3

tempore contractus currens, & cum hac opin. tanquàm veriore transit Martin. de Laud. in tracta. de monet. pen. & antepen. colum. vtilitas autem secundùm Bart. est, quia de æstimatione limitata etiam in pecunia contingit quandoque lucrari, prout suprà declaraui.

4

Contrarium tenet Ange. in d. l. si stipulatus. dicens, † quòd cùm valor ducati & pecuniæ promissç sit variabilis, prout indies videmus, non possit eius æstimatio magis dici certa, quàm æstimatio mellis, cuius precium non sit à partibus limitatum, & quòd sicut mel eo casu non est in obligatione, ita nec ducati in casu prædicto: & quòd tantummodò centum libræ sint in obligatione & ducati in facultate soluendi: & hanc opinionem firmat Bart. in l. Paulus, vlt. q. ff. de solut. cuius opinio ibi est magis communis. Nam cū eo trāsit Bald. in consi. præal. & Petr. de Anchar. in Cle. si beneficiorum, pen. col. de decim. & Io. de Ana. in c. fi. pen. col. de maledict. & Bal. in c. quāto, vers. extra quæro, de iureiur. & Fran. de Are. in consi. 11. & Panor. in d. c. quanto, circa fin. commen. de iureiur. vbi etiam alij mouentur, Bar. in d. l. Paul. quia dādo centū libras in tot ducatis, putà 25. ducat. pro centū libris, ita quòd dicendum sit, sicut de alia re æstimata, & de dote, quç datur çstimata. l. cùm dotem. C. de iure dot. l. æstimatis. ff. solu. matr. & secundùm Bart. illa verba, in tot ducatis, nihil operantur, & damnum, & lucrum contingens in variatione valoris ducati seu floreni pertinebit ad debitorem, & in deposito videbuntur ducati venditi pro illis libris, ita quòd æstimatio duca. videlicet libræ centum, & non floreni, censeatur deponi: l. certi condictio. §. fi. cum sequen. ff. si cer. pet. & l. si ex precio. C. eo. & credo quòd hçc secunda opin. quæ est magis communis, sit verior, taliter, quòd debitor tenebitur & poterit dare ducat. ad æstimationē temporis solutionis, vel monetam æquiualentem centum libris secūdùm valorem temporis solutionis, pro qua facit, quia esto, quòd ducati solùmodò essent in obligatione, nihilominùs in

eorum

eorum ęstimatione attenderemus tempus solutionis, secundùm communem & veram sententiam traditam suprà in 5. ampliatione.

Vnde idem esse debet, quando dantur centum libræ in tot ducatis, quia per hoc non concluditur, quòd reddi debeant 25. duca. pro centum libris, sed totum oppositum, ita quòd ducati non sint in obligatione respectiuè ad libras centum, sed secundùm suam propriam ęstimationem, præsupposito quòd essent in obligatione, licèt putem veriùs, quòd non sint in obligatione, sed tantùm in facultate soluẽdi, & quòd solùm libræ centum sint in obligatione, prout dixit Bart. in d. l. Paulus, in fin. & Ang. in d. l. stipulatus sum 10. in melle. cum concord. suprà alleg. & facit quod dixit Paul. de Castr. in l. sed addes. §. si dominus. ff. loc. ex cuius dictis prędicta multa declarantur & ampliantur, vt sciamus, an possit creditor cogi capere de ducatis, vel alia moneta.

5 † Et per prædicta teneo, quòd si dictum fuisset, do tibi centum libras in tot ducatis largis vel grossonis, hoc acto quòd reddas in duca. largis vel grossonis, quo casu ducati vel grossus indubitanter essent in obligatione, nihilominùs solutio ducat. debebit fieri secundùm valorem suũ tempore solutionis per prędicta, iunctis his, quę dixi in d. 5. amplia. cum seq. & hoc est quod voluit Alex. in d. l. pen. §. mancip. ff. sol. matrim. vbi malè intelligit Bart. quia etiam hoc casu non intelliguntur dati 25. ducat. taliter quòd reddi debeant 25. duca. pro centum libris, sed totum oppositum: vnde ducati redderentur secundùm propriam æstimationem temporis solutionis. & vult Bar. in d. l. Pau. cum concor. suprà alleg. dum dicit attendi tempus solutionis, nisi dictũ sit sub eadem æstimatione, de quo in seq. quæst. dicetur.

Sunt tamen prædicta intelligenda, nisi augmentum duca. euenisset propter pecuniam argenteam ęre contaminatam. Nam sicut non possent dari centum libræ de pecunia ære cõtaminata loco centum librarum antiquarum preciosioris metalli, ita non possent dari ducati cum augmento eorum tali occasione causato: vt dixi suprà in 6. declar. & infrà hac eadem limit. 3. quęst.

Secundò quæritur, quod iuris erit, si dicunt, sic do in dotem vel mutuò, aut depono penes te libras centum in tot duc. hoc acto, quòd reddas duca. ad æstimationem prædictam, vel in eadem ęstimatione. Respondeo, quòd iste est propriè casus præsentis limitationis, & quòd hoc casu sint ducati soluendi secundùm valorem temporis contractus: quia tunc libræ censentur æstimatę per ducat. ita quòd 25. ducat. dati pro centum libr. vt dixi in præced. q. sint restituendi in tanto numero, qui comprehendat centum libras, cõsiderato tempore contractus: & sic restituendi sunt 25. ducati numero prout fuerunt traditi, & damnum decrementi & lucrum augmenti valoris eorum cedet commodi mei creditoris.

Ita voluit Bar. in d. l. Paulus, in fin. cum quo communiter transeunt Doct. & maximè Bal. in cons. præalle. & in c. quanto. vers. extra quęro, de iureiur. & idem Bar. in l. sed addes. §. si Dominus. vbi etiã Fulg. & Pau. de Cast. ff. loca. & in l. pe. §. manci. vbi etiam Paul. de Cast. ff. sol. mat. & Petr. de Anch. in d. Clem. si beneficiorum, pen. col. de deci. & Ioan. de Ana. in d. c. fi. pen. col. de malefi. & Fran. in d. cons. 11. & Do. Barth. Socin. in d. consil. 298. & Do. Franc. Cur. in d. l. cùm quid. 11. q. & Mart. de Lau. in d. tract. de monet. pen. col. seu antepen. & iuxta prædicta dicebat Fulgo. in d. §. si dominus pactum. quòd † solui debeat certa summa librarum in florenis, seu ducatis ad rationem 5. libr. & 4. solidorum pro singulo ducato valere, & esse seruandum, 6 & licèt Imol. in d. §. mancip. dicat, quòd stante casu, de quo in quæstione, si cõtingat ducatum decreuisse, non esset verisimile, quòd creditor voluerit tale damnũ pati, per l. cùm de indebito, in princ. ff. de reproba. tamen sua opin. non est tenenda, ex quo creditor acquieuit æstimationi ducati, & sicut lucrum consequeretur casu, quo creuisset, damnũ patiatur ex dimi-

nutione, arg.l.pen. C.de sol.& eius quod no.gl.in c.cum Canonicis,de censi.& dixi in 2.declarat. suprà eod. & quòd dixi valere pactum super æstimatione pecuniæ, est intelligẽdum quando communis cursus ita se habebat,cùm non sit nostrũ mutare æstimationem duca.vel monetæ sine authoritate superioris, imò mutuans aut aliter expendens posset puniri, vt not. in l.1.seu 2.C.de vet.num.potest.lib.11.quod intelligo,nisi donationis gratia, quando ratione cursus quis vellet pro pluri capere vel minore cursu,quàm valeat expẽdere per not.per Alb.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.act.

Tertiò quæro,quid iuris,si sit simpliciter dictum,do in dotem mutuò, vel depono centum ducatos ad rationem 4.librar. pro ducato, quomodo fiet restitutio? vel si dictum sit,do tibi centũ ducatos in dotem ad rationem solidorum 94.pro singulo ducato non expresso, quòd debeat fieri restitutio in duca. cùm de consuetudine liceat soluere monetã pro auro, vt dixi suprà latè in 2.limit.breuib.si fiat restitutio in eadem pecunia in genere,putà in in duca. debebunt dari tot ducati,qui secundùm valorem eorum tempore solutionis faciunt tot libras,quot erant in promissione,ita quòd si erant centum ducati ad rationem librarum 4. debeãt solui tot ducati,qui tempore solutionis valeant 4. libr. & si ducatus creuerit in valore, dabuntur minus, & si decreuerit, dabuntur plures,figurando exemplum,prout supr. dixi in 1.q.huius limit.per ea,quæ ibi dixi,& in præced.q. vbi hoc deciditur: & si ducatus creuisset propter deteriorationẽ monetæ, prout communiter fit.debẽt dari tot ducati, qui valeant 4.centum libræ. monetæ æquè bonæ in bonitate intrinseca, & æquè preciosi metalli & eiusdem ponderis, sicut erant tempore contractus, vt voluit Martinus de Laud. in d.tracta. de moneta, penul.& antepenul. colum.

Et pulchrè d.Bartho.Socin.in d.consil. 298. incip. pro fundamento, iunctis his, quæ latè dixi in 2. declar.post Oldr.consil.31.& concord.ibi allega. † cùm semper actum censeatur inter partes, vt solutio fieri debeat de moneta eiusdem bonitatis, cuius est ea, de qua in obligatione tempore quo data fuit,seu tempore obligationis.l.cùm quid.ff.si certum petat.& prout ibi latiùs dixi, nisi aliter actum sit inter partes,vt dicetur in quæst.sequent. & si talis debitor velit soluere in moneta,putà libras vel solidos,prout in exemplo figurato, tenebitur soluere centum de antiqua moneta currente tempore obligationis,quòd faciat 4.libr.aut de illis antiquis solidis,si reperiantur,vel de noua moneta ad æstimationem antiquæ, vt dixi in d.l.1.& 4.declar.post Oldr.in consil.præallega.cum concord.ibi signandis, declarando, vt ibi latiùs dixi.& vltrà Dd. prædictos in proposito dotis hoc est de mente Areti.in conf. 11. incip: procedendum. & secundùm prędicta intelligendum est, quod consuluit. Bald.in d.consi. 339.incip.punctus quæstionis: † & prædicta procedunt, quando nulla interuenisset mora in restitutione, vel solutione, per ea, quæ dixi suprà in 1. & 2. limitatione. nam si interuenisset mora, haberetur ratio valoris mutati in pecunia durante eadem bonitate, quæ erat tempore contractus à tempore moræ, vsque ad tempus solutionis, secundùm Martin.de Laud.in tract.de mone.penul col.& Soci. in consil.præallega.& ideò dixi durante eadem bonitate intrinseca, quia, vt dixi in 1.limit.ac conclus. mora nihil facit ad mutationem valoris causati ex mutatione bonitatis intrinsecæ, seu preciositatis metalli. Et prædicta procedunt, nisi dictum sit ad rationem librarum 4. pro singulo ducato monetæ currentis tempore solutionis, vt dicam infrà in sequen.quæstione.

Quartò quæro, † Aliquis dedit mille ducatos dotis nomine, vel mutuò, vel depositi, ad æstimationem librarum 4. pro singulo ducatò monetæ currentis tempore solutionis. quomodo soluentur isti ducati,vel eorum valor? dico,quòd si consideremus mutationem valoris non mu-

tata

tata preciositate metalli, res est clara vt inspiciamus libras secundum quod valēt tempore solutionis, quia ita placuit contrahentibus iuxta nota. in d. l. Paulus. per Bar. in fi. cum concor. suprà alleg. in præce. quæstionib. idem dico si contingeret monetam esse factam de metallo debiliore & viliore, vel diminutam in pondere cum libra, ita valeat 20. solidos monetæ debilioris ponderis & vilioris metalli sicut pretiosioris metalli, & fortioris pōderis: nam verba prædicta præferunt taxationem & limitationem valoris ducati in libris, & vlterius declarant quòd libræ sint soluendæ de moneta currente tēpore solutionis. Clemen. si beneficiorum secundum vnum intellectum, quem tenuit Pau. de Leaz. ibi & plures alij de decim. quod potest fieri per contrahentes, sicut posset & multò magis per contrahētes fieri, quòd pecunia reproba liberaret soluentem, vt Zaba. Petr. de Anchar. & Imol. ibi per Alber. de Rom. & nonnullos scribentes in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de act.

10 Ex quo concludendum est, quòd † debitor soluendo 4. centum lib. monetę currentis tempore solutionis fiendæ, licèt debilioris liberabitur & si tempore solutionis curreret fortior, & pretiosior moneta, è conuerso teneretur debitor soluere 4. centum lib. illius monetæ, licèt melioris, aut ducatos soluat secundum æstimationem prædictam librarum 4. consideratò cursu monetarum secundum tempus solutionis fiendæ, & si mora interuenisset, inspicimus tempus, quo solutio fieri debuisset, & illam monetam, ac istū cursum, vt dixi in præced. q. & in 1. limit. vndè præsupposito, quòd ducati valeant nunc libr. 4. cum dimidia: & debitor occasiōe mille ducatorum, velit soluere in ducatis, non considerabimus, an ducatus creuerit ratione mutationis preciositatis metalli monetarum, nec quòd tempore promissionis valeret 4. libr. illius monetæ, quæ forsitan nunc valerent 4. cum dimidia monetæ pręsentis debilioris, sed solùm considerabimus, quòd dentur tot ducati, qui faciant 4. millia lib. æstimando ducatum prout nunc valet, & erit debitor in lucro de libris 500. quia mille ducati nunc valebunt libras 4500. & tantò minùs de mille ducatis dabit, quantū capiunt libræ 400. & sic dabit solùm ducatos 889. solidos 10. qui faciunt mediam libram, & idem proportionabiliter est dicendum, si ducatus decreuisset.

11 Vbi autem non interuenisset † aliqua ęstimatio, licèt dictum ęsset, promitto cētum ducatos largos monetæ currē. temp. solutionis, tūc solutio esset funda de moneta currente tempore solutionis habito respectu ad antiquam, id est, vt tātò plus de noua detur, quantum valet vel valeret illa, quæ currebat tempore promissionis secundum communem intellectum, qui datur ad Cle. si beneficiorum de deci. per Panor. in c. quanto, vlt. col. de iureiu. cum concor. quæ adduxi in 11. declar. & in 5. limit. post Old. in consi. 250. incip. factū tale est. Quod intelligo, nisi promissio esset facta in tali specie, quę nō habet nomen & formam pecuniæ, sed est nomen collectiuum, quòd ita suam determinationem habet in bona moneta, sicut in debiliore, vt sunt libræ, quæ valent 20. solidos tam fortis monetæ, quam debilis, & ducati in moneta in ducatu Mediolani, qui valent 4. lib. qualiscunque sit moneta, & in florenis Mediolani, qui valent 32. solidos fortis vel debilis monetæ: & in florenis Sab. qui valent 12. grossos Sabau. vel Papiæ, siue currat bona moneta siue debilis, & non reperitur aliqua petia pecuniæ, quæ talis ducatus, moneta, vel libra, aut talis florenus appelletur, nam si quis promittat mihi 10. ex talibus ducatis vel florenis aut libris, intelligitur de moneta temporis contractus, vt dixi in 1. & 6. declara. tamen si addatur monetæ currentis tempore solutionis, ex hoc excludetur moneta currens tempore contractus l. maritus. C. de procur. l. cùm prætor in princip. cum vulg. ff. de iudi. & aliud hoc ideò est in isto casu, quam in præcedenti † quia ista denominatio pecuniæ se habet tam ad fortem, quàm debilem, & tam 12

ad currentem tempore contractus, quàm solutionis, & quia eligitur vnum tempus scilicet solutionis, & aliquid dixi in 6. declar. & latius in 17. declaratione.

Si autem dictum fuerit simpliciter monetæ currentis non appositis illis verbis tempore solutiõis, an intelligatur de moneta currente tempore obligationis, seu dispositionis, an verò contractus, habui in facto, & teneo quòd debeant intelligi de currente tempore contractus, vt interpretemur verba secundum regulas iuris communis iuxta nota. per Bar. & alios in l. hæredes mei, §. cùm ita ff. ad Treb. & in l. Gall. §. 1. ff. de lib. & posth. cum concor. & quia verba interpretanda contra illũ, qui se fundat super eis l. veterib. ff. de pactis, & l. quicquid astringendæ in princi. cum ibi not. ff. de verb. oblig. & quia verba intelliguntur secundum tempus contractus, & dispositiones iuxta nota. in l. si ita. ff. de aur. & ar. leg. per Bar. cum cõcor. non obstante quòd in contrarium faciat, quod verba debent ita sumi, vt aliquid operentur. l. si quandò, in princ. ff. de leg. 1. puto tamen distinguendum an verba monetæ currentis ponantur simpliciter, vel referantur ad actum obligationis, & tũc procedant prædicta, an verò referantur ad factum solutionis, & tunc debeant intelligi de currente secundum tempus solutionis, quia qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. ex facto, in princi. ff. de vulg. & pup. putà promisit soluere de moneta currente, quia intelligitur tempore solutionis.

LIMITATIO NONA.

NONO fallit, quum adest statutum declarans attendi debere monetã & cursum temporis solutionis per ea, quæ dixi suprà in præcedẽ. fallentia pen. & vltim. q. 6. & latius 17. declara. faciunt no. per Alex. in consil. 21. incip. visis his 2. vel per Arêt. consil. 10. 3. colum. cum seq. dicam infra in seq. limitat. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Solutio fieri debet secundum valorem tempore solutionis, mutata tantum pecuniæ bonitate extrinseca.*

LIMITATIO DECIMA.

DEcimò & vltimò secundum † aliquos fallit quoad bonitatẽ extrinsecam, seu quoad variationẽ, quæ cõtingit durãte bonitate intrinseca, & nõ mutata in moneta, in pondere, vel pretiositate: quia tunc debet fieri solutio secũdum valorem temporis solutionis, vt latè dixi suprà in 5. & 6. ampliatione seu declaratio. iunctis his, quæ dixi in 3. quæ limitatio videtur recipere debere distinctionem secundum vtrobique dicta, videlicet quòd non curemus de bonitate extrinseca, quãdò promissa est certa species pecuniæ, putà centũ ducati, vt dixi in 3. declarat. Sed quãdò est promissa pecunia in genere, putà in libris, nisi contingat auctum fuisse valorem monetarum magis grossarum vel pretiosarum propter aliam magis ære contaminatam, quàm tẽpore contractus, vt dixi in ipsa 5. & 6. declar. Item hæc limitatio restringitur & declaratur ex alijs ampliationibus, & declarationibus, ac limitatiõibus, vt si quis esset in mora, vel specialem promissionem fecisset, vel aliter, vt per discursum totius huius materiæ. 1

Laus Deo omnipotenti, ac gloriosissimæ virgini Mariæ eius matri. Finitum fuit hoc opus ad Dei omnipotentis gloriam & publicam vtilitatem per me Albertum Brunum, Iurisconsultorum minimum, ciuem Astens. Anno Domini. M. D. VI. die XV. Iulij.

IOAN-

IOANNIS AQVILAE IVRISCONSVLTI, DE POTESTATE ET VTILITATE MONETARVM, TRACTATVS PERVTILIS.

Ad Ioannem Stoefflerinum, facilè omnium nostro æuo principem Mathematicorum, IOANNIS AQVILAE vtriusque legis interpretis, in præsentem Tractatum Præfatio.



TAMETSI mathematici gētilicio vocabulo erāt dicti Chaldæi, apud Assyrios, apud Aegyptios prophetæ, quos Græci appellarunt philosophos, Indi gymnosophistas, Latini sapientes, Galli druydas, Persæ vero, magos. Hij enim omnes, syderum obseruatis rationibus, prædicere futura solebant. Sed magi potissimum apud Persas deorum cultui vacabant, preces illis atque vota & sacrificia offerebant, de deorum substantia & generatione disserebāt, signa statuasq; repræhendebant, improbabant illorum errores, quæ discernit, deos sexu, & mares fœminasq; inter eos esse affirmabant: dicebant rerum omnium totiusq; orbis imperium penes deos esse. Duo erant apud eos principia, Bonus dæmon, & malus. Ille Iupiter, quem horamasdē: hic Pluto, quem appellabant Arimanium. Hij teste Eudoxo, aiebāt homines reuicturos. Aristoteles dixit, eos fuisse antiquiores Aegyptijs. Sed postea auctam esse magorum vanitatem, ait Laertius in Perside, à Zoroastre vsq; ad Xerxis Persarum regis transitum, per sexcentos annos. pleriq; magi non solum obseruatione syderum futura prædicere, verū artibus quibusdam & rerum & verborum maleficijs, vt & scire se omnia, & facere posse, profiterentur. Plinius quoq; artem hanc magicam omnium artium fraudulētissimam esse afferit, miraturq; quomodo in toto terrarum orbe plurimis seculis valuerit: idq; ob eam causam putat accidisse, quòd sola artium tres aliàs imperiosissimas humanæ mentis complexa, in se vnam redigit.

Natam primo è medicina nemo dubitauit, hac specie salutari irrepsisse, velut altiorem sanctioremq;, quàm medicinā. Ita blandissimis desideratissimisque promissis, addidisse vires religionis, ad quā maximè alligatur humanum genus, atq; vt hoc quoque suggesserit, miscuisse artes mathematicas nulli non auido futura de sese sciendi, atq; ea à cœlo verissimè peti credenti. Ita possessis hominū sensibus triplici vinculo, in tantum fastigij adoleuerit, vt hodiè etiam in magna parte gentium præualuerit.

Thessaliam verò huius veneficij infamem fuisse constat, vt Menāder prodidit: durauitque ista venefica ars ita in Italia, per longa Christianorum tempora, ita vt temporibus Theodosij Iunioris Christianissimi principis, dicat celeberrimus August. lib. 15. de ciui. dei: Cum essemus in Italia, audiuimus quasdā mulieres imbutas his malis artib⁹, dato caseo, statim homines in iumenta conuertisse: quæ vt alia iumenta, necessaria quæque portabant: & finita opera, iterum homines ab illis restitui, quibus (vt ait) mens semper humana conseruata fuit. Quid plura? Apuleius idem, & Homerus, Virgilius, Lucanus, Tibullus, Ouidius, Plinius, Seneca, atque alij historici & poetæ narrant, etiam mirabiliora, de

ra, de Circe & Medæa, atq; herbis, vt AEthiopis, qua amnes & stagna siccari, & tactu eius clausa aperiri: atque Achmenides, quàm coniecta in aciem hostium, trepidare omnia, ac terga vertere, vanitas magorum gloriatur. Latacè, dari solita à Persarum rege legatis, vt quocunq; venissent, rerum omnium copia abundarét.

Sanè non omnia, quæ per eam artem monstrantur, vera esse, noscũtur, sed multa dæmonum illusionibus ostenduntur, quæ veridicè facta minimè fuerunt: vt hominem conuerti in lupum, aut in iumentum: lunã trahi, & similia, quæ per humanorum sensuum alterationem, quibus illi plurimum præsunt, & non per verũ inducuntur effectum. Nam solum ea verè exequi possunt, quæ naturali virtute ducuntur. sed omni rerum cognitiõe, ex ingenij acrimonia, & longa experientia, ac agilitate naturæ, alterabilia facilè coniũgere valeant, ea nonnunquam inducunt, quæ miracula hominibus esse vidẽtur, & non sunt. Idem Aristot. veritatis indagator, & ea tantum credens quæ vel cõprehendi sensu, vel probari rationibus possint, hæc omnia irridet, falsaq; existimat & Zoroastrem, quem huius artis inuentorem vulgus fuisse existimat, ex interpretatione ipsius nominis, astrorum fuisse cultorem affirmat. Mirum certe foret, in tantam credulitatem ex tam salubribus initijs euecta humana ingenia esse, si in aliqua referuare modũ nouissent. Sed hęc est in omni re, humani ingenij conditio, vt à necessarijs orsa primam, cuncta veniant ad nimium. Nempe Mathematici esse dicuntur propriè illi, qui mathemata seu mathematicas profitẽtur disciplinas. quę sunt, Arithmetica, Geometria, Musica, & Astrologia. hę enim propriè mathemata, id est, disciplinæ dicuntur, quia certiores alijs sunt. Sed quoniam quoque in nimiam vanitatem profecti sunt prędicendi futura, siue etiam præterita incognita, vt ex istis hi sunt, qui astrologi vocantur, non solum ex astrorum naturali cursu futura prædicentes, sed & minuta, quæquè ex astris se posse prædicere promittunt, vt consilia ipsa, hominum arbitria & varias voluntates, appetionesque & declinationes, & fortuitos repentinosque in leuissimis rebus animorũ impetus, recessusque moueri agitarique desuper è cœlo credunt: ita vt ex necessaria quadam syderum errantium reciprocatione, eiusmodi talia contingere pretinaci fronte afferant: & hi cæteris vaticinãtibus pręstare videbantur.

Vnde illud mathematicorum nomen explosum est tanquam damnabile, & pro ijs vsurpatum, (qui diuinationem profitentur,) Arioli, Aruspices, Augures, Phytonici, Præstigiatores, Necromantici, Pyromantici, Acromantici, Hydromantici, Geomantici, Chiromãtici, Genethliaci, atque Sortilegi. Hi omnes damnati & explosi sunt per 12. tab. atq; sacras leges, & canonicas sanctiones, C. de malefi. & mathema. per tot. c. Igitur 26. quæst. 3. & c. nec mirum 26. quæst. 5. & c. 1. ac per tot. de sortileg. cum concor. Attamen mathematici sunt dicti propriè, ab his artibus, quos discere & exercere expedit publicè. Quoniam Geometriã, Musicam, cæterasq; disciplinas altiores, mathemata, hoc est disciplinas, veteres Græci appellabant. l. artem Geometriæ. C. de malefi. & mathe.

Exinde autem his sciẽtijs ornati, ad pdiscenda mundi opera, & principia naturæ procedebant: ac tũc deniq; nominabãtur Physici, hoc est naturales. Magia itaq; est dicta ars ipsa. Vnde & magicas artes, ac herbas. Inde est duplex magia: quarum altera, dæmonum tot opere & auctoritate constat, res medius fidius execrãda & portentosa. Altera vero, nihil aliud est, (quum bene exploratur) quàm naturalis philosophiæ absoluta consummatio.

Vtriusq; quum meminerint græci, illã magiæ nullo modo nomine dignãtes, γοητείαν nuncupant. hanc propria peculiariq; appellatiõne, μαγείαν quasi perfectã summamq; sapientiam vocant. Magna autem inter has artes disparilitas & dissimilitudo. Illã non modo Christiana religio, sed oẽs leges, omnisq; bene instituta respublica, dãnat & exercrat, hãc oẽs sapientes, omnes

omnes cœlestium & dininarũ rerum studiosæ nationes, approbant & amplectuntur. Illa artium fraudulentissima, hæc altior sanctiorque philosophia: Illa irrita & vana, hæc firma, fidelis & solida. Illam quisquis coluit, semper dissimulauit, in auctoris esset ignominiam & contumeliam.

Ex hac summa literarum claritas gloriaque, antiquitus, & penè semper fuit petita: Illius nemo vnquam studiosus fuit vir philosophus, & cupidus discendi bonas artes: Ad hanc Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, discendam nauigauere, hanc prædicarunt reuersi, & in arcanis præcipuam habuerunt. Illa vt nullis rationibus, ita nec certis probatur auctoribus: Hæc clarissimis quasi parentibus honestata, duos præcipuè habet auctores Zamolxidem, quem imitatus est Abaris Hyperboreus, & Zoroastrem illum Oromasi filium, cuius magiam Plato in Alcibiade, innuit esse diuinorum scientiam, qua filios Persarum Reges erudiebant, vt ad exemplar mundanæ reipublicæ suam ipsam regere rempublicam edocerentur. Plato in Charmide ait, Zamolxidis magiam esse animi medicinam, per quam scilicet animo temperantia, vt per illam corpori sanitas comparatur. Horum vestigijs posteà perstiterunt ferè omnes, qui Pythagorica Platonicaque mysteria sunt perscrutati. Ex iunioribus etiam, qui eam magiam olfecerint, tres reperiuntur, Alchindus Arabs, Rogerius Baconensis, & Guilielmus Parisiensis.

Hanc magiam probat, asseueratque vir sapientissimus: Alteram ita abhorrens, vt cum ad malorum dæmonum sacra vocaretur, rectius dixerit ad se illos, quam se ad illos accedere. Ob hoc præcipuè, quod illa hominem Dei hostibus mancipans, auocatà Deo. hæc in eam operum Dei admirationem excitat, quam propensa charitas, fides, ac spes, consequuntur.

Hæc de magia (ita inquit Picus) diximus, quod scio esse plures, qui sicut canes ignotos semper adlatrant: ita & ipsi sæpè damnant oderuntque, quæ non intelligunt. Quorsum hæc? Nempè vt omnes Mathematici, qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quicquid familiæ pecuniæque habebant, in medium dabant, & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re & verbo Romano, Cœnobium, hoc est contubernium appellatur. Ita ex nostro Lario, tibi parenti meo, in Mathematicis atque numeris peritissimo, & ex iam dudum coita amicitia dicamus collectionis nostræ opusculum, de potestate & vtilitate nummismatis. In quo Arithmetica exercetur, per numeros philosophandi institutio antiqua. Illa quidem, quæ & à priscis Theologis, à Pythagora præsertim, ab Aglaophone, à Philolao, à Platone, & à prioribus obseruata. Scribit enim Plato in Epimenide, inter omnes liberales artes & scientias contemplatrices, præcipuam maximeque diuinã esse Arithmeticam (non mercatoriam) sed illam diuinam numerandi artem. Quęrens item, cur homo sapientissimum est animal: Respondet, quia numerare nouit. Cuius sententiæ Aristoteles meminit in problemat. Scribit Albumasar, verbum fuisse Auenzoar Babilonij, eum omnia nosse, qui nouerat numerare. Opusculum prædictum, sit qualecunque, tibi inprimis illud facimus commune.

Vt sit nostræ vicissitudinis mutuę euidens indicium & pignus. quod si à te approbabitur, fortè aliquando in lucem prodibit, & bonis auctoribus (non lacteronibus) occasio ad maiora atque meliora erit. Vale, & tuo Ioanni Aquilæ (vt facis) semper faue.

ARGVMENTVM ET DIuisio huius Operis.

INcipit fœliciter Ioannis Aquilæ, artium atque Iurium Doctoris opusculum, de potestate & vtilitate nummismatum: Prima diuisione in duo capita bipartitum.

Quorum primum tres suppositas bases, & decem continet periphrases hypotheticas ad amussim ęrarij, atque cudendarum monetarum potestatem breuiusculè elucidantes, ac succinctis circumlocutionibus describentes.

Nam basis prima aperit, quid, & quotuplex fuerit Talentum, Siliqua, Obulus, seu Scripulus, Dragma, Nummus, Vncia, As, Libra, Mina, Denarius, Quinarius, Sestertium, Dipondium, Assipondium: quæ omnia sunt nomina veterum ponderum.

Secunda basis discutit, quádo & à quo argentum primo sit signatum: Libræ æris pondus eminutum: Quæ æris nota erat: & quæ fuerit nota argenti primò excussi & imminuti.

Basis tertia edocet, quando aureus nummus primò fuerit percussus, & quorum characteribus. Quid As, Vncia, Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes olim des, Dodrans, Dextans, Deunx, As, Semiuncia, Sescuncia, Selibra, Silicus, Sextula, Siliqua, Scripulus, & id genus.

Solidus idem, quod aureus nummus: & septuaginta duo aurei, id est, solidi, constituunt libram auri. Corollarium primum: vbicunque in iure communi fit mẽtio de solidis seu aureis nummis, accipitur de illis iam dictis. Corollarium secundum: vbi in iure cõmuni fit sermo de solidis, accipitur de illis supradictis magnis. Corollarium tertium: vbi in statuto, vel ab homine, habetur mentio de solido, acceptandum est de paruo, vtpotè currentis monetæ minutæ, vt ibi patet clarè.

Quis ærarij & monetandi ius habeat. Nullus priuatus. Aliàs cudens punitur vt falsarius. Inferior à Principe, imperium vel iurisdictionem habens ex principis concessione, vel centenaria præscriptione, potest monetare. Nummisma, aureus, & solidus, vt nummus, denarius, & pecunia, vocabula sunt synonyma. Quid libra auri, argenti, atque æris sit. Quod solidi existant libra auri, argenti, vel æris. Vbi aurei floreni vel solidi à lege exprimuntur, vt quod donatio suprà quingentos solidos facta sit insinuanda, vel quod defensor ciuitatis non habeat iudicare vltra trecentos aureos, qui intelligantur aurei, & qui accipiantur à iudice, seu ab homine prolati. Quid, & quotuplex sit pecunia, & moneta, videlicet, Falsa, Adulterina, Rasa, Tincta, ac tonsa. Vnde moneta, nummisma, uuminus, & denarius, ac pecunia. Vnde & monetarius, nummularius, & quare sic dicatur, & quis fuerit primus, & quod nulli nisi principi licet facere cudi auream monetam, nisi ex principis concessione, vel præscripta consuetudine. In nummisma te exiguntur quatuor, aut tria: & ex defectu cuiuslibet reprobatur omnis moneta. Ideò hodie adhibetur à contrahentibus cautela, vt iusti æris, ponderis, characteris, valoris seu cursus communis detur moneta. Nempè ipsius monetæ validitas duplex est: Intrinseca in auctoritate, charactere, pondere, & materia: Extrinseca verò altera est, quæ consistit in valore, & æstimatione, pro qua expenditur de consuetudine. Cuius impensis moneta debeat cudi, & an lucrum valeat ex ea haberi: an ad libitum possit mutari. Et verùm prolatio monetæ, tam de aurea, quam argentea valeat intelligi. Et quando variatur auctoritate secularis, quod non præiudicat Ecclesiasticis. Quid sit pecunia. Vndè dicta, & quàm multifariè accipiatur in iure. Et hodie possessio propriè non venit appellatione pecuniæ: sed res mobilis, quæ seruando seruari non potest, quo ad fructum, sed benè quo ad oculum. Pecunia aliqua expressè debita (vt deposita) est reddenda, aliàs licitè potest peti interesse in foro vtroque. Quilibet hominum debet impediri falsam monetam cudi. Et multa sunt specialia in falsa moneta, videlicet, quod quilibet etiam socius criminis potest accusare, & propria auctoritate capere falsarium. Et licet succumbat accusator, tamen non punitur vt calumniator. Et non appellat falsarius condemnatus. Et si quis eum eximat à manibus iustitię, plectitur capite. Atque is, in

is, in cuius domo cuditur falsa moneta, etiamsi improbabiliter ignoret, punitur. Huiusmodi crimen quintupliciter admittitur. Primò, quando cuditur moneta ab eo, cui non est potestas concessa. Secundò, quando cuditur ab eo, cui potestas est concessa, sed cudit in falsa materia, vt aureos in electro, & argenteos nummos in stanno. Tertiò, in falsa forma, & dicitur tunc moneta adulterina. Quartò, in falso pondere. Quintò, qui radit, vel tingit, seu ex aqua subtiliter particula auri vel argenti exhausta, pro valida exponit. qui aliàs per longum vsum tonsam, & ærosam, quousq; apparet æs, exponit, extrà ordinem puniri poterit. Materia etenim, forma, auctoritas, & pondus, sunt de monetę substantia.. Ideò extrà auctoritatem publicam cudēs monetam, etiam bonam, incidit in falsi pœnam. Si princeps monetam valentem reprobet, & minus valentem acceptet, vt de reprobata inde bonum habeat forum, quia illam conflari & cudi faciat, & sic lucrum habeat: vtique fraudem dicitur facere. Quæ, & quot sint pœnæ falsatoris monetæ. Falsans nummisma principis, punitur pœna exustionis. Et tenetur omne damnum illi personæ, communitati, vel populo damnificato restituere, vel si nesci tur, pauperibus erogare cogitur. Falsans autem monetam alterius, punitur mitius, vt pœna capitis, id est, deportationis, & interdum bonorum confiscationis. Nisi esset impubes, qui taliter non punitur. Itaque falsans monetam Ducis, Comitis, vel Ciuitatis, punitur pœna deportationis, & non mortis naturalis. Fabricans monetam per statutum locale prohibitam, & expēdens alibi, non incidit pœnam statuti. Qui incœpit monetam, & formam non impleuit, sic puniri non debebit.

Caput Alterum huius opusculi, est decem Theorematum: videlicet, quando tempore obligationis contractæ erat vna moneta, & tempore solutionis alia: de qua solutio sit facienda. Quando nummisma est reprobatum, quia in valore erat nimis diminutum, tunc debitoris est periculum. Si moneta est variata ex principis auaritia, vel debitor est in culpa, vel mora, tunc tenetur soluere de antiqua moneta, vel eius æstimatione iusta. Emphyteuta, emphyteusis canonem tenetur soluere de antiqua moneta, facta variatione monetæ. Nisi aliter probet se præscripsisse, vtpotè decem annis laicis, & quadraginta Ecclesiasticis, de currente vsuali moneta doceat se atque antecessores soluisse. Pecunia ex testamento debita erogari in legata particularia, debet solui de moneta vsuali, & communiter expendibili, tempore conditi testamenti. Pecunia ex testamento debita pro vniuersalibus fideicommissis, debet solui tunc moneta currens & vsualis tempore mortis ipsius testatoris. Itaque vbi maritus vxori legauit centum, vel mille aureos, & variati sunt aurei antequam maritus concesserit in fatum, iuxtà antiquam monetam, vel eius æstimationem, soluendum est legatum. Si Pontifex summus, vel diœcesanus constituerit, vel ordinauerit, seu creauerit mille, aut quadraginta aureos, vicario annuè pro congrua portione, nón obstante aureorum mutatione, solutio debet fieri regulariter de antiqua moneta, vel eius æstimatione debita. Vbi à lege vel statuto moneta est taxata, debet intelligi de moneta tunc, & non hodie currenti. Vbi variata est moneta auctoritate alicuius sæcularis personæ, vel communitatis, non præiudicat Ecclesijs, pijs locis, neque personis Ecclesiasticis. Vbi à lege, vel statuto municipali, imposita est pœna delicti, debet intelligi vbi delinquitur, de moneta vsuali illius loci. Quando, seu vbi dicitur in statuto municipali, quod donatio excedens quingentos aureos, debeat insinuari, attenditur tempus conditi statuti: Aliàs debet considerari tempus, quo oritur obligatio, vel quo pœna debeat solui. In sentētia iudicis vel arbitri cōdēnantis in pecunia, debet de moneta intelligi tēpore illius

sententiæ datæ currenti. Vbi in Regione, vel ciuitate, in frequenti vsu sunt diuersæ monetæ, libræ, vel mensuræ, in dubio debitoris est electio, secundùm quam velit soluere. Ita in contractibus atque stipulationibus appellatione aureorum intelliguntur hi, qui vigent in regione viliores: aliàs debet inspici qualitas. Vbi aliquis deposuit vel mutuauit centum libras, seu talenta, in florenis, seu aureis, tunc damnum variationis monetæ est debitoris. Quando maritus in dotis instrumento cōfitetur se accepisse à socero mille aureos, siue florenos, boni auri, iusti ponderis, & characteris, tunc soluto matrimonio tenetur de iure scripto restituere in simili auro. Vbi ex generali consuetudine vna moneta expenditur pro altera, vt aurea pro argentea, vel econtrà: vel alia pro alia, etiam in forma, vt Vvirtenbergensis pro Badensi: etiam fisco, vel alij creditori inuito, potest sic solui. Nisi aliter esset expressè actum, vel manifestè esset passurus damnum. Si alicui mutuata est moneta alicubi reprobata, qui eam sua industria alibi expendit pro bona, non committit falsum propriè, neque valet cogi iure, mutuanti bonam restituere. Vbi æquè in vsu sunt duæ monetæ, est debitoris electio, de qua velit soluere de viliore. Alioqui de vsitatiore, quando non æqualiter currunt, debet soluere. Per census solutionem, veluti confessionem emphyteutæ, præsumitur contractum præcessisse, & sic sibi & successori præiudicatur in censuali iure, ac regulariter in subiectione & protectione. Vbi accipientes & soluentes censum, nihil expresserunt de pecunia aliqua, tunc dubitatio variationis monetæ subleuatur per solutiones præcedentes, continuè & diuturnè factas, quippè ista pecunia videtur fuisse in obligatione, in qua solutio diuturna fuit secuta.

Et licèt collectarum impositio, & solutio, arguunt soluentes esse de illius, cui voluntariè soluunt, iurisdictione, tamen census præstatio, etiam diuturna, veluti vaga & æquiuoca, (nisi alijs circumstantijs sit iunctum) arguit potius protectionem & recommendationem, quam regularem & totalem subiectionem. Et sic isti opusculo atque compendio, de potestate & vtilitate ærarij ac nummismatis intitulato, & Ioanni Stofflerino Astronomo ac parenti nostro dicato, finem impono faustum.

BASIS PRIMA.

TAlentum, ponderis nomen, est duplex. Atticum, quod & ipsum est duplex. Magnum, octoginta tres libras, & quatuor vncias habet, & sic sex milia denariorum Romanorum, secundùm Priscianum. Nam Siliqua primum, quod Græci κεράτιον vocaruut, hoc est, granum id, quod ex ea siliqua, quam nos fabam græcam vulgò dicimus, extraxerant, & pro pondere assumpserant. post siliquam erat obulus, qui scripulus similiter apud Græcos dicebatur: hic sex siliquas continebat. Drachma deinde post scripulum erat, quæ ex decem & octo siliquis, hoc est, tribus scripulis constare dicebatur, post drachmam, argenteus habebatur nummus, qui denarius apud Romanos vocabatur, hic ex quatuor scripulis, hoc est, drachma & tertia parte confectus erat, post hunc vncia dicebatur, hæc ex octo drachmis siue sex denarijs constabat. post vnciam libra Italica erat, quæ ex duodecim vncijs fiebat, hoc est, denarijs septuaginta duobus, & drachmis nonaginta sex. Eadem apud Italos appellatur As. Libram enim dicunt assem duodecim vnciarum. Quam propriè libra instrumentum sit, quo res cum lancibus pōderantur, secundùm Ciceronem: & apud Græcos dicebatur Mna: quam nos minam, per vnius, i, interpositionem traducimus, quæ tamen maior erat libra, vt potè triginta trium denariorum. Itaque Atticum talentum magnum, octoginta trium librarum, & quatuor vnciarum erat. Terentius itaque ait: Si quis dare talentum

lentum magnum. Talentum autem parvum, libras habebat (teste Dardano) sexaginta, id est, viginti quatuor sestertia, quæ sexaginta libras habent, & sic sestertium duas continet libras & mediam, id est, dipondium & semissem. Nam dipondius, à duobus ponderibus, & semis, quando ad duo pondera fit tertius, & sic sestertius, seu sesterrium dicitur: Atque dupondius, seu dipondium: Assipondium, id est, pondus vnum. Deinde à numero, à tribus assibus, tressis: à decem, decussis, vicessis, tricessis, nonnussis, vsque ad centussis: & sic denarius pro decem libris placuit. Quinarius pro quinque. Sestertium, pro dipondio & semisse. Scrupulum valebat sestertijs vicenis, quod faciebat in libras, ita est sestertÿ, qui tunc erat sestertias nongentos, post hoc placuit ex auri libris quadraginta milia signari. Talentum euboicum in modico minus erat Attico. Nam quattuor milium nummum Romanorum, secundum Festum post Homerum, erat.

BASIS SECVNDA.

Argentum primò est signatum anno vrbis 585. Q. Fabio consule, quinque annis ante primum bellum punicum. Libræ autem pondus æris imminutum, primo bello punico fuit, quum impensis Respublica non sufficeret, institutumque vt asses sextantis pondere significaretur. Sic quinta parte lucrifacta omne æs alienum dissolutum fuit. Nota autem æris fuit, ex altera parte Iateris, gemini, ex altera, rostrum nauis. Nam quia Saturnum classe deuectum hospitio Ianus acceperat, & ab illo peritiam ruris edoctus, feram illam ac rudem ante fruges cognitas vitam in melius redegerat: regni eum socium fecit: & quoniam naui fuerat aduectus, in signando ære, ex vna quidem parte, sui capitis effigiem, ex altera, nauis rostrum impressit, vt quantum in eo esset, Saturni memoriæ consuleret, & accepti ab eo beneficij haud immemor esse videretur. hanc signandi consuetudinem Seruius rex, qui inter reges primus post vrbem conditam signare æs cœpit, rursus introduxit: propter quod in aleę lusu diu post ea tempora, pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauim, exclamare consueuerunt. Triens, & quadrans, ex ære erant. Quadrans anteà triuncis dicebatur, à tribus vncijs. Posteà Annibale vrbem infestante, dum Q. Fabius maximus dictator esset, facti sunt asses vnciales, & denarius sexdecim assibus permutatus est: Quinarius octonis: Sestertium quaternis. sic Respub. dimidium lucrata est. In militari tãtùm dipendio semper denarius pro decem assibus datus est. Nota argenti, bigæ ac quadrigæ fuere: & inde bigati, & quadrigati nummi, appellati sunt. Post hæc, lege Papiria, semunciales asses facti: & Drusus in tribunatu plebis, octauam partem æris argento miscuit. Victoriatus lege Clodia percussus est, ita dictus à signo victoriæ, quo erat insculptus.

BASIS TERTIA.

Avreus nummus sexagesimosecundo anno post argentum percussus est, & nummis aureis consulum primò, deinde Imperatorum capita imprimi cœperunt, & ab his sæpè nomina acceperunt. As propriè iurisconsulti diffiniunt omnem quantitatem, & omne corpus, duodecim vncias continens. Sextans, sexta pars assis, hoc est, duæ vnciæ. Quadrans, quarta pars assis, hoc est, tres vnciæ. Triens, tertia pars assis, hoc est, quatuor vnciæ. Quincunx, quinque vnciæ. Semis, vnciæ sex, quasi semis, id est, dimidium assis seu librę. Septunx, 7. vncię. Bes, & olim des, 8. vnciæ: quàm sibis vel binus triens, seu dempto triente assis. Dodrans, 9. vnciæ, quasi dempto quadrante ex asse. Dextans, 10. vnciæ, quasi dempto sextante ex asse. Deunx, 11. vnciæ, quasi vna vncia dempto ex asse. As verò vel libra, est assis pars 12. idem vncia vna. Semiuncia est pars vnciæ dimidia: Sescunx vel sescun-

cia,est vncia & dimidia. Sicut Semodius, est modius vnus & dimidiatus: & Selibra, est libra & dimidia. Semiuncia itaque, est semis vnciæ. Duæ sextulæ sunt tertia pars vnciæ, id est, scripuli octo. Silicus scripuli 6. Sextula, scripuli 4. dimidia sextula, scripuli duo. Rursus, sextula, & dimidium sextulæ, silicus appellatur. Scripulus siliquæ, 6. de his aliàs, post Varro. & Tortel. latius scripsi in §. hæreditas. per textum gloss. & Doct. ibi. Instit. de hæredib. instit. Vbi etiam notatur per gloss. & Docto. quòd as, pondo, & libra, idem significant, not. in l. etiam aureos. ff. de verb. significat. l. seruum. §. hæreditas. ff. de hæred. instit. Bald. & Doct. in l. final. C. eod. Vncia habet 24. scripulos, & 8. drachmas, per l. 1. C. de metal. lib. 11. & sic scripulus, est vicesimaquarta pars vnciæ. Tres scripuli faciunt drachmam, & octo drachmæ faciunt vnciam. Barto. & Doct. in d. l. 1. C. de metal. libr. 11. Solidi, idem sunt, quod aurei: quorum 72. faciunt libram auri, per l. libertus. & l. in eum. & l. fina. ff. de in ius vocan. §. fina. Instit. de pœ. teme. litig. vt not. in l. quicunque. C. de seru. fugit. & l. 1. C. de vet. numis. po. lib. 11. & in l. quotiens. C. de suscept. & arch. lib. 10. per Panormit. Felin. & Doct. in c. conquerente. de offic. ordin. & in c. conquerente. de Cler. non residen. Alexand. in d. l. fina. de in ius voc. & in consil. 4. primæ partis, per l. etiam aureos. ff. de verbor. signific. Et dicit Panormit. in d. c. conquerente. de offic. ord. quòd aurei nummi, siue solidi, secundùm illam æstimationem debentur: tamen consuetudo fit in oppositum. hodiè verò isti aurei, qui sunt in su vsu Italiæ, constituunt libram ex 96. Felin. autem, 86. ducatos Venetos vel florenos, dicit constituere auri libram.

Corollarium primum.

INfertur, quòd vbi fit mentio de solidis, intelligitur de illis, quorum 72. faciunt libram auri. Bald. & Paul. l. fina. C. communia de leg. & ideo, l. penu. C. de dona. prohibens donationem vltra 500. solidos, hodiè valet donando vsque ad 800. aureos. Angel. in l. sancimus. C. de donat. Alexan. d. consi. 4.

Corollarium secundum.

QVòd vbi fit mentio de solido in iure, intelligitur de aureo, & sic magno solido. secundùm Salicet. post Bal. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. per glo. & Doct. in l. 2. C. de spon. Io. Andr. de instr. edi. §. porrò. per gloss. 2. & Doct. in c. 2. de maled.

Corollarium tertium.

VBi in statuto, vel ab homine, fit mẽtio de solido, accipitur de paruo, videlicet monetæ minutæ, secundùm Pau. & Doct. in d. l. fin. C. communia de leg. Ana. & Doct. in c. 1. de inde. per glo. ver. solidos. & Doct. in §. nos autem. Instit. de Attilia. tut. glo. & Doct. in §. fi. Instit. de pœ. tem. litig. & glo. ac Alex. in d. l. fi. ff. de in ius vo. Feli. in c. conquerẽte. de off. ord.

EPITOME PRIMI CAPITIS.

Quis habeat ius monetandi de iure communi.

CAPVT PRIMVM PARTIS PRIORIS.

Periphrasis prima hypothecalis.



RO resolutione atque euidentia materiæ est sciendum primò, quòd regulariter nemo præter supremum Principem potest facere cudi monetam, Eò, quia cudere monetam, est de iure regalium, pertinens de iure communi ad solum Papam & Imperatorem, per textum in l. 2. §. denique, cùm ærarium. ff. de origine iuris, l. 2. C. de fals. mone. & c. vnico, quæ sint regalia. Ratio, quia habere ærarium est vnum in signum specialis prerogatiuæ, Principi reseruatum, per l. probatorias. C. de apparito. iud. & approba. eorũ, & ibi not. lib. 2.

Addidit Matth. Boyss D.V.I.

Ius cudendi monetam nulli competit, nisi Imperatori, §. monetæ, titu. quæ sint regalia, & ibi latè Matthæus de Afflict.

2 Priuatum † tamen vel priuilegio, vel consuetudine ius illud acquirere posse, tradidit Minsing. latè Obs. 24. cent. 4. Guido Papæ decis. 498. Boss. in criminal ib. tit. de monet. nu. 1.

3 Quanto † tempore præscribantur ea, quæ sunt reseruata supremo principi, vt sunt vectigal, & ius cudēdi monetam, tradit Balb. 2. part. 5. princip. quæst. 4. de præscript.

Ius monetandi nulli priuato potest concedi:

Corollarium primum.

NVlli priuato de Iure scripto competit cudere monetam etiam legitimæ materiæ, & legitimi ponderis existentem, secundùm Hostien. Anch. Imol. Bohic. Panorm. et Doct. in c. quanto, de iureiuran. Gloss. Cyn. Bartol. Salicet. & Doct. in l. fin. C. de fal. monet. & Ias. & Docto. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Eò, quia moneta habet esse in publica forma percussa, per l. 1. in ver. nummus. ff. de contrahenda emptione, & text. in d. c. quanto, in versicul. patris tui monetam conseruari, qua forma publica priuatus sine pœna falsi non potest vti, l. falsis nummis, & l. qui nomine. ff. ad l. Cornel. de falsis.

Corollarium secundum.

PRiuatus cudēs monetam, incidit falsi pœnam, puniendusque est, vt falsarius, secundùm Bohic. & Doct. vbi suprà, per l. quicunque. & l. Cornelia. ff. ad l. Cornel. de fals. & l. 1. C. de falsa moneta, quòd non contingeret, si iure permittēti hoc faceret, l. Grachus. C. de adul. & c. qui peccat, 23. quæst. 4.

Nam nulli priuato, ea quæ iuris publici sunt, sine consensu Principis competunt, per l. 2. §. si quis à Principe, & §. idem ait. ff. ne quid in loc. publi. & l. quicunque. C. de fund. limitto. lib. 11.

Denique frustrà per Priuilegium impetraretur, si iure communi concederetur, l. Imperatores. ff. de priuileg. credit. & l. vnica. C. de thesau. libr. 10. Sed per Priuilegium à Principe impetratur, quòd quis cudere possit monetam, per text. Genz. in extrauag. Io. 22. incipiens prodiens, quasi ex adipe. Igitur.

Fallentia à Regula suprà dicta.

Ius monetandi ex Priuilegio, seu ex consuetudine immemorabili potest acquiri.

FAllit suprà dicta regula de Iure speciali, vtpote Priuilegio, vel consuetudine ex necessitate introducta. Vt quia Princeps non potuit vbique & sufficienter monetare, secundùm gloss. Cynum, & Doct. in l. 2. C. de fals. monet. Ideo benè potuit alteri, vt Regi, Duci, seu etiā Ciuitati populum subditum habenti non priuato ab Imperatore illud Ius ex Priuilegio, vel immemorabili consuetudine concedi, & acquiri, putà monetam cudendi. Patet primùm, quia ea, quæ competunt Principi, vt Principi, benè possunt alteri in Priuilegium concedi, per textum copiosum gloss. & Docto. in c. quòd translationem, de offic. delegat. & in l. si quisquam. ff. de diuer. & tempor. præscriptio. l. fina. C. de vectiga. instit. Secundum claret sic, quòd ea, quæ potest Princeps, etiam consuetudo potest, secundùm Cyn. in l. 1. C. de emenda. propinquo per text. & Docto. in c. super quibusdam. §. præterea, de verbor. significa. Nam licèt ius exigendi vectigal, sicut Ius cudendi monetam, sit de iure regalium, c. vnico, quæ sint regal. Et illud Ius præscripta consuetudine centenaria, seu immemorabili benè potest acquiri, secundùm Bartol. & Doct. in l. si publicanus. ff. de publicanis & vectigal. post Cynum, per plures rationes benè

benè vrgentes, in l.1.C.noua vectigal. instituí non posse. Spec.de ca.poss.& propr. §.quia verò. versicul. quod de colligentibus vectigal. Bohic. & Doct.in c.quanto. de iureiura.per Guid.Papæ, quæstio.498. per text.l.final.C.nou.vectig.institu. non poss. & text.l.in d. c. super quibusdam.§. præterea.

Corollarium tertium.

MOnetare quidam possunt ex Principis concessione, vel ex centenaria præscriptione, vt sunt vtriusque status Principes, Electores, Marchiones, aliqui Comites, Ciuitates item Imperiales Alemaniæ habent per Priuilegium, quòd possunt monetam cudi facere, vt patet de Sueuis, Rhenanis, atque Bauaris, ac Francis. Idem Dux Sabaudiæ, Barbonij, Principes Aurayce, Archiepiscopus Ebrundinens. Episcopus Lausanensis. Item & Ciuitates Italiæ aiunt se habere ex præscripta consuetudine ob hominum necessitatem inducta. Eò quòd Imperator non potuit vbique sufficienter monetare secundùm gloss. Cynum, Salicet. & Docto. in l. final. C. de falsa moneta.

Quid sit libra auri, argenti, & æris.
CAP. II.

Corollarium primum.

PR o euidentia præmittendum est, idem esse Solidum & Aureum, quorum 72. libram auri faciunt, secundum Ioan.de Plat. & Docto.C.de vete.numisma.pot.libr.11. Cùm autem 72. solidi constituant libram auri, sequitur quòd sex Solidi aurei floreni siue Ducati Imperiales, seu legales, constituunt vnciam. Itaque vnus Aureus legalis, est sexta pars vnius de 12. vncijs, quæ 12.faciunt libram auri, secundum Ioan.de Plat.in d.l.quotiens.

Addidit Matth. Boß D. V. I.

Vide quid sit aureus, quid solidus. Couarruuiam in collatione veterum numismatum, cap.3.§.2. Non me latet. Boetium decis.327. per totum. Ponuntur autem pro eodem. ita vt solidus aureum denotet atque significet. Olim septuaginta duo aurei vel solidi constituebãt libram auri, hodiè peiores aurei cuduntur, & nunc aurei conficiunt libram, quales per Germaniam habemus, vulgò Goltgülden dicuntur.

Existimat autem Alciatus in l. hæc enunciatio, de verbo.signifi. quòd hodierni aurei hodiè in quaque regione currentes & vsuales sint substituti in locum veterum aureorum. Ita vt quis hodiè secundum eos ex legibus & statutis sit puniendus vel honorandus, prout res postulauerit. Quod annotauit quoque Ioannes Sichardus in l.4. quicunque. C. de seruis fugitiuis. Vide Franciscum Viuium in commun.opinionibus, in verbo, aureus, lib.1. Solidus dictus fuit, quasi solidus & integer, nullaque parte diminutus: iusto et integro pondere percussus. Brecheus in l. etiam nummos, de verbor.signific. Sichardus dicto loco.

Corollarium secundum.

INde elicitur secundùm Guido. Papæ, quęstio.492.quòd donatio absque insinuatione vltra quingentos solidos, id est, aureos, facta est ipso iure nulla, intelligitur de illis legalibus aureis, per text. & Cyn. in l. si quis pro redemptione in princip.C.de dona.

Corollarium tertium.

ITaque intelligitur, quòd simplex defensor ciuitatis non possit iudicare vltrà, siue supra trecentos solidos, l. 2. C.metalla, libr.10. & in Authen.de defensore ciuitat.§.& iudicare, vbi per Bartol. & Ange.

Libra argenti appellatur quinque aurei seu solidi, secundùm Guido. vbi suprà

per

per text. in l. si clericus. C. de episc. aud. & in l. 1. C. de argent. precio quod thesau. infer. lib. 10.

Tamen vbi ab homine essent prolati aurei vel solidi, intelliguntur de solidis minutis, & sic de libris secundùm consuetudinem & vsum loquendi regionis, secundùm Barto. Ioan. de Plat. & Doct. in d. l. qnotiens. per l. Imperatores, ad fin. ff. de contrahen. empt. l. numis. ff. de legat. 3. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. cum concor.

Corollarium primum.

SIc etiam numisma, aureus, solidus, numus, & denarius, hodiè variantur secundùm pondus & vsum regionum, vt secundùm pondus 96. solidi constituunt libram aurei. Vel hodiè aurei Florentini, Bononienses, Senenses, & similes, octo constituunt vnciam, & sic 97. in massa faciunt libram auri, secundùm gloss. Barto. Ioan. de Plat. & Lucam de Penna. in d. l. quotiens.

Corollarium alterum.

INde est, quòd huiusmodi vnus aureus valet decem libras æris, per l. 1. C. de collat. æris, & 10. aurei valent vnam libram argenti, secundùm Pla. vbi supr. per l. vnicam. C. de argenti precio, quod thesau. infert. lib. 10.

Cur dicta sit moneta, & qui sint monetarij, & quæ moneta sit falsa, adulterina, rasa, tincta.

CAP. III.

MOneta in proposito casu dicitur, quia monet, ne qua fraus in metallo, pondere, vel forma, committatnr.

Vnde monetarij sunt, qui Principis monetam cudunt, secundùm glo. Rubr. Ioan. de Plat. & Lucam de Penna per text. l. monetarios. C. de muri leg. libr. 10. Et primus qui monetam fabrifecit, fuit Chare, optimus faber, pater Abrahæ, ad petitionem Nini Regis Niniuæ, filij Beli, secundùm Alber. in reperto. & Guid. Papa in quæstio. 497. ad fin. Inde est, quod dicitur Genes. 23. ad fi. Abraham appendit pecuniam probatæ monetæ publicæ. Vnde originaliter processit, quod moneta Imperatoris atq; regum Romanorum esset aurea & magni precij, vt dixit glos. l. 2. C. de fal. mo. Et ibidem dicitur quod qui eam falsat, punitur, & quando fit ab eo, qui non habet potestatem, exuritur. Aliàs dicitur adulterina, secundum Bar. ibidem, vt qui eam radit, vel tingit, id est, cooperit auro vel argento, vt tota aurea vel argentea videatur. Si est liber, ad bestias condemnatur: Si seruus, vltimo supplicio afficitur. Io. de Pla. in d. l. monetarios circa medium l. quicunq;, ff. de falsis.

Et illa antiqua moneta Imperatoris, appellatur numisma, in qua eius imago est sculpta. dicitur enim numisma inscriptio facta in nnmo, vt videtur Matth. 22. Ostendite mihi numisma census, id est, numum, qui pro capitis censu datur, secundum Pla. & Pennam in d. glos. rub. C. de vete. numisma. po. Sic in sco. histo. exponitur, & per Chrysos. dicitur, numisma Cæsaris aurum est, numisma Dei homo est. In solidis Cæsar videtur, in hominibus Deus agnoscitur. Isido. ety. 16. ait: Numisma est solidus aureus, vel argenteus, vel æreus, ideò sic dictus, quia Principis nominibus effigieq; signatur, per l. numismatum, ff. de vsu fruct. vbi glos. & Doct. Numi autem à Numa rege sunt dicti, qui eos primus apud Latinos imaginibus notauit, & titulum nominis inscripsit. Saturnus tamen secundum Eutropi. in princ. histo. æreos numos primus instituit.

Denarius verò inde est dictus, quòd decem valet numos vsuales, secundum Lucam de Pen. prout in sco. histor. exponitur illud Euangelij: Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt vniuersus describeretur mundus, &c. Fa. no. in l. 1. ff. de contrahend. empt. in l. quintus, §. si autem, ff. de aur.

de aur.& arg.leg.& per glo.Host.& Doct. in c.quanto. de iureiur.

Corollarium primum.

EX iam dictis infertur primò, quòd nulli alij licet facere monetam auream cudi,nisi Principi, per l.fin.C. de fals.monet. Et hoc de iure communi. Hodiè tamen de iure speciali ex concessione Imperatorum, qui multis Regibus & ciuitatibus concesserunt.Et etiam vsurpatione iurisdictionis. Cùm Imperium sit scissum, cuditur in multis locis moneta aurea,argentea, & ærea, secundùm Ioan. de Plat.in d.gloss. Rub.de vete.numis.pote.per glo.& Doct.in l.3.C.de fal.mone.

Corollarium secundum.

SEcundò elicitur, quòd in numismate exiguntur tria ista, videlicet metallũ, pondus, & forma, quorum si aliquid defuerit,non est vnum numisma, ideo materia,forma, & pondus, diuersificant numos, secundùm Lucam de Pen.etiam in d. gloss.Rubric.C.de vete.numis.po.lib.11.

Trifariè reprobatur moneta.

Corollarium tertium.

TErtiò elicitur, quòd moneta tribus modis soleat reprobari,videlicet ex materia, vtpote est tincta, non tota aurea vel argentea: vt consueuit & esse deberet. Sed ex materia adulterina est.

Ex pondere, vtputà est diminuta,legitimo pondere defraudata, vel etiam forma debita priuata.

Ex cursu,vt quia nõ recipitur,nec currit, vt consueuit, & sic est iniusta secundùm Innocen.Hostien.Ioan.Andr.Panor. & Doct.in c.quanto.de iureiur.

Cautela contrahentium consueta.

Inde est, quòd creditores hodiè consueuerunt sibi prouidere, faciendo apponi in instrumento mutui, quòd sibi reddatur pecunia eiusdem materię,eiusdem valoris,& ponderis, atque in eodem cursu, secundùm Hostien.& Panor. in d.c.quanto. Alens.lib.3.de solut.artic.8.quæst.63. qualis. Eò quia ista exiguntur ad eius bonitatem & vtilitatem, videlicet iustitia ponderis & materiæ, & auctoritas formæ atque cursus,seu valor monetæ. Bartol.in l.qui falsam.ff.de falsis, & Bald.in Rubri. C.de contrahen.empt.

Cuius expensis debeat moneta cudi, & an lucrum ex ea valeat haberi.

CAP. IIII.

QVoniam moneta debet esse tanti valoris in forma, quanti erat in materia seu massa. Conuenit illam expensis fieri cudentis, putà regis vel communitatis,secundùm vnam opinionem de iuris rigore, vt not. per gloss. in l.1.ff. de contrahen.empt.Imol.in l.Paulus.l.creditor,& l.procurator.ff.de solut.Barto.in l. qui falsam.ff.de fal.

Veruntamen secundùm alteram Innocen.& Hostien.opinionem, quæ seruatur de consuetudine,Rex seuRespublica propter iurisdictionem & auctoritatem, quã habet, quia eius personam, characterem & auctoritatem dicta moneta recipit aliquantulum, sed non multum minoris valoris, quàm sit metallum, etiam deductis expensis cudendi, vtpote fabrorum & officialium domus monetæ, ipsam monetam fieri faciat, vt modicum, sed non multum sentiat inde lucrum, secundùm Innocen. Hostien.Ioan.Bohic.Panorm.Phil.& Docto.in c. quanto. Franc.de Curt.in l.ij.§.1. & in l.cùm quid.ff.si cert.peta. Io.de Ana. & Mod.in c.postulasti.de iud.in c.2.de maledi.in c.quàm graui,& c.ad falsariorum, de crim.fals. Bart.in Rubr.C.de contrah. empt.

Hinc infertur seu elicitur, quòd duplex

plex sit bonitas monetæ. Vna intrinseca consistens in materia, pondere, & charactere. Altera extrinseca consistens in valore & æstimatione, pro qua expenditur de consuetudine, secundùm Bartol. in d.l. quicunque, per l. 1. ff. de contrahen. empt. l. 1. & fi. c. de vete. numis. pot. libr. 11. Fa. c. eijciens. 83. distin.

Addidit Matth. Boiß D. V. I.

Adde, publicis expensis numismata esse cudenda, ita vt princeps aliquid lucri seruet pro ratione expensarum, prout tradidit nuncupatus Didacus Couarru. infrà c. de mutatione monetæ, cap. 7. in collatione veterum numismatum.

An moneta ad libitum queat mutari.

CAP. V.

Rex seu Respublica non potest absque populi consensu, sed cum consensu benè valentem monetam mutare. Eò quia id est negotium regni seu communitatis, ideo exigitur consensus saltem maioris partis magnatum regni, atque communitatis, per textum Innoc. & Docto. in c. quanto. de iureiur. Lucam de Penna in rubric. C. de veter. numisma. pote. lib. 11. l. quòd maior. ff. ad municipal. l. 1. §. fin autem. C. de iur. calum. Nam vnicuiqne licitum est his, quæ pro se introducta sunt, renunciare, l. si quis in conscribendo. C. de pact. & c. quàm periculosum, 7. quæstio. prima. Aliqui volunt, quòd singulorum requiratur consensus, nisi alleniarentur in angarijs. Secùs ergo in alijs non subditis, quibus huiusmodi mutatio, vel minoratio non præiudicat. Innocen. & Panormit. in d. c. quanto. de iureiur.

Addidit Matth. Boiß D. V. I.

An princeps possit mutare pecuniæ valorem. infra Couarruuiam, d. c. de mutatione monetæ, circa finem. Potest autem ratione publicæ vtilitatis, tempore belli, vel si aliàs populo vtile sit futurú, ita etiam, vt ex corio fieri possit, quo casu cessante bello mercatoribus, qui res suas vendiderunt huiusmodi vili pecunia, Princeps resarcire tenetur damnum. De quo latius agit Andr. de Isernia, & Afflict. in §. monetæ, de regalijs seu feudis.

Princeps etiam posset iubere, vt moneta aliquando deferatur ad suum ærarium, vel fiscalem, ita tamen, vt restituat iustum precium. Quoties enim Princeps res priuatorum aufert ratione publicæ vtilitatis, semper debet iustum refundere precium, Costal. in Litem si verberatum, 15. de rei vendicat. Decius in l. id quod nostrum est. Schurff. consi. 55 cent. 5. Egregiè Potius in commun. opin. libr. 5. conclu. 15. 16. 17. magis egregiè doctissimus Arius Pinel. in l. 2. C. de rescindenda venditione, mox ab initio Præses Mechlin. in loco à plenitu. potestatis. Hippolit. singul. 634. quam quæstionem latissimè examinaui, atque explicui in actu meæ licentiæ, anno 71. in Augusto, die 27. Coloniæ Agrippinæ.

Quòd moneta intelligatur de aurea & argentea.

CAP. VI.

Sciendum est, quòd appellatione monetæ intelligatur moneta aurea & argentea, secundùm Guido. Papæ, quæstio. 492. per gloss. versi. numos, & gloss. versi. pecuniæ, & ibi Docto. in l. 2. C. de fals. monet. Nam appellatione pecuniæ, continetur aurum & argentum, per l. pecuniæ, 2. & 3. ff. de verb. signifi. Probatur etiam ex generalitate Rub. C. de fal. mone. sub quam ponuntur leges loquentes, tam de auri, quàm argenti moneta, vt in l. 1. & 2. Eò quia appellatione pecuniȩ venit largè totum patrimonium, & quicquid homines habent in terra, per tex. & Bar. in l. cogi. in princ. ff. ad Trebell. & in l. talis. in princ. ff. de lega. 1. Vbi dicitur, quòd quando verbum, pecunia, à testatore profertur, omnia quæ in numero, pondere, vel

mensura consistunt, comprehenduntur. Nam qui pecuniam habet, facilè omnia habet. Bal. & doct. in l. 1. C. de constit. pec.

Addidit Matth. Boiß D. V. I.

Omnis res in pecuniam, & rursus omnis pecunia in res alias omnes conuerti potest. Imperator in l. si receptitia, C. de constituta pecunia, l. si ita fideiussorem. Et Bald. in l. si Titius, C. de operis libertorum. Pecunia (inquit) est vita hominis. Et Aristoteles ait, pecunia est fideiussor futuræ necessitatis quod refert Petrus Girhardi nota. 23. sic Petronius arbiter relatus à Catelliano Cotta in verbo pecunia.

Quisquis habet numos, secura nauiget aura,
Fortunamq́; suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipsumq́; licebit
Acrisium iubeat credere quod Danaen.
Carmina cōponat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat causas, sitq́; Catone prior.
Iurisconsultus paret, non paret, habeto
Atque esto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor, quiduis numis præsentibus opta,
Et veniet, clausum possidet arca Iouem.

Omnia pecuniæ obediunt. Ecclesiast. 10. Vnde Horati. pecuniam reginā appellat. Et sic omnis res, & omne commodum æstimabile, intelligitur appellatione pecuniæ à pecoribus dictæ. Eo quòd quicquid antiqui habeant, in pecoribus consistebat. Bart. & Docto. in l. 1. §. an potest, ff. de constitut. pe. & in l. quisquis, ff. de leg. 3. Alexand. in l. singularia, per l. 2. §. item mutuum, ff. si cer. pet. & l. 1. C. de constit. pecu. per text. Arch. & doctores, in cap. quicquid, & in ca. sunt nonnulli, 1. q. 1. & text. in cap. totum, 1. q. 3. Text. Gloss. Card. & Doctor. in Cle. 2. §. 1. de hære.

Ad de pecunia non solum numeratam pecuniam & numos in numerato complectitur, sed etiam omnia corpora, res mobiles & immobiles, iura & actiones. Hermogenianus in l. pecuniæ nomine, & Vlpianus in l. penul. verbum. de verborum significat. Quocirca si quis aliquid roget restitui, aut leget bona sua, non dubium est quin pecuniam omnem, quæ in bonis sit, putauerit atq; legauerit, è contra si quis leget omnem suam pecuniam, censebitur vniuersam rem suam legasse, vel omnia sua, est enim generalis pecuniæ appellatio, l. Nam quòd ius publicum, ad fin. ad. S. C. Trebellian. l. Balista eod. tit.

Vt ergo Iurisconsulti: Sic Græci verbo χρημάτων significant tam immobilia, quàm mobilia χρήματα enim sunt, οὐσία. κτήματα. βοσκήματα, census, facultates, opes, bona, fortunæ, τὰ ὑπάρχοντα τὰ ὄντα, παρὰ τὸ χρῆσθαι αὐτοῖς, vt docet Xenoph. in princip. œcon. Ratio autem, cur pecuniæ appellatione res omnes & corpora contineantur, ea esse potest, quòd veteres ante percussos numos huiusmodi res in commercijs per vsum permutationis commutarēt, cui permutationi deinde successit emptio & venditio, & pecuniarum vsus esse cœpit, quæ quia pecudum nota signarentur, pecuniæ dictæ sunt, & Plinius pecuniam à pecore dictam tradit lib. 18. quæ omnia ex doctissimi viri Ioannis Brechei doctissimis commentarijs, in titul. de verbor. significatio. didici, cùm eum titu. Coloniæ publicè exercēdi studij gratia, anno 71. ab initio meæ promotionis prælegerem.

Sed secundùm communem vsum loquendi regionis, nominatione pecuniæ accipitur propriè & strictè de numis. Barto. Doct. in d. l. §. an potest, per text. in l. 1. & l. sed & si. §. pecuniæ. ff. ad Macedo. c. putant quidam, 14. quæst. 3. & sic strictè accipitur in rescriptis secundùm Innocen. & Doct. in c. sedes de re. Et sic rei appellatio latior est, quàm pecuniæ, l. rei, & l. nominis. ff. de verb. signifi. Vbi dicitur, quòd appellatione pecuniæ significatur res, quæ est in patrimonio, ergo non res sacra, vel liber homo, & tamen dicitur res. Non autem appellatione pecuniæ venit cessio nominis debitoris, gloss. in l. legaui. ad fin. ff. de lib. leg. Neque venit pecunia falsa, vel reprobata, secundùm Bart. in l. quamuis. ff. de aur. & arg. lega. & Alexand. in l.

eleganter,§.qui reprobos,ff.de pign.acti. Neque includitur pecunia signata in sacculo,vel arca, sed tantum pecunia numerata,Bart.& Doct.in l.nam quid.§.fin.ff.ad Trebel.& l.pecuniæ,de verb. signif.

Corollarium primum.

INfertur quod hodiè in contractu, vel etiam testamento rustici appellatione possessionum non venit pecunia, licèt etiam possideatur,nisi de consuetudine loquenti contrarium probetur,Bart. & Doctor.in l.vxorem,§.legauerat,ff.de leg. in 3.Cyn.Bald.& Doctores in l.fin.C.de compensat.

Pecunia mobilis aliquãdo inter immobiles res refertur.

Corollarium secundum.

ELicitur, quòd pecunia propriè est res mobilis, quæ seruando seruari non potest, quo ad fructum secundùm vsum,ad quem est destinata,licèt benè quo ad oculum seruetur,glo. Bart.Alexand.& Doct.in l.interdum, ff. de condit. indebit.Bart.in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel.Bald.& Doct.in l.3.ff.ad Maced. Alexand.in l.singularia,per l. non omnis,§. 1.ff.si cert.peta.l.2. ff. de vsufruct.ea.rer.& Institu.de vsufruct.§.constituitur, etiamsi sit redacta ex re immobili.Bald.in l.ea demum.C.de collatio. Nisi esset destinata in in emptionem prædiorum, quæ non posset alienari à tutore absque decreto iudicis,licèt aliàs regulariter alienari, ac delegari possit pecunia absque decreto iudicis.Ex quo est res mobilis.Rayn.Bald.Angel.& Doct.in l.cætera,§. sed si parauerit, ff.de leg.1.Bart.in l.potest,ff.de aucto.tut. per text.& Roman.in l.quid ergo, §. quid ergo,ff.de contrario iur.tute.per gloss. & Doct. in d.§.fuit quæsitum, ff.ad Trebelli. Panorm.in c.nulli, de rebus ecclesi.non alienan.& Ioan.de Ana.& Felin. in c. licet Heli.de simon.

Addidit Matth. Boiß D.V.I.

Adde,pecunia inter mobiles refertur:itaque eam minor tutor aut prælatus alienare potest sine decreto.Estque res, quæ seruando seruari nequit, glo.in l.1.§.fuit quæsitum ad Trebellianum, Canonistæ in c. nulli,de rebus eccles.non alien.vide Corsetum in sing.in verbo,pecunia,Tyraquellum de retract.§.1.gloss.7.num.106. Arium meum Pinellum in l.1.part.2.nu.43.de bonis maternis. Vbi contra communem opinionem statuit.

Pecunia an referatur inter mobilia an verò inter immobilia, quoties destinata est ad executionem prædiorum immobilium controuersissima est quæstio inter immobilia referri 14.Doctorum refert nomina, & inter mobilia censeri refert 25. Doctores. Diligentissimus D. Boerius in sua decisio. 209. vbi communiorem tenet sententiam horum posteriorum,& reprehendit ibidem iuuenem quendam Iurisconsultum,qui temerè Iasonem reprehendisset,& contrarium statuisset. Vide latissimè hanc quæstionem apud Arium meum Pinellum de bonis maternis d.loco.Et Tyraquellum plures pro more suo citantem de retractu,§.1.gloss.7.num.10.§.& sequentibus.

Postremò in cõflictu Doctorum distinctio adhiberi potest, talis: vt si fuerit deposita pecunia paruæ summæ, iam loco mobilium censeatur, sin verò magna sit summa, vt eo casu immobilium loco habeatur,quam distinctionem posuit Nicolaus Pign.in singu.104.Ludouici Romani, quæ vide.

Corollarium tertium.

EX iam dictis innuitur, quòd pecuniæ mutua si extat,& non sit consumpta, neque alienata, vt discerni non possit,commixta,tunc illa pupillis est reddẽda, & eam esse consumptam probare debet debitor,qui eam accepit, & non qui mutauit,secundùm Bald.Salic.Rom.Paul. & Alexand.contra Iacob. Butrig.& Albe.

in l.non omnis,§.si pupillis, ff.si cert. pet. Et si pecunia non soluatur, vt debita est, interesse peti potest, secundùm Speculat. de fruct. & interesse, §.5. in princ. & ibi in addit. Et extenditur procedere in foro vtroque, etiam Canonico, videlicet quod licitum est creditori vltra sortem petere interesse, non solùm damni emergentis, sed etiam lucri cessantis, secundùm Anto. de Butr. Panor. & Doc. in c. conquestus, de vsur. & Panor. in c. per vestras, de dot. post diuor. resti. fa. no. in c. fin. de vsur.

Addidit Matth. Boiß D.V.I.

Adde, creditor interesse potest petere propter moram, & haberi debet ratio lucri etiam cessantis à die moræ commissæ. Nam in iustis negotiationibus lucrū cessans vicinius est damno emergenti, quàm lucro, & hæc sententia vtroque iure probatur. Didacus Couarruuias cap. 4. libr. 3. vari. resolut. num. 1. & 2. Plotus in l. si quando, C. vnde. nume. 469. Crauetta consi. 189. nume. 7. & innumeros allegat Octauianus Cachera. decis. 143. Neuizanus cons. 77. Molinæus Parisiensis de vsuris, num. 28. & sequentib.

Quod quilibet debeat impedire, ne falsa cudatur moneta.

CAPVT VII.

QVisquis non prohibet cudi falsam monetam, dum prohibere potest, tenetur pœna falsi, per l. legē Cornelia. 2. re. ff. de fals. & l. 1. C. de fals. monet. Neque distinguitur, an id possit ratione officij, vel non, per d. l. 1. in prin. & §. actore. Ergo fortius puniendus est, qui nō prohibet, qui impedire posset, ne suus proximus offendatur. Personæ quippè hominū sunt rebus cæteris digniores, ideò præferendæ, l. sancimus. C. de sacros. Eccles. & c. præcipimus. 12. quæst. 2. Et omnia gratia hominum sunt inducta, l. in pecudum, ff. de vsufruct. Salus enim hominum æstimari non potest, l. penult. §. fin. ff. de dona. Vnde Cicero 1. Officiorum, inquit: Qui non defendit, nec obsistit iniuriæ, si potest, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Et subdit, quòd tales magis delinquunt, quàm iniuriam inferētes, qui interdum ex iustitiæ ratione mouentur. Facit l. 1. §. fi. cùm ibi no. ff. de mor. infe. refert, & sequitur Lucas de Pen. Inn. l. 1. in 18. q. C. de pub. let. lib. 12.

Addidit Matth. Boiß D. V. I.

Ad hoc caput pertinet quod conscius huius criminis, & qui non denunciat principi, puniatur eadē pœna, idq; ea proculdubio ratione, quòd pertineat ad publicā vtilitatem, quam quisque promouere debet, de quo vide elegantissimum caput 355. Menochij viri diligentissimi, in tractat. de Arbitrarijs Iudic. vbi catenatim explicat, quorum criminum conscij, cum auctorib⁹ puniantur.

Huc pertinet regula iuris, qua dicitur quòd culpa non careat, qui scit & prohibere potest. Vbi tradunt cōmuniter, quòd is teneatur de delicto, qui nō prohibet aut auertit, cum sine suo incommodo possit, per c. quantum, de sentent. excommunicatio.

Quatenus reuelare quis delictum teneatur, vide Panorm. in c. 1. de restitu. spoliat. Roman. sing. 794.

Multa specialia esse in falsa moneta.

CAPVT VIII.

IN crimine falsæ monetæ primum hoc est singulare, quòd quilibet potest & tenetur accusare falsarium.

Secundum, accusator succumbens, nō punitur, vt calumniator.

Tertium, quòd quilibet propria auctoritate falsarium monetę capere potest. Specu. de accusato. §. 1. vers. hoc tamen.

Quartum, quòd eximens falsarium captum à manibus iustitiæ, punitur capitaliter.

Quintum, quòd falsarius monetæ condemnatus non appellat, Speculat. de appella-

pellatio.§.1.versicul.19.

Sextum,quòd is,in cuius domo falsa moneta cuditur,etiamsi ignoret,punitur, per text.gloss.& Doct.in c. quanto, de iureiurand. Vbi sta pœna non minoratur, ideò etiam in foro Ecclesiastico ei statur, nisi esset ignorantia probabilis, vtpotè erat absens à Ciuitate,vel prouincia,secundùm Philip.de Franc. in d. c. quanto, argument. c. cum in tua, qui matri. accusa. possunt.

Septimum est,quòd falsæ monetæ crimen admittit socium criminis ad accusandum & testificandum, secundùm Spec. de accusa.ver.item repellitur.

Octauum,adde,quod seruus nec agendo,nec respondendo, nec prouocando in iudicio stare possit,l.seruus,C.de iudicijs. Sed hoc fallit quoque si crimina sint Reipubl. allatura magnum incommodum & perniciem,qualia sunt, si quis fraudet annonam, censum vel tributum publicum, si quis falsam cudat monetam his casibus etiam dominos accusare possunt, & consequuntur per hoc libertatem,l.1.a.3.& 4. C. quibus ex causis libertatem consequatur seruus. Zasius in dicta l. seruus. C. de iudicijs.

Nonum, domus etiam confiscatur,in qua tale crimen commissum probatur,l.1. C.de falsa moneta.

Decimum, conscij & non propalantes crimen,tenentur vt auctores,ead.l.1.

Quàm multifariè committatur crimen falsæ monetæ.

CAPVT IX.

Crimen falsæ monetæ committitur primò,quando quis cudit monetam quam cudere non debuit neq; potuit,lege Cornel.de falsis. Tenetur per l.qui falsam,l.qui nomine,& l. Cornelia testamentaria,ff.ad leg.Corn.de fals. Tenetturque lege Iul.maiesta. per l.si quis numum, C.de fal.mon.Ratio, quia cudere vel formare monetam spectat ad regalia, vt est text.in c.vnico,in vers.monetæ, quæ sint rega.& l.2.§.cum deinde ærarium, ff.de orig.iur. Igitur non potest alteri competere,nisi ex Principis concessione.

Secundò fit falsa moneta(etiamsi cudatur ab eo,qui cudere possit) sed si cudit in falsa materia,vtpotè argenteos in stanno, & aureos in electro cudit, eadem pœna punitur,per l.quicunque numos,ff.ad leg. Cornel.de fal.& l.1.in prin. C.de fals.

Tertiò fit in forma falsa moneta etiam per habentem potestatem cudendi, sed non in tali forma impressione, vel signo talis monetæ, quia adulterino vtitur signo.Tenetur lege Cornel.de fals. per d.l. lege Cornelia testamentaria,ff.ad leg.Cornel.de fals.

Quartò falsatur moneta in pondere,si legitimum non habeat pondus,per tex.gl. & Doct.in l.1.C.de vet.numis.potest. libr. 11.& c.quanto, vbi per gloss. 1. & Doctor. de iureiur.

Quintò & vltimò tenetur, qui expendit scienter falsam monetam, putà numos stanneos,vel plumbeos,rasos, vel tonsos, seu ex aqua subtiliter particula auri vel argenti exhausta.(Moneta autē dicitur rasa, vbi circumcirca per longum vsum est erasa,vt quia erat argentea,iam effecta est vt æs appareat,Panorm.in d.c.quanto.) talis tenetur pœna legis Corneliæ de falsis, quæ in libro regulariter est deportatio, & omnium bonorum confiscatio, per l.1. & l.hac lege,ff.ad legem Corn.de fals.Vbi Bart.dicit,quòd si ignoranter punitur extraordinariè,argum.l.saecularij, ff. extraordi.crim.& Panor.in d.c. quanto. Dummodò expendens doceat se ab alio habuisse,licèt testes non deponant de nomine. Si aliàs honesta reputetur persona. Aliàs debent de nomine testes deponere,secundùm Ias.Butrig.& Angel.in l.maiorem,C. de fals.Aretin.in tractat.malefic.& in versicu.falsatio, versic. quæro,an ille qui expendit.Bald.consi.34. libro 5. Rapha. Cremens.cons.138.Cæpol.cons.28.& Alexand. cons.194.& in d.l.lege Cornelia. Et qualiter formetur libellus in huiusmodi crimine habetur per Speculat.de crimine fals.in princ.

Addi-

Addidit Matth. Boiß D.V.I.

Adde quoque Damhouderium in praxi criminali, cap.65. infr. qui quintifariam hoc committi tradit cum exclamatione egregia aduersus eos, qui pecunias à mercatoribus additis grosso aut altero mercantur, vt inde auehant aut rescindi faciant.

Corollarium primum.

INfertur, quòd si Princeps valentem monetam reprobet, & minus valentem acceptet, vt de reprobata bonum forum habeat, quia illam conflari & cudi faciat, & sic lucrum habeat, vtique fraudem dicitur facere. Hostien. & Panormit. vbi suprà, per l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor. actio.

Corollarium secundum.

INde elicitur, quòd extra auctoritatem publicam cudens monetam, licet bonam, tamē tenetur de falso, secundùm Alexand. & Doct. in l. singularia, ff. si certum pet. per gloss. & Doct. in l. sacrilegi, ff. ad l. Iuliam pecul. & glo. ac Doct. in c. quāto, de iureiur.

Corollarium tertium.

DEnique innuitur, quòd moneta falsatur trifariè. Primò in forma, quādo imprimitur signum, seu character illius, qui eam cudi non facit, neque commisit, per l. falsi nominis, & l. qui nomine, ff. de fals. & per d.c. quanto. Secundò ex materia metallica, videlicet quando fit de ære, vel stanno, aut non de debita liga, Bart. in l. Paulus, ff. de solu. Seu vbi immiscetur materia non debita, per l. qui nummos. & l. Cornelia. 1. ff. de fals. Tertiò ex pondere. Nam ista tria sunt de substantia monetæ, per l. 1. §. 1. ff. de contrahend. empt.

Quæ & quot sint pœnæ falsatoris monetę.

CAPVT X.

DEcimò præmitto ad euidentiam, quod falsans monetam Principis, punitur pœna legis Iuliæ maiestatis, quæ est taxata in l. si quis, C. de fal. monet. vt flammarum exustionibus mancipetur, siue aurea, siue argentea moneta Principis superiorem non cognoscentis indistinctè est ignis pœna, quicquid distinxerint glossæ & Docto. in l. final. ad fin. C. de vet. numis. potest. libr. 11. probatur per d. l. 2. cum gloss. flammarum, C. de fals. monet. Et talis peccat mortaliter, secundùm Hostiens. Ioan. Andr. Ancharan. Imol. in d.c. quanto, per text. ibi seruans falsam monetam, agit iniquè, ergo fortius falsans, per extrauag. Io. 22. prodiens ex adipe, quę excommunicat omnes in regno Franciæ. Et tenetur omne damnum illi personæ, communitati vel populo damnificato restituere. Vel si nescietur persona, tenetur saltem pauperibus erogare, secundùm Doct. vbi suprà, & Hostiens. in summa de censi. §. ex quibus, vers. quid si moneta, per c. peccatum, de reg. iur. l. 6. & arg. eorum, quæ not. in c. cum tu. de vsur.

Extenditur procedere idem in eo, qui accepit ignoranter falsam monetam, & posteà expendit scienter pro bona, quia damnum tenetur restituere, quādo est magnæ importantiæ. Secùs in exponente vsualem denarium, secundùm Ang. in sum. de falsa. versic. 4. Qui verò radit vel tingit numos, si est liber, datur bestijs: si seruus, vltimo supplicio afficitur, per l. quicunque, ff. de fals. glo. Cyn. & Doct. in l. si quis. C. de fals. monet. Bald. & Doctor. in l. fina. C. de veter. numisma. potest. libr. 11. Gloss. Ioan. Andr. & Doctor. in d. c. quanto, de iureiurand. Speculat. de crimine falsi, in princip.

Falsans autem monetam alterius, punitur mitius, vt ciuitatis punitur pœna capitis, per l. 1. C. de fals. monet. Et cum pœna capitalis sit multiplex, per l. 2. ff. de publi. iudi. & interpretatione legum pœnæ moliendæ sunt, l. interpretatione, ff. de pœnis. Intelligitur pœna non mortis naturalis,

lis, sed ciuilis, ideò potest imponi exilium, vel relegatio, interdum bonorum cō fiscatio, interdum conseruantur bona venientibus ab intestato. Quia tales sunt pœnę capitales, vbi non læditur maiestas. Hostien. & Panorm. in d. c. quanto, per gl. l. 2. ff. de pub. iudic. & Authen. bona, C. de bonis damna. Fallit si impubes hoc crimē commisit, qui taliter non punitur, secundum Spec. de dona. vers. quid si impubes fabricat falsam, &c.

Addidit Matth. Boiß V. I. D.

De pœna falsariorum monetariorum est controuersia, lex secunda C. flamma exurit ei crimini obnoxios. Lex verò prima eos punit capitali supplicio, quod de perpetuo exilio & deponatione intelligi potest, iuxta glossam in l. 1. C. ne mancipium Christianum, &c. Communiter intelligunt legem secundam loqui in falsificante monetam Principis siue Imperatoris, legem verò primam de falsificante alterius inferioris monetam. Couaruuias aliter sentit & interpretatur legem secundam in eo, qui aurea numismata Imperatoris falsificauit vel fabricauit, primam verò interpretatur locum habere in eo, qui alia numismata fecerit adulterina. Rursus Iacobus Menochius legem primam & secundam iuxtà & pariter intelligit de mortis supplicio, idque cum qualitate ignis & flammarum, licèt lex prima eam qualitatem nō addidisset. Cogita itaque super eo diligentius, ne facilè hoc vel illa pœna indignus puniatur. Menochius tradit in arbitrarijs iudicum casu. 316. libr. 2. cap. 4. Couaruuias cap. 7. de falsa moneta in collatione veterū numismatum.

Corollarium primum.

IN de elicitur, quòd falsans monetam regis, Ducis, Comitis, Baronis, vel Ciuitatis, & sic à Principe inferioris puniri potest, iure pœna capitis Ciuilis, id est, deportationis: non naturalis, id est, mortis. Bald. Sali. & Doct. 2. C. de fal. mo. Alexan. in l. eleganter, §. qui reprobos. ff. de pigno. actione, Ioan. And. & Doctor. in c. quanto, de iureiurando. Alex. cons. 104. volum. 1.

Corollarium secundum.

INfertur, quòd fabricans falsam monetam alicuius inferioris monetæ, vt potè in loco statuti punientis fabricatorem falsæ monetæ. Et si ibi non expendatur pœna statuti non punitur, secundum Alexand. sing. & ple. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pign. acti. Vbi dicit se ita vidisse obseruari in facto Ferrariæ. Eò quia istud statutum intelligitur de fabricante monetam currentem in loco statuti pœnalis. Alexand. consil. 104. quartæ partis.

Corollarium tertium.

DEnique ex supradictis innui videtur, quòd ille non dicitur falsam monetā fecisse, qui eā incipit, sed formam non impressit. Et ideò puniri non debet, tanquam delictum consumauerit, per text. & Bart. in l. qui falsam, ff. de fal. l. 3. & ibi Bald. C. de naut. feno.

Addidit Matth. Boyß D. V. I.

Adde quamuis hoc crimen falsi sit, atrocissimum, non tamen conatus punitur, si fabricantem pœnitere cœperit & re infecta discedat. In alijs tamen multis atrocissimis criminibus conatus pro effectu punitur. De quo conatu vide elegantissimam decisionem 3. Lituanicam Petri Roizij, vbi plenè persequitur, conatum & Iacobum Menochium in arbitrarijs. cap. 360. vbi plenissimè de conatu puniendo vel non puniendo agit. Punitur autem conatus etiam in falsa moneta si auctor de facto impeditus fuerit, ita vt in fugam se conuertere coactus sit, propter scientiam Principis, quod tradidit d. lo-

co Menochius, nume. 15. & Marsil. in l. qui falsam, nu. 61. & ibid. Bartolg.

Sic quoque conatus punitur in eo, qui virginis Deo consecratam conatur pudicitiam violare per text. in c. virginibus, 27. quæstio. 1. & in l. si quis non dicam rapere de Episcopis & clericis, quod extenditur verum esse, siue virgo fuerit, siue non fuerit vt tradidit Bosius in praxi criminali titu. de coitu damnato, nume. 79. Et triplex is committit delictum. Incestum, adulterium, sacrilegium. Item committit stuprum, & tam ab ecclesiastico, quàm à seculari iudice puniri potest. Imò ab vtroque simul, ita vt vnius pœna alterum non impediat, de quo vide Cachera. decisi. 130. per totum.

Sed illa l. si quis non dicam rapere, ex consuetudine generali non obseruatur amplius, sicuti aliæ leges conatum pro effectu punientes non obseruantur, de consuetudine generali totius mundi, vt probat Rebuffus in prooemio constitutio. Regiarum gloss. 5. nume. 28. per Iasonem in l. 1. §. fin. quod quisque iuris in alium, Mansuerius in titul. de pœnis, §. item per consuetudinem, Zasius in dict. l. 1. quod quisque iuris. Boerius tractatu de seditiosis. Hyppolitus in l. 1. ff. de siccarijs, numer. 118. plures vide apud Rebuffum dicto loco, & Socinum in tractatu fallenti, in verbo attentatio. De conatu scripsit Felinus tractatum, quem post eius opera inuenire potest.

De eo, qui conatus est falsam cudere monetam, an puniatur si forma nondum impressa est, vide decisionem totam, 74. Thomæ Grammatici: & Didacum Couuar. in clement. si furiosus de homicidijs part. 2. nume. 6. Et Menochium in Arbi: Iudicum casu. 316. numer. 24.

Matth. Boiss.
V. I. D.

Finis primæ partis huius libri.

PARS ALTERA LIBRI HVIVS, DE MONETAE MVTATIONE.

DVM certa esset moneta in prouincia ortæ sunt multæ obligationes magnarum quantitatũ, ex Contractibus, vltimis Voluntatibus, Constitutionibus, Legibus, Statutis, seu Sententijs, Arbitrijs seu Arbitramentis, Delictis, Depositis, Commixtis, Dotibus. Duæ aliquando erant tunc monetæ validæ, & posteà ex causa iusta (vt quia erat moneta in valore nimis diminuta) à Principe est reprobata & augmentata. Vel iniusta, vtpotè ex auaritia, vt inde assequatur lucrum, est mutata & diminuta moneta. Iam hæsitatur tempore exactionis, debitæ obligationis, cuius sit lucrum vel damnum augmentationis vel diminutionis monetæ, an creditoris vel debitoris, vnde oritur clarè.

THEOREMA PRIMVM.

Circa festum Ioannis Baptistæ, valebat aureus nummus 30. solidos monetæ vsualis, & tunc ex contractu mutui, & depositi, emptionis vel conductionis celebrato, obligabatur Titius ad centum aureos persoluendos ad festum Martini, quo tempore erat florenus variatus, vt valeat plus vel minus, quæritur in qua moneta solutio est facienda.

HYpothesis hic supponitur ista, videlicet quod monetæ siue pecuniæ validitas est bina atque bifaria. Vna intrinseca, quæ existit materia metallica, liga, & forma impressa. Et ista variata variatur, & omnis alia vocatur moneta. Et idcircò vera solutio debet, si valet, fieri in antiqua moneta, aut aliàs in eius æstimatione iusta, nempe videtur tacitè actum inter contrahẽtes, vt debitum seu mutuum debeat functionem, seu solutionem recipere, in eodem genere & eadem qualitate monetæ, per text. Bart. Francisc. de curt. & Doctor. in l. cum quid, & l. 2. ff.

si cert.

si cert.pet.per l.1.ff.de contrahend. empt. l.1.& fi.C.de vete.numism.po.li.11.c.quã- to,in versic.moneta partis tui (& vbique Docto.)de iureiur.

Altera est bonitas seu validitas pecuniæ extrinseca, vtpotè valor. Nam bonitate intrinseca manente, variatur sæpè secundum communem cursum seu vsum monetæ. Nam aureus nummus, qui appellatur florenus, qui ante aliquot annos valuit 30. solidos in cruciferis, hodiè valet duntaxat 28. solidos obulorum in ternarijs Ducatus Vuirtenbergensis, atque Marchiæ Badensis. Et ista variatio monetæ non aduertitur seu inspicitur, nisi à tempore moræ, per text. Bart. & Doctor. in l. Paulus. ff. de solut. & in d. l. cùm quid, per l. vinum, ff. si cer. pe. c. olim, & c. cum Canonicis de censi. & Clem. fin. & ibi Gloss. Card. Panor. & Docto. de decimis, Petr. & Cyn. in l. in minorum, C. in quibus, c. in integ. resti. non est. necess.

PRIMA conclusio assertiua est. Quòd si quando debitor nullam fraudem habuit, conscientiam, vel culpam reprobationis, vel mutationis monetæ, vtpotè augmentationis, vel diminutionis factæ à Principe vel communitate, tunc sufficit reddere pecuniam in eodem genere, pondere, & valore, & si diminuta sit quoad cursum illius terræ. Etenim quando pecunia ex contractu debetur, semper tacitè actum intelligitur, vt in eadem bonitate intrinseca, aut eius æstimatione pecunia detur, quæ erat tempore obligationis contractæ in communi cursu & solutione, per tex. Bartol. & Doctor. in d. l. Paulus. Aliàs decipit creditorem, ff. de solut. & in d. l. cum quid, & l. perinde, ff. si cert. pe. per text. Hostien. Ioann. Andr. Bohic & Doctor. in c. quanto, de iureiur. in c. olim causam, & c. pe. de censi. Rom. consil. 123. Asserſ. libr. 3. de solut. argum. 5. quæst. Sed quid si mercator, per tex. in l. fundum Cornelianum, ff. de noua. cum sim.

ALtera conclusio assertiua est. Quòd & si Bartol. & Doctor. in d. l. cum Paul. & in d. l. quid, ibi Bal. & in ad di. Specu. de solu. § . nunc aliqua ad fi. per tex. & Bar. in l. cum certam auri, ff. de au. & argen. velint quòd quando extrinseca validitas pecuniæ variatur, quòd solutionis tempus inspiciatur, tamen videtur verius, quòd etiam quo ad extrinsecam pecuniæ validitatem attendi debeatur tẽpus cuiuscunque contractus, vt debitor ad extrinsecam ligatus æstimationem, quæ currebat tempore non solutionis, sed contractus secundum Azo. in Brocar. qui dicitur fons iuris, vt vtar verbis Bal. in l. contractus, C. de fide instrum. Oldr. in consil. 13. ad final. & 249. Ioann. Andr. & Doctor. in d. c. quanto, Imol. Buth. & Panorm. in c. olim causam, de censi. Imol. Card. Ancha. vbi refert plures Docto. ita consuluisse in Clem. fin. in vers. consuetam & currentem pecuniam seu monetã de decim.

Corollarium primum.

QVòd si quando numisma est reprobatum, eò quòd in valore erat nimis diminutum, tunc debitoris est periculum, quia tenetur soluere in valore, quo erat tempore mutui, seu alterius obligationis contractæ, per text. Gloss. Bar. Fran. Curt. & Doct. in d. l. cum quid. Hosti. Bohic & Docto. in d. c. quanto. Ro. consil. 123. Specu. de solut. §. 1. ad fin. per c. olim, & c. pe. de censi. Genz. in Clem. fin. de decim.

Corollarium secundum.

SI moneta erat mutata seu variata per auaritiam Principis, & debitor fuit in culpa, vel conscientia illius fraudis, vel fuit in mora solutionis, tunc iterum damnum deteriorationis est debitoris, qui iuxta antiquam monetam, vel eius æstimationem debet facere solutionem, per text. & Doctor. in l. quid mihi, & l. periculum, ff. si cert. per. Cyn. & Docto. d. l. in minorum, C. in quib. c. in integ.

 rest.

rest. Hostien. & Bohic in d.c. quanto, per c. olim, & c. cum Canonicis de censi. Astens. l. 3. de solut. articu. 5. quæst. Sed quid si. Et mora moroso debet esse nociua, l. quod te, ff. si cer. pe. l. si ex legati causa, ff. de verbor. obligat. ca. mora de regul. iur. libr. 6. Ideò tenetur ad interesse damni & lucri. l. 3. ad fin. ff. de eo quod cert. loc. Bartol. in l. 1. C. de sentē. quæ pro eo quod interest.

Corollarium tertium.

ELicitur, quòd emphiteuta vel colonus, qui conduxit emphiteusim pro quolibet anno ad soluendum florenos centum, tenetur soluere de moneta antiqua, vel eius æstimatione currente contractus tempore, non obstante numismatis facta variatione, Butrig. in q. quidam colonus, Bald. in l. acceptam, C. de vsur. Curt. in d. l. cum quid. Nam pecunia vsitata est in obligatione, ideò est certum quid & quantum sit debitum, argum. l. stipulationum quędam, ff. de verb. obligat. l. certi conditio. §. 1. ff. si cer. pe. & l. fundum, ff. de noua. Nisi ipse emphyteuta se fuisse & esse in possessione continuata probauerit longo tempore soluendæ Laicis, vel 40. annis ecclesiasticis monetæ vsualis & iam currentis. Ex quo iam completum est tempus præscriptionis, Bald. Ias. & Docto. in l. si certis annis, C. de pactis. Glo. Ias. & Docto. in l. 2. C. de iur. emph. per tex. in c. quanto, & c. penu. & ibi Doct. de censi.

THEOREMA SECVNDVM.

Si tempore conditi testamenti erat vna moneta, & tempore mortis testatoris, quæritur, de qua est solutio facienda, quò ad legata & alia ex testamento debita.

BReuis ac communis theorica est, quòd pecunia ex testamento debita debet solui de moneta vsuali, communiter currenti, & expendibili tempore testamenti conditi. Alber. & Doctor. in l. cum quid, ff. si cer. pet. Panor. & Doct. in c. olim causam, de censi. Oldra. consil. 31. Rom. consil. 123. per tex. in l. vxorem, §. testamento, ff. de lib. leg. & in d.c. olim causam. Moderatur & limitatur procedere, in legatis particularibus rerum & pecuniarum, in quibus aspicitur tempus testamenti. Secùs in vniuersalibus fidei commissis & legatis, in quibus consideratur tempus mortis testatoris, secūdum Francis. Curt. in d. l. cum quid, per gloss. ord. fin. & approbatam, in l. pe. ff. de fun. instrum.

Corollarium. Infertur, quòd si vxori maritus legauit 100. florenos, & superuixit tantum, vt moneta variata sit multū: iuxta antiquam monetam, seu & in eius æstimatione, est soluendum legatum, per text. & Panorm. in d.c. olim, & d. §. testamento.

THEOREMA TERTIVM.

An ab obligatione liberetur debitor, qui soluit monetam reprobam, quam approbauit campsor, & eam pro bona expendit creditor.

BReuissimè asseritur, quòd non, per tex. Glo. Bart. Paul. & Doctor. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. action. vbi dicitur, quòd soluens pecuniam reprobam non liberatur, sed non cogitur debitam pecuniam soluere donec restituatur, si pecunia reproba in se vel sua æstimatione, quando reproba per cāpsorem fuit approbata, & per creditorem accepta, & sic expensa pro bona. Nā tunc ipse tenetur illis, quibus eam expēdit. Intelligitur procedere vbi ignorans fuit illam esse reprobam. Secùs si erat sciens. Nam tunc liberatus est primus soluens, secundum Bartol. & Doctor. in d. §. qui reprobos numos soluit, per l. tutor, vers. sed si sciens creditor accipiat, & l. si rem, §. omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse, ff. de pig. action.

THEOREMA QVARTVM.

Papa ordinauit & constituit, quòd Abbas Bebenhusensis annuè pro congrua portione assignaret centum & quadraginta aureos vicario suo Tubingæ, variataq; est moneta Tubingensis auctoritate Principis, quæritur de qua moneta huiusmodi congrua portio est soluenda.

RESponsiua assertio est, quòd si ista ordinatio Papalis habet vim constitutionis fauorabilis, quæ æquiparatur voluntaribus vltimis, iuxta auream Theoricam Nicol. de Matarel. & Bart. in l. 1. quæst. penult. ff. de Reg. catho. Pet. & Cyn. in l. fin. C. commun. de leg. Bal. in l. pen. C. de verb. significa. & in c. 1. in ver. quos Romanorum, de pace Constan. Alexan. in l. si ita stipulatus, ff. de verb. obl. & Princeps sciuit valorē monetæ, tunc currentis, vt Turonensis, vel Hallensis, aut Pingensis, quæ ab olim fuit communis, tūc debet solui antiqua moneta, vel eius æstimatio vsualis, quæ erat tempore ordinationis seu constitutionis, secundùm Oldra. consil. 249. Agitur enim de bonitate intrinseca, per l. cùm quid. Lauden. & Dd. ff. si cer. pet. Butr. & Pan. in c. quanto, per tex. Ancha. & Dd. in c. olim. & c. pen. de censi. Secùs fortè, si ordinatio Principis valorem monetæ ignorantis habeat vim rescripti odiosi, vel præcepti, aut statuti pœnalis. Nam tunc inspicitur tempus solutionis, & valor monetæ tūc currentis, secundùm Spec. & Ioan. Andre. de oblig. & sol. §. nunc aliqua, ad fin. Bal. in l. illud, ad fin. C. de sac. sanct. Eccle. in l. 2. C. communia de leg. Bohic. in d. c. quanto. Ana. & Dd. in c. 2. de delict. puer. Guil. & Imo. in Clemen. beneficiorum, in versic. currentem monetam, de decim. Quæ intelligitur, quando ordinatio non alteratur, quum moneta variatur, tunc iuxta monetam nouam etiam vilem vel eius æstimationem fiet solutio, ad mentem Ro. consil. 133. per l. cùm certum, in versi. precium præsentis temporis. ff. de aur. & argen. leg. argum. l. fin. C. qui admit. ad bon. possess. & l. vnic. §. fin. C. de rei vx. acti. & §. vt autem, in Authent. de rebus non alien.

Limitatur procedere, dummodò mens statuentis possit seruari volentis mensurare pœnam delicti quod debet fieri, Panor. in d. c. quanto, per l. respiciendum. ff. de pœn. & c. non afferamus. 24. q. 1.

Corollarium Primum.

INfertur, quòd ibi moneta à lege vel statuto est taxata, quod de vsuali, tunc in dubio debet intelligi, & non de hodierni currenti, secundùm Bal. in quæst. fin. d. l. illud. C. de sac. sanct. Eccle. & in l. quicunque. C. de ser. fug. per text. & Dd. in d. c. olim causam. & in c. cùm in Canonicis, de censi.

Corollarium Secundum.

INde elicitur, quòd si variata est moneta auctoritate alicuius secularis personæ, vel communitatis, non præiudicat personis Ecclesiasticis, secundùm Oldrad. consil. 149. ad secundum quæsitum. Nam secularis constitutio non variat Ecclesiasticis obligationem, sed demonstrat qualiter fieri valeat solutio, prout antiqua est moneta, vel eius æstimatio, per l. quidem. ff. de legat. 1. Eò quia Laicorum constitutiones, & statuta personis, vel rebus Ecclesiasticis non debent vel possunt esse præiudicatiua, per c. benè quidem. 96. distinct. c. quæ in ecclesiarum. & c. Ecclesia Sancti Mariæ, de constitut. Authen. statuimus. C. de sac. sanct. Eccles. cum similib.

COROLLARIVM denique innuitur, quòd vbi à lege vel statuto municipali pœna pro delicto est imposita, debet intelligi de moneta vsuali illius loci, vbi delinquitur, & sic de pecunia nunc currenti intelligitur, secundùm

 gloss.

gloss.& Alexan. & ibi plenè dixi in l.fin. ff.de in ius voc.per c.pen. de censi. & dixi post Card.in Cle.2.de dec.Bal.vbi sup & in addit.Spec.in verb. obl. legalis, tit. de oblig.& sol.§.nunc aliqua,ad fi. Alex. consi. 21. 2. part.

THEOREMA QVINTVM.

Vbi lex vel statutum facit mētionem pecuniæ vel pœnæ pecuniariæ, quæritur quale attēdi debeat tempus in æstimatione seu impositione pœnæ videlicet pecuniariæ, an tempus constitutionis vel solutionis pœnæ.

Respondetur & distinguitur sic: aut statutum loquitur circa solennitatem dispositionis, non adijciendo diem, vt dicendo, donatio excedēs quingentos aureos, debet insinuari. Et tunc tempus conditi statuti debet considerari. Aut statutū disponit super solutione pecuniæ, adijciendo fortè diem solutioni, & tunc tempus quo oritur obligatio, & quo pœna debet solui, habet considerari Albert.& Curt.in d.l.cùm quid.ff.si cert. pet.Spe.& Io.And.de oblig.& sol.§.nunc aliqua,ad fin.Imo.in Cle.2.de deci.

Addidit Matth.Bois I.V.D.

Adde, quæ moneta in statutis & contractibus intelligatur.Vide Mynsing.Obseruat.15. Cent.4. vbi de vsuali & currente concludit.

THEOREMA SEXTVM.

Quid si in sententia iudicum, seu in præcepto arbitrorum condemnantiū in certa quantitate quæritur, de qua in dubio intelligi debeat, moneta vel æstimatione.

Svccincta assertio est, quòd in dubio attendi debeat tempus sententiæ, seu arbitratus, vel arbitramenti, & de pecunia vsuali, & tunc currenti, Oldr.consi. 13.& aliquid in consi.168.Anch.in c.olim, de censi.& Panorm.in c.quanto, de iureiur.Nam tempus datæ sententiæ seu arbitrij debet considerari, arg.c.eam te.& c. constitutus, de rescript.

Corollarivm inde infertur, quod vbi in Ciuitate vel Regione currunt frequenter diuersæ pecuniæ, inde etiam sunt ibi diuersæ libræ, tunc debitoris in dubio est electio, quam velit soluere secundùm verisimiliorem loci consuetudinem, quæ etiam non nimium deteriorem creditoris faciat conditionem, & sic intelligitur de pecunia viliori, secundùm Bar.& Dd.in l.Paulus. ff.de solut. Ang.& Doct.in l.fin. C.de veter.numis.potest.lib.11. gloss.& Doct.in l. semper in stipulationibus.ff.de regu.iur. per l.numis.& ibi Bart.& Dd.ff.de leg.3.

Corollarivm inde elicituralterū: Quòd in contractibus atque stipulationibus appellatione florenorū intelliguntur 53.qui vigent in regione viliores.Aliàs tamen inspici debet rei qualitas, secundùm Bar.in l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iu.& in l.vbi autem. Alexan.in l.stipulationum,in princ.ff de verb.oblig.& in cons.15.4.part.

THEOREMA SEPTIMVM.

Quid in deposito vel mutuo mixto, vtputà, aliquis mutuauit, vel deposuit centum libras in florenis, & intra obligationis & solutionis tempora variatur libra, an attendatur tunc tempus obligationis vel solutionis.

Breuiter respōdetur, quòd & si Barto. in l.si quis stipulatus fuerit x. in melle.ff.de solu. velit, quòd floreni sunt in obligatione, & sic tempus solutionis debeat considerari, per l. vbi autem qui sortem.ff.de verb.oblig.Tamen idem Bart.in l.Paulus.ff.de sol.dicit, quòd mutuans vel deponens, videatur florenos dedisse

disse pro centum libris, quoad æstimationem,& sic omne periculum & damnum pertineat ad debitorem, & sic debet inspici tempus solutionis, quoad æstimationem, per text. in d. l. si quis fuerit stipulatus decem in melle, iuncta l. æstimate. ff. solut. matrimon. Nisi expressè egisset, quòd debitor deberet soluere centum libras in florenis. Francisc. Curtius in l. cùm quid. ff. si cert. peta. Anchar. & Docto. in Cle. fi. de decim. per l. pen. §. mancipia. ff. sol. matrimon.

THEOREMA OCTAVVM.

Quid si in instrumento dotis maritus confitetur se habuisse & recepisse à socere mille aureos seu florenos boni auri, iusti ponderis & characteris, quæritur, an soluto matrimonio absque liberis cogatur restituere mille in auro, vel an possit in moneta fieri solutio.

REspondetur clarè, quòd de scripto iure in auro debet restituere, secundùm Martin. Laudens. & Franc. de Curt. in d. l. cum quid, per text. Lucam de Penna, & Doct. in l. 1. in versi. iusti ponderis sint. C. de vet. numis. pot. lib. 11. text. gloss. & Doct. in c. quanto, in versic. monetam patris sui, de iureiur. Eò quia ista verba geminata, boni auri, & iusti ponderis, multùm operátur, per l. balista. ff. ad reb. Ita validi Doct. Petr. Besucius, & Robert. de Tortis consuluerunt Mediolani in consil. incip. Anthonius Otto. Ita Anchar. refert suum Doctorem Bald. consuluisse in Ciuitate Axioli, post Bartol. in d. l. Paulus. vbi dicit Anchar. in d. Clemen. fin. de decim. quòd floreni sint in obligatione. Nisi aliter seruaretur de consuetudine, vel dati essent expressè in dotem ad rationem librarum, & non florenorum simpliciter, quia ista æstimatio esset tunc, & nõ maior reddenda, per l. numis. ff. de legat. 3. Aliás non posset cogi creditor pro auro accipere monetam, Bartol. Bald. & Angel. in l. lecta. ff. si certum peta. & in d. l. Paulus. ff. solutio.

THEOREMA NONVM.

Vtrùm moneta aurea solui valeat pro argentea, & econtrà. Atque aurea pro altera aurea, & argentea pro altera argentea, etiam inuito creditore.

SOlutio potest esse, quòd ex generali consuetudine vna moneta expẽdatur pro altera, aut aureus Vuirtenbergensis pro Badensi. Ita etiam solidus obulorum Badensis pro Vuirtenbergensi. Et huiusmodi solidus argenteus pro sex denarijs, & sic potest quis de consuetudine vnam monetam auream pro altera aurea, & vnam argenteam pro alia argentea soluere, secundùm Fran. Curt. in l. 2. & d. l. cùm quid. ff. si cert. peta. Ex quo illæ monetæ inuicem recipiunt functionem in suo genere, per l. 1. §. fi. & l. Titia. ff. de aur. & arg. lega. Nisi aliter esset expressè actum, vel nisi ipse creditor passurus esset damnum, quia aliorsum profecturus, vbi illæ monetæ non reciperent functionem in suo genere. Bart. in d. l. Paulus. & in l. libera. C. de sent. & interloc. Bald. & Curt. in d. l. 2. per gloss. l. si quis argentum. C. de donationibus.

Addidit Matth. Bois I. V. D.

Adde, an possit vna moneta solui pro alia inuito creditore, de quo gloss. in l. si quis argentum. & de donationibus. Breuiter dicas, si mutuaui vel deposui pecuniam in auro, non teneor in argento, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. si cert. pet. l. eum à quo. C. de solutionib.

Et hoc verum est de iure, sed de consuetudine contrarium seruatur. Et semper videtur tacitè actum, vt secundùm consuetudinem loci pecunia soluatur, argumen. l. quod si nolit. §. qui assidua, de ædil. edicto. Abbas in c. quanto, de iureiuran. Afflictus quæ sint regalia. §. monetæ,

netæ, nume.13. Adde Boſſium de monetis ad 2.

Hæc ſequitur Couarruuias infra c. de mutatione monetæ. Vbi ſtatuit has duas concluſiones.

1. Quoties obligatio eſt facta vel concepta ſub & in certa ſpecie monetæ, non tenetur creditor recipere aliam monetā, etiam probam, ſi ſit alterius monetæ. Et hoc de iure, conſuetudine verò aliter obſeruari docet & Boërij deciſ.327. & Affli. deciſ.90.

2. Quoties verò obligatio concepta eſt, itidem in certa ſpecie monetæ, cogitur creditor accipere monetam diuerſæ formæ & characteris, modò eiuſdem ſit materiæ, & ad eandem æſtimationē, quæ debetur. Hęc ille.

Fallit ſuperior limitatio, niſi fuiſſet actum, quòd reſtitutio fiat in auro, quia nō poteſt reddi argentum pro auro. Item fallit, niſi creditor paſſurus eſſet magnum damnū, ſi reciperet in alia moneta, quàm mutuata. Bart. in d. l. Paulus. Afflict. d. loco de regalijs.

Corollarium Primum.

INfertur, quòd & ſi aliud pro alio inuito creditori regulariter non poſſit ſolui, per text. gloſſ. verſi. non poteſt. Bart. Iaſ. & Dd. in l.1. §. mutui. ff. ſi cert. pe. Fallit tamen in auro vel argento debito pro tributo, vbi poteſt ſolui pecunia ære non contaminata in numero. Alber. Iaſ. & Dd. in d. §. mutui. Rom. in l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. per l.1. & ibi Dd. C. de argenti precio, libr.10. Vbi plenè per Dd. & in d. §. mutui ad ſaturitatem videatur.

Addidit Matth. Bois Doctor.

Adde, an aliud pro alio ſolui poſſit. Et regula eſt, quòd nō poſſit, tex. in l.2. ſi cer. peta. Sed id limitatur per Iaſ.20. modis, in d. l.2. §. mutui. & per plures annotauit Bernar. Diaz in reg.159. in verb. creditor.

Corollarium Secundum.

ELicitur, quòd vbi vna moneta recipit functionem, id eſt, ſimilem affectionē & vtilitatē in genere ſuo pro altera, poteſt vna ſolui pro alia, ſiue aurea pro argentea, ſiue econtra. Niſi aliter expreſſè eſſet actum, vel quòd manifeſtè eſſet paſſurus damnum, ſecundùm Franc. Curt. in l. cùm quid. ff. ſi certum pet. & ad mentem Iaſ. in d. §. mutui. & in l. numi. ff. ff. de in litem iur.

Corollarium Tertium.

INnuitur, quòd ſi alicui mutuetur moneta reprobata, qui eam ſua induſtria expendit pro bona, nō committit falſum propriè, neque cogi valet iure mutuanti bonam reſtituere, ſecundùm Fran. Curt. (poſt Bald. in quodam conſil. in d. l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.) Eò, quia iſtæ monetæ non recipiunt inuicem functionem in ſuo genere. Neque eſt commiſſa fraus in metallo, pōdere, charactere, ſeu authoritate, cauſa auaritiæ, ad mentem Bald. & Curt. vbi ſupr. Bohic. & Dd. in c. quanto, de iureiur. per l. lege Cornelia ff. de falſ. Nempe vbi pœna à iure vel ſtatuto nō eſt expreſſè impoſita, tunc illa eſt arbitraria, per l.1. §.1. ff. de effica. & expila. & l.1. ff. de iure deliber. & c. de cauſis, de offic. de lega. Igitur expendens ſcienter pecuniam à Principe reprobata, pro bona non tenetur falſi pœna, veruntamen extraordinaria.

THEOREMA DECIMVM & vltimum.

Quid ſi duæ monetæ currunt in aliqua ciuitate vel regione, quæritur, de qua valeat debitor creditori ſoluere.

REſponſiua dilutio eſt iſta, quòd vbi æquè in vſu ſunt duæ monetæ, eſt debitoris electio, de qua velit, & ſic fortè de minori ſoluere, aliàs deberet ſoluere de vſitatiore, ſecundū Pa. poſt Gotfred. & Hoſt. in c.2. de maled. Bart. Alex. & Dd. in l. quoties, in princip. C. de ſuſcept. lib.

lib.10.Fab.not.gl. & Dd.in l. fi.ff. de in ius voc.§.fin. Inst.de pœna teme.li. in l.quicunque.C.de seru.fugit.inRubr.C.de vete.numis.potest.lib.11.& in §.si quis quinque solidos, de pac. tenent Glo.fin.& Panorm.in d.c.2.de maledi.per text.in l.numis.ff.de lega.3. & text.in d.c.ex parte,de censi.cum concord.

Corollarium Primum.

INfertur,quod debitoris est electio,vbi duæ æqualiter currunt monetæ,de qua velit soluere, secundùm gl.Goffr. Panor. & Dd.in d.c.2. de maledic. text. & Dd.in d.l.numis. & facit l.numis. ff. de in litem iur. Maximè vbi esset de consuetudine, quæ confirmata esset moribus gentis, Ciuitatis,vel Prouinciæ, ita vt nulla cuiusquam debet violari libidine. Turpis enim pars omnis vniuerso suo non cõgruens.c.quæ contra mores.8.distin.& c.tuas de sponf.duo. itaque quisquis rebus prætereuntibus,si vti vult, vt metas consuetudinis horum,inter quos versatur,excedat,aut velut intemperans, aut velut superstitiosus damnari debet,inquitAugustinus in c.quisquis.41.distinct.

Corollarium Secundum.

ELicitur, quòd etsi per confessionem seu census solutionẽ coloni seu emphyteutæ, præsumatur contractum præcessisse,& sic ipsi præiudicetur in censuali iure,& regulariter in subiectione, vel protectione,per tex.Bal.& Doct. in l. censualis.C.de don.c.tributum.24.q.vlti. c.2.de censi & c.soliti,de maior.& obedi. Ideò vbi apparet solutio census facta ab emphyteuta colono,vel eius hęrede regulariter in moneta contractus currente,licèt perdiderit instrumenta emphyteusis suæ,debet tamen dimitti in illo iure, secundùm Bald.& Doct. in l. si certis annis. C.de pactis. Angel.in l.cùm satis.C.de agric.& censi.lib.11.Felin.in c.cùm Bertoldus,de re iudic.per text.& Bart. ac Doct. in l.vniuersas.§.per colonum.ff.de acqui. possess.& in l.litibus,in versic.longinqua & inueterata redditum susceptio. C.de agric.& censi.libr.11. cap.2. & ibi Ana. de iudic.& c.olim.& c. penult. vbi est text. de censi.

Corollarium Tertium.

DEnique elicitur vtiliter, quòd vbi accipientes & soluentes cẽsus, nihil expresserint de pecunia aliqua tunc dubitatio subleuatur per solutiones præcedentes longo tempore factas, quia ista pecunia videtur fuisse in obligatione, in qua diuturna solutio fuit secuta,secũ.Ang.Ias.& Doc.in d. l.si certis annis,C.de pactis,per tex.Bart.ac in l. cùm de in rem verso. ff. de vsur. Et sic sensus præstatio diuturna, veluti vaga & æquiuoca (inde alijs circumstantijs sit iuncta) arguit potiùs protectionem, & recommendationem , quàm regularem & totalem subiectionem, secundùm Frede. de Sen.consi.130.factum tale est, quædam domus. Calder.consi.5.de priuileg. Bald. consi.75.prout refert & sequitur eum Maria.in consi.55.vt quæsitorum. Panormit. consi.103.1.volum.& in disput.duo Clericali ordine insigniti.& Ple.in c.fin.de ca. possess.& propri.in c.2.& fin.de censi.in c. recepimus,de priuileg.Felin.in c.Rudolphus,in vers.Comitatus,de rescr.& in c. cũ Bertol.de re iud.Anch.Car.& Doct.in Clem.Ne Romani. §.sanè, de iureiur. Fa. Clem.de censi.

Tamen impositio & solutio collectarũ arguit soluẽtes esse de illius, cui soluunt iurisdict.secundùm Bald.& Doct.in d.l.si certis annis.& in l.3. C.de nat.lib. & in l. data opera. C.qui accusare non possunt, per text.in §.si quis ex qualibet, in Auth. quib.mod.nat.effi.sui,coll.7. Nos itaque veluti suos fideles subditos habeat recõmendatos ille,cui ostenso numismate, inquit, Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo,quæ Dei sunt, vt ipse nos protegat. ac remuneret in hoc mundo,& supermũdano vbique locorũ in æuum. Et sic(cum opitulamine Dei Omnipotentis,ad cuius laudem, & Studiosorum vtilitatem est ę-

 ditum

ditum hoc qualecunque opusculum) huius bipartiti operis de potestate & vtilitate numismatis Ioannis Aquilæ, Artium atque Iurium Doctoris, & humili interpretis, fœlix sit finis, Amen.

Addidit Matth. Boys I.V. D.

Iurisdictio probatur optimè per solutionem collectarum. Et res vel prædium censetur esse de eius vel in eius Territorio, qui est in quasi possessione percipiendi collectas, text. in c. querelam, de elect. Bald. in consil. 433. nume. 1. volum. 1. Nam per impositionem vel exactionem collectarum siue gabellarum, & solutionē censūs factam alicui domino, probatur eius iurisdictio, text. & ibi Bald. in l. 3. si quis. versic. sub quo vicus ille, vel possessio cēseatur. C. de natur. liber.


Sic per onerum præstationem probatur quasi fines seu iurisdictionis possessio. Alexandr. consil. 166. nume. secundo & consil. 226. libr. 2. Et per census & gabellarum solutionem probatur iurisdictionis possessio. c. licet, de probat. Item probatur iurisdictionis quasi possessio per citationes in tali loco factas, si modò subsecuta sit comparitio. Item per custodias locorum. Guid. Pap. decis. 193.

Abundè hæc tractat Hierony. de Mont. in tracta. de finib. reg. cap. 52. Mascard. de probatio. conclus. 946. vbi ad longum refert actus, quibus iurisdictionis possessio probetur.

Collectarum impositio an solùm sit de Regalibus, an verò ex omnimoda iurisdictione dependeat, vide Vvesenbec. consi. 27. Schurff. consil. 59. lib. 1.

Finis Tract. Ioan. Aquilæ de Potest. & Vtil. Monet.

PRISCORVM NVMORVM AESTIMATIO, PER BILIBALDVM PIRCKHEYMERVM PATRITIVM NVRENBERGENSEM.



ADMODVM difficile est, priscam monetam tam auri, quā argenti, cum auro & argento, seu moneta huius temporis concordare, maximè ob auri & argenti valorem, qui assiduè variatur, idque monetariorum culpa, quibus passim licentia cudendæ permittitur pecuniæ. Hi siquidem quotidie aliquid tam de auri ac argenti puritate, quàm pondere detrahunt, præcipuè belli tempore, & principibus conniuentibus. Hinc accidit, vt semper precium auri & argenti augeatur. Monetarij enim quum licentiam habeant monetam adulterandi, nō multum de pretij curant augmento, quum detrimētum illud abundè adulterando supplere valeant. Mercatores etiam quoties monetarios ob necessitatem aliquam emendi cupidos cernūt, assiduè precium augent. Verùm damnum illud in vulgi, tandem etiam dominorum recidit caput, quum redditus & vectigalia illorum semper viliori soluantur pecunia. Sed præsens lucrum licèt pusillum magno futuro præfertur damno, non sine ingenti Regnorum, Prouinciarum, ac Populorum detrimento.

Hinc est, quòd aureus Hungaricus, secundùm quem communiter & aliud regulatur aurum, in maximum ascendit precium. Nam nostra memoria, tres aurei Hungarici, quatuor valebant aureos Rhenenses, & aliquando etiam minus. Verùm

Verùm hoc æuo longè precium hoc excesserunt. Proinde vt ad æstimationem veteris monetæ, quantum possibile est, pertingamus: in primis necesse est, auri & argenti rationem, nec non precium illorum hoc tempore considerare: ita enim quàm propinquè ad veritatem accedere poterimus. Hoc igitur anno, id est, M. D. XXVIII. auri puri Marcha Nurenbergensis ponderis, hoc est, viginti quatuor charatorum, aureos valebat Rhenenses nonaginta tres. Licèt in hac arte periti negent aurum ad viginti quatuor charatos decoqui posse. Sufficit tamen, vt de puro, quantum possibile est, intelligamus auro.

Aurum autem Hungaricum, valebat Marcha, hoc est, vnciæ octo, aureos Rhenenses octoginta nouem, & aliquid plus. Continet autem aurum Hungaricum, vel continere deberet charatos viginti tres.

Aurum verò Rhenense, quòd charatos continet decem & octo, & sic, nisi tres partes auri puri, aureos valebat Rhenenses septuaginta & parum plus. Ex Marcha auri Rhenensis Aurifabri non faciunt aureos septuaginta, quemadmodum deberent, sed septuaginta tres, & aliquando plus, & quicquid excedit, computant pro opera, ita fiet etiam in aureis Hungaricis.

Argentum patrum memoria, valuit Marcha (hoc est, vnciæ octo) Rhenenses septem, deinde ad octo ascendit, verùm hoc tempore valet Rhenenses octo cum dimidio, & aliquando plus (Rhenenses dico aureos, non monetam) nonnunquàm verò aliquantulum minus. Sed hoc intelligendum de puro, quod subinde in moneta adulteratur. Facit autem Marcha cum dimidia libram vnam Romanam vnciarum duodecim. Si igitur aurum purum, cum argento comparetur puro, conueniens fermè vndecim partes argenti, cum parte vna auri. Licèt antiqui communiter decem partes argenti pro vna parte auri computauerint.

Aureus igitur Hungaricus, qui admodum cum veteri auro conuenit, quantum ad puritatē pertinet, pondus habet drachmæ vnius, illius ponderis, quo argentum Nurenbergæ venditur. Nam eodem pondere aurum & argentum ponderatur. Valet autem hoc tempore aureus Hungaricus aureum Rhenen. vnum, cum tertia vna, & denarijs viginti Nurenbergēsibus, computando Rhenensem pro libris nouē monetæ.

Nunc videamus, quomodo aurei Hungarici & Rhenenses cum veteri concordant auro, quod & ipsum ferè continet in bonitate scrupula viginti tria. Verùm antequàm id fiat, exactius auri rationem intelligere est necesse. Igitur quemadmodum antiqui libram in duodecim diuiserunt vncias, vnciā autem in drachmas octo, drachmam in scrupulos tres, scrupulum in obulos duos, obulum verò in siliquas tres, ita & nos ex modernorum facimus vsu, ac drachmam quoque ita diuidimus, vt habeat scrupulos tres, moderni vocant Saty. Scrupulos autem, vt contineant charatos septuaginta duos.

Hungarici igitur auri libra Romana vna continet vncias duodecim, drachmas verò nonaginta sex. Valet igitur Rhenēses aureos 131. cum dimidio.

Mina verò seu pondo, habet drachmas centum, & sic vnciam dimidiā plus quàm libra, & valet aureos Rhenen. 139. denarios sedecim.

Vncia auri Hungarici, aureos Rhenenses valet vndecim denarios triginta tres.

At vncia dimidia eiusdem auri, Rhenen. quinque cum dimidio, denarios sedecim.

Drachma, quæ est pars octaua vnciæ, & aureus Hungaricus, valeat aurum Rhenensem vnum, libras tres cum dimidia, denarium vnum.

Scrupulus valet libras quatuor, denarios quinque.

Granum autem auri Hungarici, valet denarios Nurenbergen. quinque.

Sanè nec hoc prætereundū, quòd cha-

ratus in auro dupliciter cōſideratur, hoc eſt, tam in iudicatura, quàm in pondere, nempe vt aurum purum contineat charatos viginti quatuor, vel circiter: inſuper, vt per charatos etiam ponderetur, ita tamen, vt quicquid de puritate decedat, ſubtrahatur à valore.

Nunc verò aureorum antiquorum pōdus cōſiderabimus, & primò Græcorum, ex quibus plures appendi, vtpotè Philippi, Alexandri, Pruſiæ, Mithridatis, Demetrij, & aliorum, qui omnes ferè ex auro conſtabant Hungarico, hoc eſt, viginti trium charatorum, continebant autem in pondere ferè omnes pondus aureorum Hungaricornm duorum, hoc eſt, drachmarum duarum Nurenbergen. & præterea ſcrupulum vnum. Valet igitur vnus Rhenenſes tres, libras duas, denarios quinque.

Cæterùm, triplices Alexandri Magni aureos reperi, ex primis pōderabat vnus aureos Hungaricos tres, alius Hungaricos duos, cum ſcrupulo vno & dimidio, tertius vix dimidij Hungarici æquiparabat pondus. Prætereà inter aureos Romanorum, non paruam depræhendi differētiam, nam & bonitate, & pondere multū diſtabant. Etenim à Iulio Cæſare vſq; ad Veſpaſianum auri ferè perdurabat bonitas, ſed indè paulatim deficere cœpit, quamuis etiam ſequentium Cæſarum aurei aliqui ex probo conſtent auro, vtplurimùm tamen quanto plus temporis effluerat, tanto etiam magis auri puritas ac pondus minuebatur.

Reperi igitur aureos, ſed pauciſſimos, qui ferè eiuſdem ponderis erant, vt Græci, nempe drachmarum duarum cum ſcrupulo vno, & quod mirabar, vnum talem Aurelianum Cæſarem depræhendi. At reliqui etiam qui erāt ponderoſiſſimi, duos aureos Hungaricos, & grana duodecim non excedebant, vtplurimùm tamen non pluſquàm grana ſex continebant, indè recentiores, veluti Diocletiani, & reliquorum, non pluſquàm aureum vnum Hungaricum pōderabant. Igitur ſi ij, qui communiter drachmas duas, cum granis quinque vel ſex ponderant, cum auro comparentur Rhenenſi, valebit vnus aureos Rhenen. tres vel circiter. Romanum itaque aureum pro tribus aureis Rhenēſibus æſtimamus, licèt aliquid, ſed parum plus valeat. Et hæc de auro dicta ſunt, nunc verò ad argentum tranſeamus.

Si argenti Marcham pro aureis Rhenēſibus octo cum dimidio æſtimabimus, licèt iam aliquantò carius vendatur, valebit libra Romana, Rhenenſes duodecim cū quartis tribus. Verùm id intelligi debet de argento puro, hoc eſt, cùm Marcha contineat in iudicatura vncias octo. Verùm nunquàm ea bonitate argentum cuſum eſt, ſed ad ſummum, vt de puritate drachmæ binæ deeſſent, communiter tamen vt haberet Marcha vncias ſeptem cū dimidia.

Si igitur Marcham vnciarum ſeptem cum dimidia æſtimare velimus, hoc eſt, vt ſemiuncia à perfecta deſit puritate, valebit Marcha Rhenen. octo & parum plus. Libra verò Romana, hoc eſt, drachmæ nonaginta ſex, Rhenen. quaſi duodecim. Vncia verò valebit Rhenenſem vnum, vncia dimidia Rhenenſem dimidium. Drachma verò circiter denarios triginta tres. Scrupulus denarios Nuremnbergenſ. vndecim.

Græci denarij ponderoſiores, ac magni, quos appendi, pentadrachmæ erant, ponderabant enim drachmas quinque, & ita valebat vnus aureum Rhenenſem, dimidium & denarios Nurenbergen. triginta tres. Erant & aliqui tetradrachmi, hoc eſt, drachmarum quatuor. Minores verò ponderabant drachmam vnam, ſcrupulum vnum, valebat ergò vnus denarios Nurenbergenſes quadraginta quatuor.

Inter Romanos verò denarios non paruam reperi differentiam, nam antiquiſſimi quidam, maximè Conſulum, ad quatuor ſcrupulos, quemadmodum Græci appropinquabāt. Alij verò, & præcipuè Cæſarum, non vltrà drachmam ponderabāt. Tertijs verò de drachma aliquid decedebat. Et quemadmodū deficiebant in pondere,

dere, ita etiam longius ab argenti aberāt puritate, imò magna pars illorum erat adulterata. Si igitur drachmā vnam Nurenbergensem, pro denario vno acceperimus, quemadmodum etiam pro maiori parte ponderant, & marcham pro vncijs septem cum dimidia æstimemus, valebit denarius argenteus, Nurenbergen. denarios triginta tres, & hac ratione octo denarij argentei facient quasi aureum Rhenensem vnum. Vndecim verò, quasi aureum Hungarium.

Et hoc pacto quum nec aurum, nec argentum ad plenam accedat puritatem, quasi vndecim partes argenti cum vna parte auri concordabunt, & si aliquid decedit, hoc monetariorum fraus ademit. Cæterum nec hoc omittendum, auri & argenti pondus multum secundum regiones variari, non secus ac libram: nam quod alibi drachma est, id alibi quatuor ponderat scrupulos, & è conuerso. Nos verò pondus illud secuti sumus, quo Nurenbergæ aurum ponderatur & argentū. Quum igitur denarius argenteus ex drachma constet, ponderis Nurenbergensium, cētum denarij, hoc est, mina vna seu pondo, valet Rhenenses duodecim cum dimidio. Mille denarij, valebant aureos Rhenens. centum viginti quinque quasi.

Sestertij quatuor, vel numi qui erant ęrei, valebant denarium vnum argenteū, & sic sestertius valebat denarios Nurenbergensis quasi octo.

Sestertij centum, valebant aureum vnum, sed qui iusti esset ponderis, Rhenēses verò tres, denarios trigintatres.

Mille verò Sestertij valebant Rhenenses triginta vnum, & quartam quasi.

Sestertium verò maius in neutro genere, quod non in ære, sed argento intelligi debet, minas duas argenti cum semisse continebat, hoc est, drachmas vel denarios ducentos quinquaginta. Valebat igitur Sestertium aureos Rhenenses triginta vnum, quartam vnam & parum plus. Sestertium, & mille sestertij, vnum & idem est, & valet, vt dictum est, Rhenens. triginta vnum & quartam quasi. Decem Sestertia, & decem millia sestertia numorum, vnum & idem est, & valent Rhenens. trecentos duodecim cum dimidio. Centum Sestertia valent Rhenēsium tria millia, centum viginti quinque. Decies sestertium, decies centena millia sestertium significat, & hæc summa centies maior est decem sestertijs: nam idem est decies sestertium, quod mille sestertia, valetque Rhenenses semel & triginta millia, ducentos quinquaginta. Centies sestertium, designat centies centena millia sestertium numorum, & valet Rhenens. trecentum, & duodecim millia, quingentos. Millies sestertium valet semel & trigesies centum, & viginti quinque millia.

Ex Talentis autem licèt multa extiterint, duo tamen præcipuè in vsu fuere, talentum magnum Atticum, quòd & Euboicum dictum est, & talentum Atticum minus. Talentum magnum Atticum seu Euboicum, continebat minas octoginta, & valebat Talentum magnum auri Rhenē. decē millia non ingentos sexaginta quinque, vel circa. Talentum verò magnum seu Euboicum argenti, valebat Rhenensium mille vel circiter. Talentum Atticum minus, habebat minas sexaginta, & valebat talentum auri, Rhenenses, quasi octo millia, trecentos quadraginta quatuor. Talentum verò Atticum minus argenti, valebat Rhenē. septingentos quinquaginta Talentum Babylonicum, habebat minas septuaginta. Talentum Aegineticum, continebat minas centum.

Cæterum vt etiam de ære dicamus, sciendum, vbi legimus, Millia æris grauis, ibi millia assium intelligere debemus. Et licèt denarius, vrgente Annibale, pro sedecim assibus permutatus sit, in militari tamen stipendio, semper denarius pro decem assibus datus est. Valuit itaque Nurenbergensis denarios tres & paulo plus. Centum igitur asses decem faciebant denarios. Mille verò asses, seu mille æris, centum valebant denarios, hoc est, minam vnam, sicq; valebant aureos Rhenen. duodecim cum dimidio.

Quadrantes quatuor, valebant assem vnum. Sestans quadrante minor erat.

Vt igitur rursus, & quasi à lare inchoemus, denarius seu drachma argenti valuit denarios Nurenbergensium circiter triginta tres.

Denarij centum, hoc est, mina vna seu pondo, valet aureos Rhenens. duodecim cum dimidio 12 $\frac{1}{2}$.

Mille denarij, hoc est, decem pondo, valent Rhenensium centum viginti quinque ferè. 125.

Sestertij quatuor, vel numi, qui ærei erant, valebant denarium argenteum vnum. Sestertius valebat denarios Nurenbergensium quasi octo. Sestertij centum valent aureum vnum Romanum, sed qui iusti esset ponderis, Rhenensium verò tres cum denarijs triginta tribus. 3.8;3.

Mille Sestertij valent Rhenens. triginta vnum cum quarta quasi. 31$\frac{1}{4}$.

Sestertium in neutro genere, valet Rhenensium triginta vnum cum quarta fere. 31$\frac{1}{4}$.

Sestertia decem valent Rhenen. trecẽtos duodecim cum dimidio. 312 $\frac{1}{2}$.

Sestertia centum valent Rhenens. millia tria centum viginti quinque. 3125.

Sestertia mille Rhenens. triginta quatuor millia, trecentum, septuaginta quinque. 34375.

Decies Sestertium, id est, mille Sestertia Rhenens. millia vnum & triginta ducentum, quinquaginta. 31250.

Centies Sestertium Rhenens. trecentos & duodecim millia quingenti. 312500.

Millies Sestertij Rhenen. semel & trigesies centena, nec non viginti quinque millia quingenti. 3125500.

Libra auri Hungarici, quod idem est cum Romano auro, valet Rhenens. centũ triginta tres cum dimidio. 133$\frac{1}{2}$.

At mina seu pondo Rhenens. centum triginta nouem, denarios sedecim, quia continet quatuor drachmas plus quam libra. 139. den. 6.

Talentum magnum auri, quod & Euboicum valet Rhenẽs. decem millia nongentos sexaginta quinque. 10965.

Talentum minus auri valet Rhenens. octo millia trecentum quadraginta quatuor. 8344.

Pondo argenti, seu mina valet Rhenẽ. duodecim cum dimidio. 12 $\frac{1}{2}$.

Talentum magnum argenti valet Rhenenses mille. 1000.

Talentum minus argenti valet Rhenensium septingentos quinquaginta. 750.

Talentia quinque argẽti minora, Rhenensium tria millia septingẽtos quinquaginta 3750.

Talenta decem Rhenen. septem millia quingentos. 7500.

Talenta centum Rhenens. septuaginta quinque millia. 75000.

Talenta mille Rhenẽ. septingenta quinquaginta millia. 750000.

Siclus teste Hieronymo & Iosepho, quatuor drachmas argenti valebat, Græcis est Stater.

FINIS.

TRACTA-

TRACTATVS PERCELEBRIS DE MONETIS D. MARTINI GARRATI LAVDENSIS, TOTO ORBE CELEBRATISSIMI DOCT.

SVMMARIA.

32 Iura-

32 *Iuramentum in litem in numis non datur ratione affectionis.*

33 *Stipulatio facta in diuersa materia, est nulla.*

34 *Promittens centum libras in denarijs potest de quacunque vult pecunia soluere.*

Cupiens strictam monetæ materiam amplecti, non per disputandi amplam viam, nisi quatenus expediat, sed potius decisionis veritatem considerans, hoc opusculum sub compendio ponere curaui, subijciens me cuiuslibet rectius sentientis authoritati.



1 QVAERO primò, Quis possit cudi † facere pecuniam? Respondeo. Papa, Imperator, vel alius habens à sede apostolica, vel Imperiali maiestate, vel consuetudine, cuius initij memoria non existat, authoritatem, gl. in rub. C. de veteris numis. potestate. lib. 11. facit in ratione sui, c. super quibusdam, §. præterea. de verb. signific.

2 Secundò † quæro, an rescriptum concessum à principe priuatæ psonæ, vt possit cudere pecuniam, præsumatur subreptitium? Respo. Subreptitium præsumi, si priuatæ personæ sit concessum: secùs, si concedatur ciuitati vel proceribus, tex. gl. & Bart. & Salic. in l. fi. C. de fal. mo. Limita, nisi priuatæ personæ vel proprio motu, vel cum clausula non obstante, sit concessum rescriptum. arg. c. si motu proprio. de præben. in 6. & quod no. Bal. in l. eos. in prin. C. de app. & quod plenè dixi in l. fin. C. Si contra ius vel vti. publ.

3 Tertiò † quæro, an non subditus creditor cogatur recipere pecuniam principis non sui: putà an Venetus creditor cogatur accipere pecuniam Florentinam? Respon. quòd non, secundum Ang. in l. fi. C. de vet. nu. po. lib. 11. Quia in dubio augmentatio pecuniæ non extenditur vltra iurisdictionem principis cudi facientis pecuniam. l. fin. C. & ff. de iurisdict. omn. iudic. Limitat Angel. nisi in patria creditoris sit consueta moneta alterius principis expendi. gloss. in c. statuimus, de maledic. Secundò intelligitur Angel. verum dicere, si creditoris non subditi interest, non recipere pecuniam alterius domini, vt quia non expéderet illam pecuniam ita commodè in partibus suis, vel aliud simile: alias secùs. l. Paulus, ff. de sol. vbi per Bar. quod creditor non debet pati damnum.

Quartò † quæro, an augmentatio pecuniæ sit de iure ciuili, an de iure gentium? Respon. Quòd est de iure ciuili, secundũ Bald. in Rub. de contrahen. emp. Videtamen quæ notaui in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. 4

Quintò † quæro, an vna pecunia possit solui pro alia? Respond. secundùm Bart. & Angel. in l. Paulus, ff. de solut. & Barto. in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. & Anton. de But. in c. quanto, de iureiur. quòd vna pecunia possit solui pro alia, dummodo sit eiusdem ligæ, vt putà sextinos eiusdem ligæ argenteæ, qui recipiant functionem in genere sui. d. l. 2. in princip. ff. si cert. pet. & l. 1. §. fin. & l. Titiæ, ff. de aur. & argen. leg. Limita hoc verum esse, nisi creditor iturus ad longinquas partes facilius grossam pecuniam, quàm paruam afferret, argumen. de leg. Paulus ff. de solu. Si autem pecunia non est eiusdem ligæ, sed deterioris, non potest solui vna pro alia: putà argentea pro aurea, ære contaminata pro argentea bonæ ligæ: quia tunc non redderetur in eisdem materia & pondere, l. 1. C. de ve. nu. po. libr. 11. & d. l. Paulus. Nisi consuetudo esset in oppositum, l. si quis argentum, in gloss. C. de don. Nam est vna maxima in iure nostro, in numeratione pecuniæ, vt in soluendis pecunijs seruetur consuetudo patriæ, glos. in d. l. Si quis argentum. in princip. 5

Et est notandum, generalem esse consuetudinem totius mundi, vt vna pecunia soluatur pro alia, secun. Bal. in l. libera quidem Theodora, C. de sen. & interl.

om

om.iudic. quod dictum intellige fore verum, si creditor ex receptione alterius pecuniæ non sentiat damnum: & sic solui d. l.Paulus.vbi casus: putà, est debitor centum aureorum Venetorum vel ducatuum, potest soluere pecuniam in argento,& cõtrà, si creditor non patiatur aliquod damnum. Sed si debitor argenteam non bonæ ligæ soluere vellet, vel si interest creditoris, magis recipere auream debitam, quàm argenteam, vt putà quia melius expenderetur, vel alio modo creditoris interest, non compellitur creditor damnum pati recipiendo in alia forma, d. l.Paulus: vbi casus. Et prædicta omnia intellige vera, quando non est facta mutatio monetæ. Si autem esset facta mutatio monetæ, dicam in articulo mutationis monetæ.

6 Sextò quæro, an expensæ, quæ fiunt in cudendo pecuniam, debeant fieri de publico? Bart. in l.2.§.1.ff.si certum pet. & in d.l. Paulus. & communiter legistæ tenent, quòd expensæ, quæ fiunt in cudendo, debent fieri de publico: quia pecunia debet valere tantùm in massa & materia, quantùm in forma,& econtrà, l.1.ff.de contrahend.empt. Contrà verò tenent Innocen. Ioan.Andr.& Anton.de Butrig.in c.quanto. de iureiur. Quorum Canonist. opinio est de consuetudine approbata. Nam de consuetudine minus est in forma, quàm in materia, propter expensas quæ fiunt in cudendo: quam consuetudinem alleg. Bar. in d.l.2.§.1. Seruanda igitur est consuetudo, vt pecunia debeat valere tantùm in forma, quantum in materia, deductis expensis cudendi.

7 Septimò quæro, an † Rex vel Dux possit facere pecuniam aliquantulum minoris æstimationis, quàm esset materia, etiam deductis expensis? Respondi. Posset hoc licitè fieri, vt modò non magnum lucrum percipiat, si indiget, & vbi moneta non spargeretur extrà regnum vel ducatum, secundùm Innoc. & Ioan. Andr. in d. c.quanto.

8 Octauò quæro, † aggrediens articulum mutationis monetę, an Princeps possit mutare monetam sine consensu populi. Respond. quòd non, secundùm Innoc. & Ioan. Andr. & communiter Doct. in d.c.quãto. de iureiurand. sed de consensu populi sui posset mutare, non tamen in præiudicium aliorum non subditorum, argumen. l.fin.ff.& C.de iurisdict.om.iud. putarem tamen, quod si Princeps consueuisset monetam mutare authoritate propria sine consensu populi, tanto tempore cuius initij memoria non existat, mutationem fieri posse sine cõnsensu populi, argumẽ. §. ductus aquæ. in l.hoc iure.ff.de aqua quot.& ęsti.& c.super quibusdam. §. prætereà, de verb.sig. latius tamen infrà subijciam circa articulum mutationis.

Nonò quæro, † quot modis fraudetur pecunia? Respond. Multis modis fraudatur pecunia. Nam aliquando raditur, aliquando destruitur, aliquando miscetur aliqua materia non æquè bona, vt per Hostiens. & Ioan. Andr. in d. c.quantò, de iureiurand. 9

Decimò quæritur, quot modis reprobatur moneta? Dic. quod tribus: in materia, pondere,& cursu. In materia, vt quia non est argentea bona, vel materia aurea, vt consueuit. In pondere, quia non in tanto pondere, vt consueuit. In cursu, quia non currit vt consueuit, quia est maioris æstimationis. Nam bonitas intrinseca consistit in tribus. Materia, pondere, & forma: extrinseca verò in æstimatione & valore, gloss. in d.c.quanto. facit l.1.ff.de contrahend.emptio.& l.2.C. de vet. nummis. potest.lib.11.

Sint igitur cauti creditores, vt apponi faciant in instrumento de reddendo pecuniam eiusdem materię, formę, ponderis & cursus, secundùm Io.An.& Ant. de But. in d.c.quanto. quòd fortè malè dixit Bart. in l.lecta.ff.si cer.pet. qui ait, quod illa verba quæ ponuntur in instrumentis quotidiè, in tot florenis boni auri & iusti ponderis, non sunt de necessitate: nisi saluando Bar. dicas, quod loquitur de necessitate, nõ autem ex consilio. Nam in bonis numis semper intelligitur facta promissio: cum reprobrorum solutio non admittatur l. eleganter.§.qui reprobos,ff.de pig.act.

10 Vndecimò quæro,† an moneta dicatur falsa ex tribus causis, materiali, formali, & causali? vide consilium Bald. concludẽtis, quod tribus modis pecunia dicitur falsa, vt quis puniatur de falso. Primò modo materia, quando auro admiscetur alia materia, vel ex tonsura, vel rasura. l. 1. ff. de cõtrahen. empt. ibi, electa est materia. Secundò, formali causa est falsa moneta, vt quod imago principis deficit, l. 1. C. de vet. num. potest. lib. 11. Tertiò est falsa ex causa causali, id est, efficiente, vt quia Baro cudi fecit pecuniam, cùm non habeat cudendi monetam potestatem, lege, priuilegio, vel consuetudine, c. 1. quæ sint rega. & l. fin. C. de falsa mone. & c. 1. §. si ministeriales, tit. de pac. ten. & eius viol. Et punitur quis ex vsu, licet non fabricauerit, mitius tamen, quàm si fabricasset. l. falsi. §. ordine. ff. de falsis. Oportet ergo, quod, vt quis puniatur de falso, sit falsa, altero ex tribus modis, de quo dixi suprà: vbi igitur nõ sumus in illis casibus, non punitur crimine falsi, sed extraordinariè: puta, vt expendatur aureus antiquus, sed nouum expendens, non antiquum, extraordinariè punitur arbitrio iudicis, l. 1. §. expilatores, ff. de effracto. & expilato. & pro dicto consilio Baldi benè facit, quòd vtens falsa pecunia, ex pendendo punitur arbitrio iudicis, secundùm Alb. in rub. C. de fals. mone. Facit l. 1. C. de vet. num. potest. lib. 11.

11 Duodecimò quæro, † an socius criminis admittatur ad accusandum & testificãdum, in crimine falsæ monetæ? Dic admitti, vt per Specul. in tit. de accus. §. 1.

Tertiodecimò, an condemnatus de falsa moneta, possit appellare? Dic, quod nõ. vt per Spec. in tit. de ap. §. 1. vers. 29.

12 Quartodecimò quæro, † quot modis reprobatur moneta? Dic quod tribus: in materia, pondere, & cursu. In materia, quia nõ est talis aurea vel argentea bona, vt cõsueuit expendi. In pondere: quia non est in tanto pondere vt consueuit. In cursu: quia nõ currit, vt consueuit, quoniam est minoris, vel maioris æstimationis: nam intrinseca bonitas pecuniæ consistit in materia, pondere, & forma: Extrinseca verò in æstimatione & valore, vt per glo. in c. quanto. de iureiur. & l. 2. C. de vet. num. pot. lib. 11. & l. 1. ff. de contrah. empt. Vt tamen melius & clarius intelligatur materia mutatiõis monetæ, singulos articulos examinabo.

Primò, quid iuris de mutatione monetæ, quæ est reprobata, vel cursus eius est reprobatus, vel quia non inuenitur de antiqua, quæ currebat antea & tempore contractus.

Secundò examinabo de mutatione monetæ in pondere, vel in materia.

Tertiò de mutatione monetę in forma.

Quartò, de mutatione monetæ ratione valoris.

Circa primum articulum mutationis, 13
quando eius cursus est in totum reprobatus: aduertendum est, cuius erit periculũ, an debitoris, an creditoris. In quo articulo ex mente Doct. distinguendum est, aut post contractum est reprobata à principe pecunia ex iusta causa, quia postea est effecta minus debilis, vel minus deminuta, q̃ antea erat, vel quia non legitimi ponderis erat, l. 1. C. de veter. num. pot. lib. 11. & tunc periculum est debitoris, quia debet reddere in eadem qualitate intrinseca eiusdẽ materiæ & ponderis, prout tempore contractus erat, l. cum quid. ff. si cert. pet. & Io. Andr. in d. c. quanto. de iureiur. & hoc casu debet fieri solutio de noua moneta ad rationem & æstimationem antiquę monetæ, c. olim, & c. canonicis, de cens. Si autem esset reprobata auaritia Principis, vt in reprobatione aliquid lucretur, quia eam facit recolligere, vt post eam cudi faciat, vt videmus sæpè fieri, tunc sufficit quod reddat pecuniam in eadem materia & eodem pondere: licèt illa pecunia sit reprobata, quo ad cursum. 1. vt nõ expendatur l. 2. & l. cum quid. ff. si cert. peta. nisi debitor sit in mora vel culpa, vt quia conscius & particeps huius reprobationis monetæ. Exemplum in debitore consiliario principis cõsentiẽte spontè reprobationi monetæ l. 2. §. fin. ff. si quis cau. & l. quod ie. ff. si cer. pe.

Prædicta vera sunt, nisi specificè aliter inter creditorem & debitorem conuentum: quia tunc esset seruanda illa conuen-

tio

tio prima, ff. depositi, l. contractus, ff. de re gu. iu. Quod notant practicantes: quia primò debent attendere conuentionem partium in moneta reddenda, si autem non inueniretur de moneta veteri, tunc debet fieri solutio de noua ad rationem monetæ antiquæ: quia subrogatur vna pecunia loco alterius, l. 1. §. fin. & l. Titio, ff. de auro & argen. leg. facit d. c. olim, & c. cum canonicis, de censi.

14 Et est aduertendum, quando cursus pecuniæ est reprobatus in totum, verùm debitor ante moram posset soluere de pecunia reprobata. Petr. de Bellap. & Cyn. in l. in minorum, C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. & Bart. in l. quod te. ff. si cer. pet. tenet quod sic, quia ante moram periculum reprobationis monetæ, non pertinet ad debitorem, sicut nec interitus periculum, l. si ex legati causa, ff. de verb. obli. quod dictum Bart. & Cy. intellige verum, quando est reprobata pecunia sine debilitate pecuniæ superueniente post contractum, quia non est tanti ponderis, quanti erat tempore contractus, tunc debitor nõ potest soluere de hac moneta effecta debili post contractum, quia debet reddere post contractum, pecuniam eiusdem materiæ & ponderis, prout tempore contractus, l. 1. C. de vet. num. potest. l. 1. ff. de contrahen. empt. & not. Host. & Ioan. Andr. in d. c. quanto. & intelligendo hoc modo Pe. & Cyn. in d. l. in minorum, non contradicunt dicto Ioan. Andr. in d. c. quanto, qui ait, quod imò in casu expresso Petr. & Cy. debitor non possit soluere pecuniam debilem, aut reprobatam, imò debet soluere de noua ad æstimationem antiquæ, allegãdo Bart. in dicta l. Paulus, sequitur Cyn. dum eum alleg. in d. l. in minorum, nec bona est consequentia, est reprobata, ergo pecunia solui non potest: quia respondeo illud verum, quando mora vel culpa debitoris illud contingat: sed si sine culpa, tunc non pertinet ad eum periculum, d. l. si ex legati causa, & dixi statim suprà, & ita tenent Hostiens. & Ioan. Andr. in d. c. quanto. Fateor tamen quod si debitor velit, possit nouam ad æstimationem veteris soluere, secundùm consuetudinem generalem, in l. si quis argentum, in princip. C. de donat. facit, dicto c. olim, & c. cum canonicis.

Accedo ad secundum articulum, quando est † mutata, vel in pondere, vel in materia, putà tempore contractus erat vnius ponderis, posteà verò fit alterius ponderis, vel tempore contractus ipsa moneta erat argentea bonæ ligæ, nunc est ligæ argenti contaminati ære. 15

In quo articulo dicendum est quod tũc debet solui de moneta prima, non de noua mutata, vt notat Bart. in d. l. Paulus, vel si antiqua non habeatur, soluat de noua, & supplebit bonitatem in noua ad rationem monetæ antiquæ si antiqua erat melior & pro æstimatione antiquæ in põdere & materia d. c. olim, & d. l. 1. C. de vet. numisma. potest. & Alber. in d. l. cum quid. Et facit quod notat Antonius de Butri. in dicto c. quanto.

Capio tertium articulum, quando est mutatio † in forma, quia vna imago Principis erat: nunc est alia, tamen eiusdem materiæ, & eiusdem ponderis, tunc ista mutatio non debet attendi nisi intersit creditoris, d. l. Paulus. Vbi casus. Et not. in dict. c. quanto, de iureiuran. Nam si interest creditoris, putà quia esset iturus ad longinquas partes, & melius expenderet denarios vnius formæ, quàm alterius, tunc non cogitur recipere in alia forma, licet Bart. in d. l. Paulus, videatur parifacere materiteriam & formam, & malè, contrà d. l. Paulus, sed Angel. melius dicit, Nisi concordando dicas, quod Bart. debet intelligi, si patitur damnum, & tunc non est contra Angelum, vt dixi in l. cum quid. ff. si cert. petatur, & prædicta habent locum etiam si debitor non sit in mora, dicta l. cum quid. 16

Circa 4. articulum, quando est mutatio in sola æstimatione pecuniæ, & hic attendaut loquimur ante moram, aut post moram, antè morã tunc liberatur soluendo illam monetam eiusdem materiæ & ponderis, & formæ, licet sit mutata æstimatio, argum. gloss. fin. in d. c. cum quid, quia nihil 17

debet imputari debitori, cum non sit in mora nec culpa secundum Bar. in d. l. Paulus, Iac. de Are. in d. l. cum quid, quod sufficiat solui de mutata, licet vilior, quã no.
18 Odof. & Old. Quia quædam sunt, quorum bonitas attenditur penes materiam. Vt in vino, & in illa est bonitas intrinseca vt in d. l. cum quid. Quia quędam sunt, quorum bonitas attenditur penes vsum. Vt in pecunia l. Labeo. §. Sabinus, ff. de verbo. signif. & ista est bonitas eorum intrinseca, ideò non potest reddi eiusdem bonitatis extrinsecæ, in d. l. cum quid. quia videtur quod imò bonitas intrinseca cõsistit in rebus, scilicet materia, pondere, & forma l. 1. C. de vet. num. potest. lib. 11. & l. 1. ff. de cõtrahend. empt. & gloss. in d. c. quanto. Bonitas extrinseca est variatio pretij, l. 2. C. de veter. numis. potesta. & in l. vinum, ff. si cert. pet. & gloss. fin. in d. l. cum quid. Ideò si redditur moneta in eadem bonitate extrinseca, sufficit, licèt varietur æstimatio monetæ ante moram, vt in d. l. cum quid, in gloss. fin. & ita tenent Barto. & Angelus in d. l. Paulus, & Cyn. in d. l. in minorum, & Iacob. de Areti. Angel. & Alber. in d. l. cum quid. Et ita Fulgo. & ita ibi dixi, & est de mente Hostien. & Ioan. And. in d. c. quãto. in nouella.

Nota tamen, quod Bart. videtur loqui solùm in lucro, in mutata pecunia, quasi sentiat secùs in damno, nec etiam est vera opinio Butr. in d. c. quanto, quem sequitur Odof. qui dicit debere solui de noua ad ęstimationem antiquæ. Et sic est concludendum quod sufficit soluere ante moram debitoris eandem pecuniã in materia & forma, licet sit mutata æstimatio contra Odofred. Old. & Ant. de Butri. & ipsemet Ant. est sibi contrarius, dum dicit quod æstimatio monetæ est bonitas extrinseca in ver. nec est verum. vbi tenet contrarium eius, quod dicit in d. c. quanto.

19 Tertius casus, dum constituit differentiam inter perpetuam variationem æstimationis monetæ, & temporalem. Nam secundùm eum vbicunque contingit variatio æstimationis pecuniæ temporaliter non perpetuò: putà quia ducati valent aliquando minus, aliquando plus, non attenditur talis variatio æstimationis, imò sufficit soluere secundùm æstimationem tempore solutionis, quia partes potuerunt cogitare, secùs vbi est perpetua mutatio æstimationis pecuniæ, quia tunc debet solui de noua ad rationem antiquæ: nam hęc differentia non est vera, cùm idem iuris sit toto tempore, & perpetuò ad tempus temporaliter, cùm sit eadem ratio l. quæ [illegible] nota. ff. de rei vendi. Nam ratio, quare debitor non tenetur de hac variatione pecuniæ, est, quia periculum non est debitoris antè moram, l. quod te, ff. si cert. perat. & l. si ex legati causa, de verb. oblig. quæ ratio vendicat sibi locum siue in temporali, siue in perpetua mutatione æstimatiõis pecuniæ aliàs monetæ.

Fateor quod Antonius de Butr. potest saluari in mutatione monetæ pauci temporis, vt vnius diei, vel duorum: quia illa non attenditur, l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. & Bartol. in d. l. Paulus. Item potest saluari Butri. quando ambo contrahentes scirent de mutatione monetæ, l. ser. §. 1. & l. nec semel. §. si in habitationem, ff. Quando dies leg. cer. & l. 1. §. fin. ff. de actio. emp. quæ scientia non præsumitur in dubio, l. verius. ff. de probatione, maximè cum dependeat à Principe, vt in c. quanto, allegato. Notatur in l. 1. C. de veter. numisma. potesta. & l. 2. eod. tit. Facit, l. apud Iulianum, §. 1. ff. de legat. 1. aliàs non video, qualiter procedat dictum Antonij. prædicta ante moram vera sunt. Si autem esset facta mutatio æstimationis monetæ post moram debitoris vel creditoris, tunc distinguit Bartolus in dicta l. Paulus, quòd cum debitor est in mora soluẽdi: aut pecunia est 20
grossa, quæ recipit æstimationem à minuta: vt sunt grossi valentes duos solidos, vt florenus ducatus: aut pecunia est ita minuta, vt non recipiat inferiorem æstimationem pecuniariam, vt est Imperialis siue nummus, qui valet nisi vnum nummum: Primò, casu est periculum debitoris: l. vinum, ff. si certum petatur. Secundò casu periculum non pertinet ad morosum debitorem: Ratio est. Quia pecuniæ

cunia minuta non recipit æstimationem, l. si ita fideiussor. ff. de fideiuss.

Et ibi patet ad sensum variatio æstimationis: quia in numis non consideratur interesse extra rem, quod est in lucro, l. numis. ff. de lit. iur. Et l. Si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. mihi videtur verius contra Bartolum, quòd non sit constituenda differētia post moram debitoris: quando cōtingit variatio æstimationis pecuniæ inter pecuniam grossam & minutam, quia non reperitur lex, quæ faciat hanc differentiam, l. illam. C. de collatio.

Ratio quia regula est. Quod post moram periculum est debitoris, d. l. quod te, & d. l. si ex legat. causa. ff. de verbo. oblig.

21 Prætereà † nullus alius Doctor facit hanc differentiam inter minutam & grossam, nisi Barto. Sed Ange. in d. l. Paulus. & alij Doct. Pet. & Cyn. in l. in minorum. & Alb. & alij, vt Angel. in d. l. cùm quid, & Ioan. And. in c. quanto, tenent indistinctè periculum esse debitoris, post moram: & æqua est sententia contra Bart. Nam si tu debes mihi decem libras imperialium minutorum, & posteà valeat duos denarios, vbi non valebat antea nisi vnum: æquum est, vt tua mora non tollat lucrum meum, d. l. vnum. Quia omnia iura clamant contra morosos, plenè in l. mora. ff. de vsuris, & in l. mora. ff. sol. matr. & d. l. quòd te. Nec obstat quòd in pecunia non sit lucrū: quia imò consistit, vt ipsemet Bart. tenet in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solut. & probatur in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & ibi Bart. Et in l. 3. §. fina. ff. de eo qui cert. lo. Nec obstat. §. cùm per venditionem. Quia loquitur in re, in qua cadit interesse intrinsecum, vt ibi. & d. l. C. de sent. Quæ pro eo quod interest. Vbi scripsi sequendo Bartolum. Nec obstat quòd pecunia minuta non habet æstimationem per aliam. Quia respondeo, quòd sufficit eam habere æstimationem vnius imperialis: quia idem est de principio numeri, prout de numero, l. si quis cōduxerit. ff. loca. Et dic quòd sic, si res non existat digna maiori precio.

Et prædicta intellige indistinctè, siue sit diminuta, vel augmentata æstimatio pecuniæ minutæ, propter augmentationem vel diminutionē grossæ pecuniæ, siue alio modo contra Anton. in d. c. quanto. Quia non video rationem diuersitatis. Imò est eadem ratio, quia mora debet nocere moroso, vt in iuribus præallegatis, & sic tenenda est prima conclusio, quòd indistinctè periculum pecuniæ post moram pertinet debitori moroso, sicut econtrà periculum pecuniæ pertinet creditori moroso, cui est facta obligatio à debitore, l. qui decem. in princip. ff. de solut. tene prædicta menti, quia quotidianum est, & hæc videtur sententia communior, vt patet per Cynum in d. l. in minorum. Alber. & Ange. in d. l. cùm quid.

Vlterius quærendum est, an inspiciatur tempus contractus: an solutionis, quo ad æstimationem pecuniæ. Nam tempore contractus mutui, vel depositi, vel locationis, vel venditionis moneta est vnius æstimationis: posteà fuit augmentata vel diminuta in æstimatione, & similia ante moram: quia post moram, vt vidistis suprà, periculū est morosi à die moræ: Quæstio est ergo ante moram: Item quæstio nō est, quando reducitur ante moram eadem pecunia in pondere, materia, & forma: quia tunc quæstio est suprà decisa, quòd sufficit reddere eandem pecuniam in pondere, materia, & forma, d. l. cùm quid. Sed dubium est: quando volo reddere æstimationem pecuniæ ante moram: putà mutuaui tibi centum florenos vel grossos, tunc florenus valebat duas libras, & grossus duos solidos ante morā aliquam: quia non erat apposita dies, neque facta interpellatio, mutata est æstimatio post annū: quia florenus valet quatuor libras, grossus quatuor solidos: an solui possit cum sextinis secundùm æstimationem contractus, an secundùm æstimationem temporis solutionis ante moram. Bald. in d. l. cùm quid, tenet quòd tempus solutionis inspiciatur. 22

Contrarium tenuit in l. acceptam. C. de vsur. Quia imputet debitor, si non ex-

pendit: & sic non est curandum de authoritate Baldi, cùm sit contrarius, consuluit tamen in Vrbino, vt ipse Baldus refert in d.l. si quis argentum. in princ. C. de donat. quòd inspiciatur tempus solutiõis. Idem videtur velle Bartolus in l. cùm aurum. ff. de aur. & arg. leg. per illum text. cum glo. Contrarium, quòd inspiciatur secundùm quod pecunia valebat tempore cõtractus, tenet Iacob. Butr. in sua disputatione, quæ incipit, quidam colonus. Idem tenet Alb. in d.l. cùm quid. Idem videtur tenere Old. consil. 13. per c. olim. de cens. Mihi saluo saniori consilio videtur dicendum: Primò, antequàm veniã ad decisionem, quòd titulus quęstionis non procedat. Quia vna pecunia non potest solui pro alia, quãdò

23 est diuersa in materia, pondere vel forma, vt dixi suprà in primo articulo an vna moneta pro alia possit solui. Quæstio ergo procedit ex generali consuetudine secundùm Bal. in l. libera. C. de sent. & interloc. vin. iud. vt pro auro pecunia argentea solui possit, vt suprà dixi.

Respõdeo igitur ad propositũ, & considerandum est, quod aut loquimur in pecunia argentea, vt in grossis: & tunc debet reddi secũdùm eandem materiam, & ponderis identitatem: nec attenditur æstimatio, vtputà mutuaui vel deposui centum grossos, si vis mihi reddere sextinos eiusdem ligæ argenti, prout erant grossi mutuati, & in eodem pondere: ita vt sextini omnes quos dabis, sint omnes tanti ponderis, & eiusdem ligæ argenteæ, quanti grossi, d.l. cùm quid, & tunc non interest creditoris magis accipere sextinos, quàm grossos: nec econtrà, propter functionem eiusdem generis & qualitatis, l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. l. fi. §. fin. ff. de aur. & argen. lega. Nam similiter augmentatur etiam ęstimatio sextinorum proportionabiliter, cum sint eiusdem ligæ argenteæ & eiusdẽ ponderis: si autem solùm augmentatur, vel diminuitur æstimatio grossorum, nõ autem sextinorum eiusdẽ ligæ, imò sextini semper essent eiusdem æstimationis, tunc periculum esset debitoris: Ratio, quia cre-

24 ditor non tenetur recipere in alia forma, si sua interſit, & dãnum patiatur, d.l. Paulus. Vbi casus, & dixi suprà in mutatione formæ. Si autem loquimur in mutatione æstimationis in pecunia aurea: putà mutuaui centum ducatos Venetos, & tunc est distinguendum: aut volo soluere ducatos eiusdem formæ, materiæ, & ponderis, & ante moram periculum est creditoris, d.l. cùm quid, vt suprà dixi. Aut volo soluere alios aureos alterius materiæ, vel ponderis, vel formæ, vel argenteos pro aureis secundùm cõsuetudinem generalem, & hic aduerte, quia secundùm veritatem tunc inspicitur tempus contractus: quia posset soluere aureã vel argenteam alterius materiæ vel ponderis, vel formæ secundùm æstimationem pecuniæ, tempore contractus. Quia hæc æstimatio non venit in ratione moræ, ideò non inspicitur tempus petitiõis, vel solutiõis, vel moræ, imò venit hæc ęstimatio ne damnũ patiatur creditor recipiendo in alia quantitate, & sic in alia forma vel materia, d.l. Paulus. & d. l. cùm quid.

Si autem veniret æstimatio ratione moræ, inspicitur tempus moræ: vt quia interpellatus, d.l. vinum. & isto modo possunt cõcordare Doctores, qui sunt varij in hoc articulo, vt dixi suprà. Nã inspicitur tempus contractus: quandò ęstimatio venit loco qualitatis intrinsecæ, ponderis, vel materiæ deficientis in pecunia, quæ soluitur secundùm pecuniam quæ debetur, d.l. cùm quid. & l. fundũ Cornelianum. ff. de noua, & l. stipulatio hæc, l. Picholla. ff. de verb. obl. & l. vbi, eo. tit. facit, quia sicut in alijs rebus inspicimus tempus cõtractus, l. si voluntatis, l. fi. & l. 2. C. de rescin. vend. cum simi. Ita in ęstimatione pecunię, quæ fit, & sic subrogatur loco bonitatis deficientis, inspicitur tempus cõtractus, vt subrogatum sapiat naturam, & c. §. fuerat. Instit. de act. & ita loquitur Iacob. But. in d. disputatione cum sequen. suis.

Si autem non fieret æstimatio ratione qualitatis intrinsecæ bonitatis monetæ: tunc inspicitur tempus petitionis vel moræ, d.l. vinum. Ita loquitur Bal. in d.l. cùm quid, cum sequentibus, & ita debet intelligi

fugi dictum Bartoli, in l. cùm certum. allegata quòd inspiciatur tempus solutionis: quòd ad hoc, quandò non est mutata qualitas intrinseca. Si autem apposita esset dies in solutione fienda, inspiciatur illa dies solutionis, quoad æstimationem quanti plurimi ratione moræ, d. l. vinum, nô quo ad æstimationem qualitatis monetæ, quia in d. l. cùm quid, venit qualitas ex natura obligationis, in l. vinum, venit ex officio iudicis, l. fundum Cornelianum. ff. de noua. Vbi Bart. cum text, d. l. cùm quid, sicut in simili: si mutuaui tibi vinum, vt reddas
26 ad pascha: certè æstimatio quanti plurimi venit à die paschę, d. l. vinum, qualitas autrinseca à die contractus inspicitur, d. l. cùm quid. Ideò, si ante moram vellem in paschate vinum, quòd non esset ita bonum, quia non potui reperire, veniret æstimatio illius bonitatis deficientis. Facit c. olim, & c. cum canonicis, de cens. ita vidi consilium præstantissimorum Doctorum legentium in hac ciuitate Papiæ, dum dux Mediolani emisset sal à Ianuensibus, vt inspiceretur æstimatio pecuniæ tempore contractus emptionis ante moram. Facit l. 2. C. de veter. numismat. pot. lib. 11.

27 Quæro † quid in testamento, an inspiciatur æstimatio tempore testamenti, an tempore solutionis? Solut. testamenti secundùm omnes Doct. l. vxori, §. 1. & l. vxor. §. testamento. ff. de l. 3.

Quid autem in lege vel statuto? Dic, aut loquimur de lege dante solennitatem, & inspicitur tempus legis vel statuti: aut de lege loquente de solutione, & inspicitur tempus solutionis. Clem. fi. de deci. & Bal. pulchre in l. illud, in fin. C. de sacrosf. eccle. & Spec. in tit. de sol. §. nunc aliqua, vers. fin. Vide Anton. de Butr. in d. c. quanto. & Ioan. Andr. in addit. Specu. d. §. nunc aliqua, versicu. final. & Alber. in d. l. cùm quid, & Bald. in l. 2. in princip. C. communia. de lega.

Vtens falsa moneta expendendo punitur arbitrio iudicis. Alber. in Rubric. C. de falsa monet. qui alleg. l. 1. C. de vete. nu. pot. lib. 11.

An inspiciatur æstimatio, tempore sententiæ vel solutionis? Solut. tempore sententiæ, vt per Old. consi. 13. Facit l. Imperatores. ff. de contrah. empt. & vide Albe. in d. l. cùm quid. 28

Quid autem, si pecunia est æstimata, putà mutuaui, vel deposui, vel dedi dotem in centum libras in florenis, vel centum libras in grossis, an inspiciatur tempus contractus, an solutionis intelligendo quæstionem ante moram, quia post moram est periculum morosi, vt dixi suprà, Bart. in d. l. Paulus circa finem dicit, quòd inspicitur tempus solutionis, quia videntur dati floreni, vel grossi in solutum pro centum libris. Ideò omne lucrum & damnum in dictis florenis est debitoris, l. si inter. C. de iure dot. l. æstimatio. ff. solut. matri. imò inspicitur tempus solutionis, l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solut. & idem videtur etiã sentire Ant. de Butr. in d. c. quanto. in verbo, quartus casus, hoc limitat Bar. verum, nisi esset factum pactum, vt reddantur centum libræ in florenis, per l. pluraliter. §. si mancipia. ff. sol. mat.

Et sic ex hac theorica Bart. sequitur, si mutuaui tibi cẽtum ducatos ad rationem solidorum 32. pro ducato augmentum, vel 29 diminutio æstimationis floreni non attenditur, vt communiter hodiè fit in instrumentis attende, vt intelligas. Bart. quia dictum suum debet intelligi, vt fiat solutio argenteæ pecuniæ, & sic eiusdem ligæ, & bonitatis intrinsecæ, prout erat tempore contractus, & ita seruatur Papiæ, per d. l. cùm quid, & dixi suprà. Verbi gratia, mutuaui centũ libras in florenis, pecunia tũc argenteâ bonæ ligæ certè tẽpore solutiõis debent reddi in eadẽ bonitate pecuniæ argenteæ, vt dixi suprà, quia attenditur in bonitate intrinseca tempus contractus, d. l. cùm quid. Dubito tamen contr. Bart. quia Bar. in d. l. Paulus sentit. in fi. quòd floreni non sint in obligatione, sed in facultate soluendi. Et ideò non inspicitur valor floreni, per d. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, quia imò dicitur, quòd floreni sint in obligatione, per l. & si equo. ff. de

de leg.1.& voluit ipsemet Bart.in d.l.si q̃s stipulatus fuerit 10.ergo illa æstimatio nō est facta, vt fiat venditio vel datio in solutum floreni, vt d.l. æstimationem.ff.solut. mat.& l.res in dotem.ff.de iure dot. & no. in d.l.si inter.ideo crederē quod Bart.melius loquitur in d.l.si quis stipu.fuerit, vt floreni etiā sint in obligatione: vt fit quotidiè in instrumentis : quia dicitur deposuit, vel mutuauit, vel dedit in dotem centum florenos ad rationem solidorum 32. pro floreno : Nam fit æstimatio, vt sciatur quantum valuit florenus tempore contractus, vt in d.l.si æstimat. Ideò debitor ante moram poterit reddere vel ducatos aureos in eadem bonitate vel æstimatione ducati aurei secundùm tempus contractus non solutionis: prædicta semper vera ante moram. Nam post moram potest intelligi Bar. vt veniat æstimatio à die moræ vsque ad tempus solutionis, d.l. vinum, facit cōtra Bar. d.l.pen.§.si mancipia.ff.sol.mat.& sol.mat.& videtur ita sentire Bar.in d.l.si quis stipulatus fuerit 10.

30 Prætereà contra Bar.facit, sicut inspicitur tēpus contractus in æstimatione, quandò contrahēdo fecerunt pactum libræ in totidem florenis, idem si non sit pactum: quia ita tacita agitur, d. l. cùm quid, in rationesui, & l.res in dotem.ff.de iure dotium. Ideo dicerem, cùm hodiè dicitur in instrumentis centum ducati ad rationem 32. solidorum, debet soluere aut aureos eiusdē qualitatis, aut æstimationis secundùm tempus contractus.

Nota, quòd Mediolani seruatur, ideò debet dicere auri in auro secundùm collegium Mediolani, quòd si in instrumento dicitur, Titius mutuauit centum florenos boni auri et iusti ponderis, intelligitur de solidis 32. in moneta tamen vbi non esset illa consuetudo, tunc debet intelligi de
31 auro & de ducato, l.1.C.de vete.nu po.lib. 11. Quādò fit promissio pecuniæ, de qua intelligatur? Dic, inspici consuetudinem, aliàs similitudinem, & vbi nō apparet coniectura, intelligatur de minima, l.semper in stipu.in glo.ff.de reg.iur.l.numis, de lega.3.cum simil.

Nota vnum, in quo cōsului: Nam in instrumento cōtinetur, qualiter Titius promisit 100.florenos omni anno ex tali possessione: deinde per decennium fuit facta solutio per debitorem ducentorum florenorum in auro, vel in tanta pecunia: certè consului, quòd illa promissio de centum florenis intelligitur de auris, non autem de solidis 32. pro floreno. Quia sequens solutio continuata per decennium declarat qualitatem monetæ dubiæ, l.cùm de in rem vers.ff.de vsu. Ang.in l.si certis annis. C.de pact. Aliàs intelligitur de minimis, d.l.numis.prædicta verò, quandò dubium est, de qua pecunia : si autem esset certum, puta promisi 100.aureos Venetos iusti ponderis & boni auri, ad hoc vt possit præscribi qualitas pecuniæ, requiruntur 30.anni. in priuato 40.in eccle.c.olim.de censibus. & ita But id disputat.quidam colonus.


An in † numis in litem iuretur ratione affectionis. Bar.& Ang.dicunt quòd non, in l.numus.ff.de in lit.iur. 32

An in moneta eiusdem substantiæ & ligæ, licèt diuersa admittatur compensatio, l.fi.C.de compen. vbi Bal.& ego in disputatione mea pulchrè. Vide Bart.in l. lecta. ff. si cert.peta.

Quid si dico, promitto centum grossos, & tu dicis, promitto valorem cētum grossorū in medalijs, non valet stipulatio propter diuersitatem materiæ. Barto.in l. quæ extrinsecus.ff.de verb. oblig.quòd imò valet Bal.in l.singularia.ff.si cer.pet.

Si † promitto centum libras in denarijs, possum soluere, de qua pecunia velim. 33 Ang.in l.fi.de vet.numis. po.& de materia monetæ. Vide Iaco.But.in d.disputat. Alb. in d.l.cùm quid, & ibi Bal. & Ang. & Fulgos.in l.2.in §.1.ff.si cert.pet.& in l.vnum, & in c.quanto. Ioan. And.& Ant.de Butr. & Bal. in l.illum.C.de sacrosf.eccles. & in l.acceptam.C.de vsura. & Ang.in l.fin.C. de vete.nu.po. Et Bart. & Angel.in l.Paul. Spec.& Ioan.And.in tit.de solu.in §.nunc aliqua, & §.si. & in l.si quis stipulatus fuerit 10.in melle, per Bar.de sol.

Finis Tractat. D. Martini Garrati Lauden.



TRACTATVS MONETARVM, PRACTICABILIS AC VTILIS, TAM DD. QVAM ADVOCATIS ET PROCVRATORIBVS, EDITVS AB EXIMIO IVRECONsulto D. Francisco Curtio, dum legeret, l. cùm quid ff. si cert pe-ta. Anno Domini, M.CCCCLXXXII. in florido Tironensi studio.

SVMMARIA.

1 *Moneta cudendæ ius qui habeant.*
2 *Expensæ cudendæ monetæ ex quo fienda.*
Monetæ bonitas duplex.
3 *Pecunia debita qualiter restituẽda. nu. 4.*
Monetæ character mutatus non efficit creditori, si liga remanserit.
5 *Debitor in diem, decrescente pecuniæ æstimatione, an teneatur ad interesse. nu 9.*
6 *Debitor morosus, an transferat in se monetæ periculum.*
7 *Mora morosa nocet.*
8 *Ratio diuersitatis inter monetam grossam & minutam an possit assignari.*
10 *Monetæ æstimatio, an referenda ad tempus mutui, vel solutionis, nu. 12. maximè in dote, 14. & quid in statutis, 17. & quid in laudo & sententia, 19. 21.*
11 *Lucrum cum aliena iactura est damnosum.*
13 *Tempus contractus odio morosi inspicitur.*
Azo est fons iuris.
15 *Tempus in legatis pecuniarijs, in testamento factis, variata monetæ æstimatione quid inspiciendum.*
16 *Frumẽtum per testatorem vxori legatum, postea consumptum, per eundem quomodo veniat soluendum.*
17 *Legata partientaria tempus testamẽti conspiciunt, vniuersalia testatoris mortem.*
18 *Statuta magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus.*
19 *Donatio quingentos aureos excedens insinuanda.*
20 *Monetam reprobatam expendens, an teneatur pœna falsi.*
21 *Pœna falsi in moneta imponitur in quatuor casibus.*
22 *Aurifices an possint in sua arte de falso accusari.*
Pœna vndecima vel statute prætermissa est arbitraria.
23 *Industria expendentis pecuniam reprobatam, an prosit mutuanti.*
Solui aliud pro alio inuito Creditor an possit.
24 *Mutuans aureos quando non teneatur argenteos recipere.*
25 *Mariti verba receptionem dotis in aureis auri confitentis qualiter intelligenda. nume 26.*
Verba duplicata magis operantur.
28 *Tempus contractus in mutuis, quando inspiciendum.*
29 *Bartolus sibijpsi contrarius saluatur.*
30 *Monetæ electio in diuersitate, cuius esse debeat, Creditoris, an debitoris.*
31 *Solutio præcedens declarat sequentem.*
32 *Pecunia in obligatione talis esse præsumitur, qualis solutio est secuta.*

1 D † euidentiam præmitte, quòd nemo possit facere cudi monetā fundi, seu stampari nisi Papa, aut Imperator, vel quibus ipsi cōcesserunt facultatem cudēdi, stampandi, vel fundendi monetam, vel nisi aliquis haberet ex consuetudine præscripta, ista est glossa ordinaria. C. de vet. nu. po. lib. 11. Et ideò caueant alij, vt ab igne, quia multos vidi periclitari.

2 Secundò ad euidētiam præmitte, quòd expensa cudendi monetam debet fieri de publico, vt tantùm valeat pecunia in massa, quantum in forma, secundum vnam opinionem, vel secundùm aliam detractis expensis cudendi, vt latè explicaui in l. 2. §. 1. suprà eo. & retuli omnes authoritates.

Tertiò scire debetis ex verbis Bart. hic, quòd duplex ēst bonitas monetæ: altera intrinseca, quæ consistit in liga ponderis & charactere: altera extrinseca consistente in valore & ęstimatione pro qua expenditur, l. 1. & fi. C. de vet. nu. pot. lib. 11. l. 1. ff. de contrah. empt. Doct. in d. c. quantò. ext. de iureiur.

3 Et † nemo dubitat, quòd semper pecunia est reddenda in bonitate intrinseca, quandò de illa reperitur. Si verò non reperitur, poterit solui de noua, habita semper relatione ad æstimationem pecuniæ mutuatæ, c. cùm olim, & c. cum canonicis, extr. de cens. & sic semper habetur respectus ad materiā & pondus, respectu autē characteris & formæ potest de alia solui, dummodò creditor nō afficiatur damno. Exemplum. Aliquis ducatos Venetos mutuo dedit, possem sibi reddere testo. nos Mediolani vel Genuenses qui habent anguem, nisi Creditor esset passurus aliquod damnum in diuersitate formæ & characteris. Putà statuisset ire ad partes maritimas & longinquas, & ibi ducatus Venetus magis esset congruus & congruens. Nam isto modo non posset alios soluere, quia Creditor esset passurus damnum, l. Paulus, vbi Bar. no. & omnes. ff. de sol.

Quærit Bart. hic de quotidiana q. mutuanti tibi pecuniam, an recipiens teneatur reddere secūdùm antiquam formam, an verò secundùm nouam. Decidit Bart. quòd si mutuatur bonitas pecuniæ intrinsecæ, & fiat pecunia in alia forma & materia, concluditur quòd tunc debebitur reddi & solui de antiqua: quia noua est omninò diuersa, & hoc si potest de antiqua reperiri, si autem non reperitur, debet soluere æstimatione, quia tunc agitur vt reddatur in eadem bonitate & eodem genere. Vt hic in text. & gloss. aut non mutatur pecunia in bonitate intrinseca, sed variatur æstimatio & valor ipsius, vt quia ducatus aureus, qui tunc valebat & expendebatur pro 4. libris, & 10. solidis, si hinc ad aliquos menses crescat valor & ęstimatio, quia fortè valebit libras quinque, vel fortè decrescat ad libras 4. & in ista bonitate, quæ vocatur extrinseca, non curamus, nec inspicimus, nisi eo tempore, quo cœpit esse in mora, & in mora constitutus est, l. vinum. infrà eod. ista est doctrina Bar. hic. & in d. l. Paulus. & transeunt etiā Doct. hic in hac l. nostra, cùm quid. Petr. & Cyn. in l. in minorum. C. in quibus cau. resti. in inte. non est necess. Io. And. & Doct. in d. c. quanto, & in c. olim. & in c. cum canonicis, extra, de censi. Ioan. de Im. & Modern. in d. l. Paulus. & plus vult Bart. in l. proinde, infrà eo. quòd si mutatur cursus monetæ antiquę ante moram debitoris, quòd debitor poterit soluere de antiqua moneta. Cuius contrarium vult ipse Bart. in d. l. Paulus. quod vltimum tangam, in d. l. proinde, infrà eo.

Successiuè † quæro: ponamus, quòd debitor, qui mutuum accepit, teneatur reddere ad pascha pecuniam, decrescit æstimatio eiusdem monetæ, an debitor tenebitur pro illa deterioratione? Bart. in d. l. Paulus. fuit in mirabili opinione, ipsam sequitur Ang. ibi distinguendo, aut loquimur in moneta grossa, quę potest recipere ęstimationem per monetam inferiorem, & tunc debitor tenetur satisfacere Creditori de ipsa mora pro iusto damno. Aut loquimur in moneta minuta inferioris gradus, 5

dus,& isto casu tenet Bart. debitorem nō teneri ad æstimationem, nec etiā post moram: quia semper periculum erit Creditoris: quia ista moneta ita minuta non recipit æstimationem per aliam monetam. Vnde non potest dici variatio æstimata et deteriorata, sed potius dicitur quoddam lucrum cessans, iste defectus de nouo contingens, cuius lucri non habetur consideratio,quandò debetur pecunia,sed nō habetur ratio damni,quod penes ęstimationem curatur, l. numis.ff.de in litem iur. Et sic vult Bar. quòd in moneta ista minuta potiùs cēseamus lucrum cessans, quàm damnum emergens, quod lucrum & interesse intrinsecùs non venit in numis secundū damnum, vt dixi in l. si sterilis.§.si per venditorem.inf.de actio.emp. d.l.numis,& l.si ita fideiuss.infrà de fideiuss.

6 Communiter † tamen ista Bar. non seruatur in practica,neque tenetur, quia indistinctè in quacunque moneta periculum spectat ad morosum. Ita Lauden. in tractatu suo monetæ referens.Cyn.& Docto.in d.l.in minorum.C. in quibus cens. rest.non est necess. Ioan.Andr.& Doct.in d.c.quanto.& Angel. in d.l.Paulus.infrà, de solut. Sed in hoc decipitur Marti.Lauden.hic in tractatu suo notularum.Barto. quæ communiter reprobantur,nec seruantur in practica. Idem tenent Imol. & Doctores, Anton. in d.c. quanto. Quia istæ pecuniæ inuicem functionem habēt, & æquipollere videntur: quia sicut 12.denarij faciunt vnum solidum, ita vnus solidus facit 12.denarios.

Et ista opinio videtur verior: tamen quia post morā debitor tenetur ad interesse,siue consistat in lucro, siue in damno, l.3.in fin.infrà,de eo, quod certo loco, & quòd veniat interesse in lucro, tenet glo. Doctores communiter post Bart. in l.1.C. de sent.quæ pro eo,quod interest.ergo venit istud interesse extrinsecùs in minima

7 pecunia,sicut in grossa: Tamen quia mora semper debet nocere moroso, l. quòd te, infrà eo.si cert. petatur, l. si ex legati causa.infrà,de verb.oblig. c.mora cui.de reg. iur. in 6. Tamen quia non potest assignari ratio diuersitatis inter monetam grossam & minimam: quia si mutuaui tibi centum florenos in pecunia minuta certè post moram tuam augebitur æstimatio, putà, si princeps mandaret imperialem, qui expēdebatur pro vno imperiali,quòd expendatur deinceps pro vno cum dimidio, certè debitor morosus tenebitur satisfacere Creditori: quia mora debet esse sibi nociua, quamuis dominus Anton. & Imol. in d. c. quanto. videntur saluare Bartol.

Quādò augetur ęstimatio monetæ grossæ, putà mutuaui 12. libras tempore, quo ducatus valebat 4. libras, si posteà venit ad quinque mutuans non poterit petere, quamuis cum 12.libris potuisset acquirere tres aureos tempore mutui , & tunc non: quia non patitur damnum, sed perdit lucrum.& hoc modo saluatur Bar. 8

Secundò † si variatio & diminutio monetæ minutæ contingeret post morā, quia creditor poterit consequi à debitore , in quo damnificatur , quia habet damnum contingens & non lucrum cessans. Solitus sum sequi vnam opinionem contra Bart. quia data communi opinione Bar.pro vera, si creditor esset persona , quæ consueuisset verisimiliter mercari siue lucrari, non esset dubium tunc quòd haberetur ratio interesse ratione lucri cessantis,l.3.§.fi. incipit in hanc arbitrariam.ff.de eo quod cert.loc.& declarat Bart. in l.1.C.de sent. q.pro eo,quod.Et ibi in hoc tractat Ange. Imol.& Cuma.in d.l. Paulus. & pulchrè Moder.hic.Sed dato etiam quòd non esset mercator nec solitus mercari , tamē indistinctè tenebitur in ęstimationem in quacunque moneta, per arg.& rationes,quas supra adduxi. 9

Tertiò quæro. Pone,mutuaui tibi centum ducatos, qui nunc valent libras 4. & 7.solidos,pro quolibet: & quòd tempore solutionis fiendæ augeatur valor ducati, an debitor tenebitur soluere, & poterit soluere centum ducatos, habito respectu ad ęstimationem currentem ipsius mutui, vel ad ęstimationem currentem tempore solutionis, prout sibi esset vtilitas. 10

Et sic quæstio stat in hoc, an inspiciamus tempus contractus, vel solutionis. Bart. in l.cùm aurum, per text. ibi. ff. de auro & argen. legat. tenuit, quòd inspicitur tempus solutionis, & non contractus, & idem tenet idē Bar. in d.l. Paulus. circa principium vltimæ collat. Idem tenuit Bald. hic per text. in d.c. quanto, & in Clemen. fina. cum ibi notatis. de decim. allegat. Bal. in addit. ad Spec. in tit. de sol. §. nunc aliqua, versi. fina.

11 Contrariam † sententiam tenuit Albe. hic per text. in l. nostra. idem tenet Bald. in l. acceptam, in 17. quæst. C. de vsur. vbi arguit ad partes, & tandem concludit, quòd considerari deberet tempus contractus, & non solutionis, & mouetur friuola ratione: Quia debitor pecuniam intrinsecam conuertit in suos vsus & suam vtilitatem. Ergo non debet lucrari cum aliena iactura, l. si vina, quæ in dolijs erant. ff. de per. & comm. rei vend. vt dixi friuola est ratio. Clarius tamen per multa argumenta, quòd attendamus tempus contractus, tenet Iac. Butr. in quæst. fna, incipien.

Quæstio tamen proponitur, alias quidam Colonus: quia pecunia est in contractu & obligatiōe, & certum est, quid, quale, & quantum datum fuit. Ideò tenetur reddere de moneta antiqua & vsitata tempore contractus, vel illius æstimationis, & istud in omni disputatione, argum. l. stipulationum quædam certa sunt, ff. de verbor. obligat. Ergo debitum esset in actione, l. certi condictio. in princip. & §. 1. infrà eo. & pro ista parte adduxi, l. fundum vend. ff. de nouatio: & quædam alia. Aliàs ista quæstio fuit in contingentia facti, &

12 refert Lauden. hic: quia dux Mediolani emerat maximam quātitatem salis à dominis Genuensib. certo precio florenorum, quorum æstimatio fuit postea mutata & variata, & fuit conclusum per plurimos Doctores huius collegij considerandum fuisse, & cogitandum tempus contractus, & non solutionis. Lauden. hic in hoc dubitat, & non firmat pedem, sustinens sic posse distingui: Aut dies adijcitur solutioni, & tunc inspicitur tempus solutionis.

In hoc modo procedit doctrina Bart. in l. cùm aurum. ff. de aur. & argen. leg. & benè probatur secundùm eum, in l. contraxisse, ff. de actio. & oblig. Aut nō est statuta dies solutioni, & isto casu inspicitur tempus petitionis, per casum in d. l. vinum nisi debitor fuisset in mora: quia odio morosi inspicimus tempus cōtractus, quia mora debet esse semper nociua moroso, d. l. quòd te, & l. mora. ff. de vsur. Et isto casu procedat opinio Iac. But. Alb. & sequacium. 13

Ego indistinctè teneo tempus contractus inspici in æstimatione extrinseca penitus: quia ita tenuit Azo fons iuris, vt vtar verbis Bald. in l. contractus. C. de fide instr. qui ita tenuit in suis Brocardicis: vt refert & sequitur Old. Laud. in cōs. suo 31. in fin. & aliquid tangitur in consil. 168. Et ideo in omni contractu siue locationis, siue mutui, siue alterius, attēdimus tempus contractus, etiam quantum ad bonitatem extrinsecam. Ideò variata æstimatione, tenebitur debitor ad illam æstimationem, quæ currebat tempore contractus secundùm Azonem & Oldrad. Idem tenuit Panor. in 4. notabili post Imol. in Clemen. fi. per text. ibi in verbo, consuetam. de decimis. & ita tenent communiter Moder. & dixit Pet. de Anchar. in d. Clemen. fin. fuisse consultum Doctorem suum in ciuitate Axiol. vbi quis dederat in dotem florenos ducentos boni auri, quo tempore minus expendebantur pro libris 4. & solidis decem: consuluit quòd debuit restitui florenos ducentum auri, qui erant in obligatione: nisi tempore cōtractus fuissent dati in dotem ad rationem librarum, & non florenorum simpliciter: quia tunc illa æstimatio deberet reddi, & non maior. & hoc habuisse à Bartol. in d. l. Paulus. ff. de solut. de quo vltimo videbimus, infrà in 11. quæstione, & est expedita tertia quæstio. 14

Quartò quæro, quid in legatis pecuniarijs factis in testamento, quod tempus attendimus variata æstimatione, vel tempus testamenti, vel mortis, vel aditæ hæreditatis.

Prima fronte videtur considerandum tempus 15

tempus mortis, §. disponatur. in authenti. de nupt. & lex. semper est in viridi obseruantia, l. Arriani, C. de hæredi. ergo videtur legasse eo tempore, quo moriebatur. Sed istud argumentum potius facit contra: & ista doctrina & opinio probatur per Doctores, Barto. Bald. & Angel. in l. si seruus legatus, §. qui quinque. ff. de leg. 1. Bar. in l. fin. §. 1. ff. de libe. lega. in l. fin. §. 1. ff. de fid. instrum. instrumentoque legato. Vbi dicit, quod si maritus legauerit vxori frumentum in horreo suo vel in domo sua existens, si testator posteà illud consumpserit & aliud frumẽtum imposuerit, quod vxor habebit illud, quod reperitur tempore mortis in horreo: sed ista doctrina ni
16 hil etiã facit. Quia illa decisio procedit nõ ex natura verborum, sed ex præsumpta & interpretatiua voluntate testatoris, secundùm Bald. & Ange. in d. §. qui quinque. in hac quæstio. Oldr. in d. consi. 31. decidit debere solui de moneta vsuali currenti & expendibili tempore testamenti, per textum in l. vxori, §. testamento, ff. de lega. 3. l. Medico, ff. de auro & argento legato, l. Aurelius. §. testamenti, & §. Titij. ff. de libe. legat. & ita sequitur, Bal. Alb. & Moder. hic, & semper sum admiratus, quòd tanti patres non allegauerunt gloss. singularem approbatam, & perpetua memoria dignã,
17 in l. penultim. ff. de fund. instru: quæ decidit, quòd in legatis particularib. siue rerum, siue pecuniarum, semper attendimus testamenti, sed in fideicommissis vniuersalibus & legatis attendimus tempus mortis testatoris.

Quintò quæro, quid in legibus & statutis facientibus mentionem de pecunia, seu imponentibus pœnam pecuniariam, quod tempus attendimus in æstimatione pecuniæ. Prima fronte diceret quippiam attendi tempus statuti & legis, sicut tem-
18 pus testamenti ex doctrina aurea. Quòd statuta magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus. Ita Nicol. de Matarellis, quem sequitur Bald. in l. penultim. in fin. penultim. colum. versicu. Quæro, quid in verbis legis vel statuti, C. de verborum significat.

Idem Bald. in pace Constantiæ, in verbo, nos Romanorum, Bart. in l. omnium, C. de testa. & in l. post gloss. ibi secundam, C. de his, quib. vt indig. Videte latius per Alexan. in l. si ita stipulatus, in 5. col. ff. de verb. obliga. Et ego latius in consilio meo eleganti, quod incipit magnificus dominus Vgutio, &c.

Attenta in hoc passu veritate, fore arbitror, quod aut statutum loquitur circa solemnitatem, prout dicit statutum, quod donatio † excedens quingentos aureos, debeat insinuari, prout etiam de iure com 19
muni est: & isto casu attendimus tempus legis vel statuti: aut statutum disponit super solutione pecuniæ faciendæ, & isto casu inspicimus tempus quo debet solui, & quo oritur obligatio. Ita decidunt Speculat. & Ioan. Andr. in additionibus, in titul. de solut. §. nunc aliqua, versicu. fina. Clarius Bald. in l. illud, circa fin. C. de sacrosanct. ecclesi. & in l. 2. C. communia de leg. Imol. in Clement. fin. de decimis, & sequitur Laudens. hic. & communiter Modern.

Sextò quæro, quid in laudo & sententia facientibus mentionem de pecunia soluenda. Breuiter attendimus, seu attendere debemus tempus laudi, attestante Oldra. in consi. 13. & aliquid sentit in cons. 168.

Septimò quæro, an † expendens mone 20
tam seu pecuniam scienter à Principe reprobatam teneatur pœna falsi: quilibet vestrum diceret prima facie, quod sic, per text. in l. lege Cornelia, ff. de falsis, tamen veritas est in contrarium; & ita consuluit Bald. aliàs in contingentia facti in ciuitate Papiæ, quia pœna falsi secundùm eum non imponitur, nisi in tribus casibus. Primò, quando falsificatur moneta in pondere: Secundò, quando falsificatur moneta in materia. Tertiò, quando cuditur moneta sine authoritate Principis. Omisit tamẽ quartum, quando liquefaceret monetam causa auaritiæ, secùs in Aurifice, † qui li- 21
quefacit causa minuendi vasa vel corrigias. Ita Salic. in l. 1. & l. fin. C. de fals. monet. & benè probatur in d. l. lex Cornelia. Et pro opin. Bald. consulentis facit: quia vbi

pœna non est apposita in statutis vel à iure, illa est arbitraria. l. 1. §. 1. ff. de effract. & expila. & l. 1. ff. de iure delib. c. de causis. extr. de offic. deleg. & hoc est, quod voluit glos. fin. in finalibus verbis, in procemio decretalium, vbi dicit, quòd potest excōmunicari quilibet faciens contra præceptum superioris.

Octauò quæro, aliqnis mutuat tibi pecuniam reprobatam, tu industria tua expēdisti pro bona, an creditor poterit te cogere ad solutionem. Iac. de Aret. & Albe. hic tenuerunt quod non.

22 Quia industria expendentis non prodest ipsi mutuanti, per text. in l. 2. ff. ad leg. Falc. iuncta l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. act.

Nonò quæro, an possit vna materia pro alia argentea solui, vel aurea pro alia aurea, vel aurea pro argentea, & econtrà. Breuiter de iure istud est expeditum, quod potest vna moneta pro alia, dummodò recipiat functionem in genere suo. Ita Bart. & Ang. in d. l. Paulus, Bald. in l. 2. §. 1. ff. si cert. petat. Exempli gratia. Tibi mutuaui grossos Mediolani, tu vis mihi reddere testonos eiusdem ligæ vel solidos, certè poteris, quia eadem est materia & pondus idem, recipientia functionē in genere suo, l. 1. §. fin. & l. Titia. ff. de aur. & argen. l. se-
23 cùs si non reciperent inuicem functionē. Putà, mutuaui tibi Bologninos argenteos, tu vis reddere monetam alterius ligæ, ære contaminatam, certè non poteris, nec creditor cogitur accipere: quia dicitur peti damnum & diminutionem patrimonij, d. l. Paulus. Attamen de consuetudine totius mundi seruatur, vt dixi in l. 2. §. 1. suprà eo. & ponam in sequenti quæst. ad finē, quod diuersa pecunia in forma, & aurea pro argentea, & econtrà solui potest: quia ex generali consuetudine dicit recipere functionem: Ita glos. in l. si quis argentum, C. de donat. Bart. & Doct. in d. l. Paulus, Bald. in d. l. 2. melius Bart. in l. libera, C. de senten. & interloc. quod verum intelligitur: vt di-
24 xi in d. l. 1. §. 1. Nisi creditor foret passurus aliquod damnum, d. l. Paulus, putà si mutuasset aureos, & esset in longinquas partes profecturus, non cogeretur recipere argenteā: quia difficilè portatur, vt si mutuat Venetos seu alios aureos incognitos in partib. infideliū, ad quas est profectur*, certè nō cogetur acceptare in alia forma: quia pateretur damnum, d. l. Paulus, & ita transit Lauden. in tractat. monetæ, & in lectura hic.

Decimò quæro, Maritus in instrumento dotis confitetur habuisse & recepisse 25
florenos centum boni auri & iusti ponderis, qualiter intelligentur ista verba. Collegium & ciuitas Mediolani obseruat de consuetudine, quod intelligatur de florenis ad computum solidorum triginta duorum pro floreno, l. numis, ff. de legat. 3. Nisi adijciantur in instrumento illa verba, & in auro, post illa, florenos centū auri. Quia illa additio & in auro, significat substantiam, vt ipsa duplicata verba plus operentur, l. Balista, ff. ad Trebellia. cum suis concordà. sine dubio non data consuetudine. Illa verba, boni auri, intelliguntur de aureis, & non de florenis argenteis in moneta solidorum triginta duorum, & plus, si essent illa verba in quęstione apposita boni auri, & iusti ponderis, & per hoc est textus in l. 1. ibi, iusti ponderis sint, C. de vete. numis. potest. lib. 11. c. quanto, cum gl. & de iureiurand. & ita sequitur Laudens. Ego plus addo inuenisse solemnes Doctor. Me- 26
diolani, dominum Petrum Bex utinum, & D. Thorobertum de tortis Papien. & ferè omnes consuluisse, consilio incipiente, Antonius Ottonus, quod vbi in Instrum. apponuntur illa verba, boni auri, rectæ ligæ, & iusti ponderis, quod talia verba multum important, ita quod non posset eo casu creditor cogi recipere monetam pro auro per ea, quæ notant Bart. Bald. & Ang. in l. lecta, circa secundam col. infrà eo. & videtur sentire Ang. in d. l. Paulus. ff. de sol.

Vndecimò quæro, † mutuaui seu depo- 27
sui centum libras in florenis, quid importabunt ista verba, & quod tempus attendamus vel contractus, vel solutionis? Bart. in d. l. Paulus, circa vlt. col. subtiliter decidit istam esse dationem in solutum, quasi dederit florenos pro centum libris, & sic om-

ne lu-

ne lucrum & damnum florenorum pertinebit ad debitorem, l. res in dotem, ff. de iure dotium, l. æstimatio, & l. æstimatæ. ff. solut. matri. & sic decidit inspici tempus solutionis, quo ad æstimationem per text. in l. si quis stipulatus decem in mille, ff. de solut. Nisi expressè dixisset, quod deberet libras centum in florenos sub eadem æstimatione, per l. penul. §. mancipia, ff. solut. matri. Ita Bart. magistraliter ibi, cum quo transeunt Doct. & sequitur Petr. de Anch. in Clem. fin. de decimis, quam suprà retuli circa finem 3. q..

28 Ista decisio Bart. & communis non videtur tuta per tex. nostrum hic, quia inspicere debemus æstimationem ipsius contractus, cum videantur partes tacitè agere, vt in eadem qualitate & bonitate reddatur. Ergo si tempore contractus paciscũtur contrahentes reddi centum florenos æstimatos centum libris, inspiciam seu inspicere debemus tempus contractus. Ad istud potest faciliter responderi. Quia opinio Bart. probatur per tex. in d. l. æstimate, iuncta d. l. si quis fuerit stipulatus decẽ in mille, ff. de solut. Et lex nostra loquitur in æstimatione extrinseca, vt dicit glo. nostra final. Fortius vrget contra Bartolum decisio ipsiusmet Bartoli communiter approbata in dicta l. si quis stipulatus, vbi decidit quod si promittam centum libras in florenis, quod floreni erunt in obligatione, ergo non inspicitur tempus solutionis sed obligationis, l. vbi autem. §. si sortem, infrà, de verb. obliga. Cogitabam si posset saluari hoc modo Bart. à contrarietate, vt non dicatur aduersis sed diuersis. i. loqui in diuersis casibus. Quia in d. l. si quis stipulatus decem in mille. Quæritur & deciditur, an floreni dicantur in obligatione, vel in facultate soluendi, sed in d. l. Paul. quęrit an cõsideretur æstimatio tempore contractus vel solutionis, & istam diuersitatẽ colligo ex verbis Laud. tamen dura est & & vix video quomodo possit saluari, &c.

29 Duodecimò quæro, † in ciuitate frequenter diuersæ libræ pecuniarum, siue diuersæ pecuniæ currunt & inueniuntur, cuius erit electio, debitoris, an creditoris? Angel. in l. fin. de vete. numisma. pot. libr. 11. decidit electionem esse debitoris, de qua pecunia soluere velit, nisi fortè cõtingeret creditorem pati damnum & conditionem effici deteriorem, argum. l. decem, l. Paulus, ff. de solut. tamen Bartol. ibi clarius locutus est, & exemplificat in ciuitate Florenti. Et etiam potest exemplificari in hac regia ciuitate, vbi libra Papiensi. est 10. solidorum, & libra Imperialium est solidorum viginti. Et in hoc Bartolus concludit, quia primò debemus attendere consuetudinem & verisimilitudinem, an intelligamus de pecunia minori l. numis. de leg. 3. gl. ordinaria, & Doctores in l. semper in stipulationibus, ff. de regu. iur. Et ita communiter Doctores transeunt hic omnes..

Decimotertiò & † vltimò quæro circa monetam: instrumẽtum locationis dictat conductorem teneri quolibet anno ad soluendum centum florenos. Iste conductor, seu emphyteuta decem seu viginti annis soluit singulo anno ad computum solidorum quadraginta pro quolibet floreno, iste posteà in processu temporis vult soluere florenos ad computum de solidis triginta duobus pro floreno, & dominus petit florenos aureos. Quid iuris est? Lauden. alias consuluit in hac regia ciuitate, quod vbicunque dubium est de pecunia, senserint contrahentes, & nihil dixerint. quod ista dubitatio subleuatur & declaratur p solutiones præcedentes lõgo tempore, & adducebatur doctrina Angeli in l. si certis annis, C. de pact. argu. l. cum de in rem verso, C. de vsur. Quia talis in dubio præsumitur pecunia in obligatione fuisse, qualis solutio secuta est, secundùm vnum intellectum in d. l. cum de in rem verso, quẽ posuit Angel. qui in se verus est. Vide Feli. in c. cum Bertoldus, in 11. colum. extr. de re iudica. & de diuturna præstatione, & de intellectu d. l. cum de in rem verso. Vide Felin. in c. causam, in 3. & penulti. colum.. extr. de præscript. Et vide multa pulchra ad hoc per Felin. in d. c. cum Bertoldus. in 11. colum. in verbo, præceptio, extr. de re iudicat.. 30

TRACTA-

TRACTATVS MONETAE, SEV PECVNIARVM, AN DEBEAT INSPICI VALOR TEMPORE CONtractus, vel loci, &c. D. Ioannes Regnaudi Auenionensis.

SVMMARIA.

1 *Valor monetæ, qui est tempore contractus, attendi, & secundùm ipsius contractus tempus debet solutio fieri.*

2 *Azo vas electionis, & fons legum dicitur, & tuba veritatis.*

Valor monetæ in solutionibus fiendis inspici debet, quæ currebat tempore contractus.

3 *Valor & æstimatio intrinseca in testamen. attenditur, quæ currebat testamenti tempore.*

4 *Contrahentes de moneta tempore contractus currente cogitasse præsumitur.*

5 *Damnum, deterioratio, seu diminutio monetæ debitoris damno censetur cedere.*

6 *L. tacenti, ad instantiam naturalem recurrendum est.*

Lex in ratione debet consistere, & ditum rationabile iudicem debet monere.

7 *Opiniones quæ teneri potius debeant, si inter Doctores sit controuersia.*

8 *Debitor non liberatur soluendo pecuniam diminutam seu deterioratam.*

Dos dicitur mulierum proprium patrimonium.

Dotis causa est fauorabilis, pro qua in dubio debet fieri interpretatio.

9 *Dos iuxtà personarum qualitatem & patrimonij quantitatem dari debet.*

Dos solui debet de moneta currenti promissionis tempore.

10 *Pecunia grossa & aurea per minutam æstimatur, sed non contra.*

11 *Monetæ seu pecuniæ deterioratio non debet cadere periculo debitoris non morosi.*

12 *Bonitas seu æstimatio extrinseca monetæ aliquando crescit, & decrescit quandoque.*



QVAESTIO hæc, seu præsens materia, de qua fuit consultus Iurisperitus, videlicet cuius temporis valor intrinsecus monetæ inspici debeat, an inspiciatur valor & æstimatio, quæ est tempore contractus, vel solutionis, vel moræ non est noua, sed potest de ea dici, quod antiqua res est, & alta, magna, & profunda. Eam enim mouerunt & disputauerunt præceptores vtriusque Iuris Doctores, & sæpè contingit de facto, ac venit in medium tam in Romana Curia, quàm alibi, & alijs Curijs. Est enim materia Brocardica, & Azo in Brocardis suis in materia de cõtractibus sub rubricella, an eadem mensura vel moneta debeatur, quæ erat tempore contractus. Mouet dubium, de quo quæritur, cuius verba tenet Iacob. de Beluis. visu. ff. de auro & argen. legat. l. si ita. Dyn. etiam eam mouet notabiliter, de legat. 3. vxorem. §. testamento, per quem textum multùm se fundat, & per l. medico, de auro & argen. lega. in princip. & vtrobique sunt concordes, quas addacit ad probandũ. Quod inspiciatur † valor, qui est in tẽpore contractus, & secundùm illud tempus debeat fieri solutio. 1

Facit

Facit etiam, quia notatur de reg. iu.c. inspicimus, per eandem gloss. ordinariã, tangit Auth. de fideiuss. §. quod autem. colum. 1. Guido de Suza. etiam mouet causam in suis quæstionibus statutorum 8. fol. vers. sed pone, Lucius Titius locauit fundum. &c. Quæ fuit prima quæstio Pilei in quæstionibus suis, quæstio 79. & incipit Luc. Titius Mæuio, & etiam idem mouet quæstio 30. quæ incipit: quidam Creditor Bon. &cæ. Odo. etiam eam mouet Iac. de Rauenna. Iacob. de Are. & Pet. de Bella perti. Guilielm. de Cug. ad idem & Cu. C. in quib. cau. non est ne in integ. rest. l. in minorum, D. Oldrad. de ponte. de laude, qui fuit magnus aduocatus in curia Rom. eam mouet in quæstionibus suis in quæstione communi 118. & 171. D. Albe. de Rosa plenissimè de ista quæstione & eius materia, ff. si certum pet. l. cum quid, & d. l. vxorem, §. testamento de le. 3. & C. de iure Emphy. l. 2. & recitat multorum opi. D. Bald. tangit. C. de seruis fugi. l. quicunque in fine & plenè, C. communia de le. l. fin. in principio, & per eundem Ioan. Andr. mouet, C. de solu. Auth. nisi debitor satis plenè, & etiam Institu. qui. mod. tol. oblig. §. 1. Bartol. ponit satis plenè, ff. de solut. l. Paulus respondet alias incipit creditorem, Petr. Iac. tangit in tit. de certi condicione ex generali stipulatione, D. Canonistæ ad idem etiam mouent in gloss. Bernardi de offic. ordin. conquærente, & de censi. olim & c. cum canonicis, vbi etiam sunt text. de hoc, & ibi etiam Innoc. Hostien. & Ioann. Andr. & plenè in c. quanto, de iureiuran. vbi Ioan. Andreas latius post Hostien. & ibi plenissimè per Henric. Bohic. Specul. in titu. de solut. §. nunc aliqua in fin. mouet, & clarè loquitur, & vbi etiam Ioan. And. in additio. qui recitat effectualiter opin. Oldra, licèt eum non allegat. Hostien. in summa de censi. §. ex quibus ver. sed quid in moneta, & versicul. quod si Raymundus ad idem gloss. decreti tangit 32. quæst. 4. c. quis ignorat. Ioannas Andr. etiam in gloss. ord. & Gentilius, & alij mouent de decim. cap. 2. lib. 6. multi alij mouent locis prædictis & alijs diuersis, quos quærere magis esset laboriosum, quàm subtile. Ista enim ad præsens possunt sufficere, & si ageretur de vno regno. Qui autem omnes opin. & disputationes prædictorum vellet recitare, non esset opus vnius diei: tempus enim mihi deficit sufficiens ad quærendum loca & angulos, vbi quæstio mouetur.

Breuiter autem, quo ad præsens me expidiendo, dico, quòd opinio & sententia, quæ videtur verior & rationabilior, & in qua plures concordant, fuit sententia Azo. in Brocardis suis vbi suprà, qui Azo vocatur per Baldum vas electiõis, & fons legum, vt nota. per eum C. de fide instrument. l. contractus. Ab alijs audiui eum tubam veritatis nominari, quòd inspici debeat valor monetæ, quæ currit tempore contractus. Ille enim attendi debet, etiamsi nihil dictum fuerit. Hoc enim tacitè actum videtur inter contractus & contrahentes, vt valor illius temporis contractus inspiciendus sit, vt ff. si cert. peta. le. cum quid, & etiam opinio. sequitur Iacob. de Bel. vi. vt suprà dixi ad idem. 2

Do. Dyn. qui inter alios multum benè & notabiliter in hac materia loquutus est, † istam partem tenet. Et ideo tenet, quia etiam in testamentis attenditur valor & æstimatio intrinseca, quæ currit tẽpore testamenti, vt dict. l. vxorem, §. testamento, & l. modico, supra in princip. alleg. plenè fundat, per quas concordantias hoc constanter tenet, cuius opinio. sequitur Pileus & Guido de Suza. quos supra alleg. & Iacob. de Are. & Guilielmus vt plene not. in d. l. cum quid, si cert. pet. vbi dominus Alb. de Rosa. postquam plures & diuersas recitat opiniones in ista opinio. residet, & etiam eodem titul. l. vinum, circa fin. vbi subdit notabilem rationem, quòd contrahentes de illo tempore & valore currenti tempore contractus videntur sensisse, & nullo modo de tempore futuro cogitasse, nisi hoc appareat, vt ff. de contrahen. emp. l. in lege. & lege Rutilia polla latum, sabbathum. Old. etiã tenet in quęstionibus suprà quotatis, Bal. 3 4

etiam vbi supra tenet istam partem, fundant se etiam præfati Domini Alb. & alij Doct. Moderni legum per iura canonica, quæ hoc videntur probare, & dubitationem decidere ad literam extra de cens.c. olim vbi glo. si clare loquitur, & videtur expresse eod. c. cum canonicis, in text. & gl. & hoc etiam tenet gl. Ber. in c. conquerente, de off. ordi. suprà alle. Guil. in Spe. vbi suprà in tit. de solut. §. nunc aliqua in fin. qui notabiliter & rationabiliter loquitur, istam partem tenet, vbi cōtractus interuenit sicut in casu præcedenti & allegat. fundamenta & iura, quæ non transcribo gratia breuitatis. Cuius opini. sequitur Ioan. Andr. in addi. suis, qui recitat quæstiones Oldr. quas suprà allegat. & quotaui secundum ordinem libri mei.

Et istam opin. Guilielm. Spe. quæ mihi multum rationabilis visa, sequitur Henricus in d.c. quanto, de iureiu. ad literam & alleg. gloss. Ioan. Andr. in d.c.2. de deci. in clem. super verbo, currentis ego habeo medius super verbo consuetam. Hosti. etiā in d.c. quanto, qui latè distinguit, prout vidi etiam in casu, in quo diminuta est pecunia, vel vilior facta est, sicut in
5 casu nostro † tenet idem, videlicet quòd damnum, deterioratio, & diminutio cedit periculo & damno debitoris: quia alias esset grande præiudicium & damnū creditoris, quod esse non debet: & ideo debitor debet soluere in valore, qui erat tempore contractus vel obligationis.

Allegat quoque multa iura, quæ causa breuitatis omitto, quia ibi faciliter videri possunt, & hoc multum in ratione euidenti, etiam si non esset lex hæc dicta at. ipsa iustitia naturalis, vt ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. consequens, & §. sufficiat, ibi, cuius fidem firmare sufficit ex ipsa naturali iustitia, ad quod facit, Institu. de
6 locati. §. fin. & de testi. l. quæsitum. Lex. n. & ratio naturalis loquitur, ff. de statu. hom. l. lex naturę & bo. damna. l. cum ratio in princi. Lex enim est, quę in ratione cōsistit, & dictum ratiōabile, ista debet mouere iudicem sicut lex. Ratio enim est illa, quę legem commendat. 1. distin. c. consuetudo. Et ad istam rationem, quod non debet esse detrimentum Creditoris, facit optimè gl. in Auth. de fideius. §. quod autem, col. 1. glo. super verbo, Ardeat. & super verbo seq. gloss.

Et ista possunt & debent sufficere quo ad præsens in causa breui temporis, non enim esset sanum à tot & tantorum opin. recedere, maximè vbi per iura & rationes iustificatur euidenter & maximè ibi gloss. ordinariç vtriusque iuris ita determinant, quorum opini. tenenda est & in iudicium teneretur, vt dicit Cyn. Iacob. But. Pe. Iac. Bald. in diuersis locis quæ notabo alias si sit opus. † Vnum etiam est 7
quod illorum opinionem in quibus plures concordant & qui sunt maioris authoritatis & est communior & qui consueuerunt in pluribus communiter approbari, sunt in causis dubijs sequendæ & tenendæ specialiter, vbi rationibus & authoritatibus plurium fulciuntur. Ita etiā facit Papa in cle. fidei de summa trinitate & si. cath. in versi. Nos igitur, & ibidē circa finem, ibi. tanquam probabiliora dictis sanctorum, & Doctorum modernorū consonam & concordem, &c. & ita faciendum & seruandum esse dicit text. expressus, 9. disti. c. in canonicis scripturis, quem text. videre placeat facit etiam ad hoc, ff. de excus. tit. l. scire oportet, § erit igitur.

Et firmiter pro nūc credo, quod si sunt 8
opi. contrariæ, licet respectu prædictorū sint paucæ numero, & non tantæ authoritatis, non viderunt forsitan ad oculum graue damnū & præiudiciū, quod est creditori in diminutione monetæ, sicut nos proh dolor hodiè facti experiētia nimis vt experti nouerunt. Et hoc benè tangit etiā Albe. vbi supr. non enim est reducibilis ad valorem debitę materiæ, & ideo nō liberat soluens eam in tam vili valore respectu materiæ. ff. de l. 3. l. quæsitam, §. illud, non est illud omittendum quod hic agitur de dote domicillæ, quæ est eius patrimoniū, vt ff. de nu. l. 3. §. sed verum. Cuius causa in omni loco, tēpore, & casu fauorabilis & in dubijs semp pro dotib. est facien-

facienda interpretatio.ff.sol. matri.l.1.Et istam ratiõem mouit idem dominus, qui primo scripsit,qui vt videtur mihi est notabilis Licentiatus quæ ratio facit ad propositum.Non enim est verisimile attenta qualitate potentiæ & diuitijs patris dotantis,quod cogitauerit de tam vili pecunia quæ in materia tam modicum vellet filiam suam esse contemptam, maximè vbi non habet aliam filiam. Dos enim secũdum qualitatem personarum & quantitatem matrimonij dãda est,ff. de iure do.
9 l.cum post,§. gener, cum concordantijs infinitis. † Nec maritus in alio valore ad restitutionem tenebitur,vt eod. titu.l.res in dotem.

Concludo igitur,quòd solui debet dos in florenis qui currebant, in delphinat. tempore cõtractus & permissionis dotis si reperiantur vel si non currant,vel non reperiantur debet solui de pecunia minuta argentea tunc currenti ad valorem dictorem florenorum ,aliàs si non reperiatur moneta alba quæ illo tempore currebat,soluetur de hodie currenti ad valorem tamen intrinsecæ bonitatis monetæ tunc currentis. Et ista est sententia iurium,& Doctorum supra allegatorum per minutam enim pecuniam æstimatur grossa & aurea , non econtra,vt ff.de solutio. le.Paulus,rubr. Creditorem,aliàs le.Cre- 10
ditorem,& ibi no. per Bart.ibidem,quin quidem nota. ibidem vnum quod facere videtur contra præmissa.Quod vbi debitor non est in mora, deterioratio vel diminutio non debet esse periculo suo, & alleg.ff.si cet.pet.l.Vinum, & nihil aliud ad hoc si hæc opinio esset vera, multum facerent contraria dicta secundum ipsam,non credo veram per ea , quæ dicta sunt, quæ præualent nec fundamentum suum obstat de l.vinum,in vers. Sabinus respond. si dictum esset quo tempore &c. quia ibi loquitur in vino in quo inspicitur valor extrinsecus,† & habetur respe- 11
ctûs ad accidentia,quæ respiciunt extrinsecam bonitatem, aliquando enim illa æstimatio crescit, aliquando decrescit , & ideo ibi inspicitur tempus moræ,nos autem loquimur hîc in moneta, in qua valor intrinsecus non est idem cum extrinseco, imò valdè diminutus & deterioratus,vt de se patet,& ita gloss.& Doctores concordant d. l. Vinum, cum l.cum quid allegat. Quæ alias essent contrariæ vt in qualibet eorum nota. &c. Salua veritate & deliberatione veriori, ampliori deliberatione captata & cuiuslibet correctione,&c.

LAVS DEO.

SEQVITVR CONSILIVM IN MATERIA AVGMENTI MONETARVM, FACTVM PER EXCELSVM COLLEGIVM PAPIENSE.

SVMMARIA.

1 *Ciuitas debens annuum censum an potuit præscribere solutionem ad monetam currẽtem per totum.*

2 *Solutio quem pecuniæ cursum attendere debeat.*

3 *Solutio ad monetam currentẽ nunquid sit præscritibilis.*

4 *Census vtrum præscribi possit Item de subiecto.11.*

Modo ac qualitati soluendi quomodo præscribatur.

5 *Solutiones subsequentes longissimo tempore tollunt dubium,de qua pecunia senserunt contrahentes.*

6 *Decima de qua pecunia soluenda.*

7 *Consuetudo tantum habet de effectu, quãtum de vsu, nec vltra progreditur.*

8 *Præscriptio contra Ecclesiam est quadragenaria. 10.*

9 *Titulus obligationis ex diuturna præstatione ex cursu temporis immemorialis præsumitur sine alia allegatione. 12.*

13 *Alexandrum Macedonem monuit Aristoteles ad conuentorum obseruationem.*

14 *Ciuitati per ciues quandò afferri potest præiudicium in non obseruando conuentis.*

15 *Dominus recipiens pensionem censetur remisisse emphyteutæ omnem pœnam & moram præcedentem.*

Facti species.



1 Casus sic in facto proponitur. † iam supra annos centum, & tanto tempore, quòd contrarium nõ extat hominum memoria, ciuitas Casalis præstare consueuit singulis annis Illustriss. Mõtisferrati Marchionibus: qui per tempora fuerunt, certam summam florenorum ad computum solidorum. 34. cum dimidio pro singulo floreno pro compositione census debiti Marchionatus ipsis, nec non summam alteram pro salario præstãdo prætori ipsius ciuitatis singulis annis, quos flor. omnes tempore prædicto communitas ipsa persolui de moneta currente tempore cuiuslibet solutionis nulla vnquam habita ratione bonitatis monetæ antiquioris. Nouissimè autem Illustr. Marchio sub prætextu, quod propter in obseruantiam proclamationum diuersis temporibus factarum, super cursu monetæ plurimum sint excellentiæ suæ redditus diminuti ordinauit, quod in solutionib. fiendis cameræ suæ de cætero soluatur aureus pro flore. tribus, vel si solutio fiet in moneta quod soluãtur floreni quatuor cum dimidio monetæ nunc currentis pro florenis tribus, quod reincidit in idem, licèt in toto dominio suo, etiam secundum taxationẽ excellentiæ suæ nunc expendatur aureus pro florenis quatuor cũ dimidio, quæritur, an iuridica sit prædicta ordinatio.

Christi, & gloriosissimæ eiusq; virginis matris præsidio ex corde inuocato, omissis leuibus argutiuis, superfluisque resecatis, & veris conclusionibus, ac solidis fundamentis tantùm inhærendo: vt moris semper nostri in consulendo fuit: primò, quæ in fauorẽ principis adduci posse videbuntur, referemus: mox his, quæ in fauorem communitatis stringere existimabimus, in medium deductis, in ipsius fauorem concludemus: postremò, ad obiecta respondebimus.

Videbatur igitur nobis prima consideratione dicendum, validam & iuridicam esse ordinationem prædictam, quia cùm debeatur summa florenorum, de qua in themate ex conuentione antiqua, solutio fienda esset de moneta antiqua, quæ currebat tempore contractus, si de ea reperiretur, sed quia moneta talis nõ reperitur, fienda est solutio de moneta noua & currenti, habita ratione bonitatis illius monetæ antiquæ, cùm moneta noua sit mutata in bonitate intrinseca, vt notissimum est, † & deterior sit. Ita concludunt apertè Hostien. Ioan. Andr. Ant. de But. Cardi Imo. & Panorm. in c. quanto. extra d. iureiuran. per text. apertum in c. olim causam de censi. quem ad hoc etiam notat Anton. de Butr. & Abb. ibi in penultim. notabili, idem tenet Specul. in titul. de obligat. & solut. §. 1. ad fin. Oldra. consil. 13. incipi. cum quæstio esset. & 31. incip. thema tale est. & 250. incipi. factum tale est. vbi dicit idem in quacunque obligatione proueniente ex vltima voluntate, vel ex sententia, vel ordinatione superioris, quem in hoc etiam sequitur Panorm. in dict. capit. olim causam. in penultim. notabili. & Alberic. & Roman. in l. cum quid. ff. si certum petatur. & ibi moderni. idem firmat clarè Bartol. in le. Paulus, column. 2. ff. de solut. quem sequitur Imol. Paulus de Castro. & cæteri 2

ibi in consil.& Barto.in d.l.cùm quid, co lum.vlt.ff.si cert.pet.in l.res in dotem datæ.ff.de iure dot. Card.in Clem.fin.de decim.q.13.& ibi etiam latè in hoc concludit Petr.de Anch.colum.2.post Panormit. & est communis opinio, vt attestatur Alexan.in d.l.cùm quid, colum.pen.& alij moder.ibi.& addit Socin.consi.218.ita tenere communiter Legistas & Canonistas. & procedit præmissa conclusio non solùm in conuentione facta super certa summa semel tantùm præstan.sed etiam in solutione annua, prout est in præsenti casu: quia in suis terminis loquitur tex. in d.c. olim causam, de censi. & ita in specie determinat Bald.in d.c.quanto, colum.vlti. versic.quæro, quid in annua obligatione, de iureiur. & ita etiam loquitur Oldrad. in d. consil. 250. & Speculat. in d. tit. de obligat.& solut. §.1.ad fin. dum loquitur de salario præstando potestati singulo anno.

In his terminis etiam ita cõcludit Bal. consi.pen.& vlt. volum.1. secundùm nouam impressionem. ita etiam tenet Paul. de Cast.in l.fin.princip. C.communia, de leg.idem Albe.de Ros.in l.2. C.de iu.emphy.col.12.dum loquitur de canone debito singulis annis per emphyteutam, de qua moneta solui debeat,& ibi etiam ponunt Moder.& ita etiam tenet in specie, quòd sit fienda solutio de moneta antiqua in obligatione annua, licèt per triginta annos & vltrà facta fuisset solutio de moneta noua deteriora, consuluit D.Signor. de Homod. consil.74. incip. quæstio talis proponitur, per totum. Quinimò etiam si obligatio prædicta nõ processisset ex cõuentione, vt præsupponitur in themate, sed ex legis, vel decreti dispositione. idẽ dicendum videretur: quia licèt Specu.in tit.de oblig.& sol.§.1.ad fin.fuerit in opinione, quòd in obligatione causata à lege vel statuto, attendatur cursus monetæ solùm tempore solutionis, cuius opinionẽ secuti sunt multi, præcipuè Ant.de Butr. & Imo.in d.c.quanto.Pet.de Anch.Card. & Imo.in d.Clem.fin.de deci.Alb.de Ros. & Lud.Rom. in d.l.cùm quid. & Bal.in l. illud, ad fin.C.de sac.san.Eccl. Lud.Rom. 123. tamen contrarium tenuit Panor. latè consulendo, consil.56 incip.quòd solutio fieri debeat, vol.2. cuius opinio optimè probatur ex illa communi opinione, quæ est, quod leges loquẽtes de solidis etiam hodie intelliguntur de solidis aureis legalibus, quorum 72.libram auri constituunt, vt est gl.ordinaria, in c conquerente, vbi Alb.notat de offic.ord.& in c.fi.de iudic.Bart.in l.quoties, de suscept.lib.10.& propterea dixit singulariter Pau.de Cast. in l.fin.in prin.C.commu.de lega.quòd ex quo donatio de iure communi valet sine insinuatione vsq; ad quingentos aureos, l.sancimus, de don.& hodie 72.aurei currentes & vsuales non faciunt lib.auri, sed 96.vt dicit Bart.in l.quoties. C.de suscep. valebit donatio vltra quingentos aureos, quia d.l.sancimus.debet intelligi de solidis, seu aureis legalib.& idem dicit Alexan.consi.40.col.pen.vol.1. Alex. & Mod. in l.fin.ff.de in ius voc. Feli.in d.c.cõquerente.& dicit Bal.in d.illud, circa fi.C.de sac.sanct.Eccle.hoc procedere quoad solennitatem adhibendam in actu, prout est insinuatio. Secùs sit, quoad necessitatem soluendum.

Hæc responsio confunditur manifestè ex eo, quod dicit gl.ordin.in l.quicunq;, in vers.vel viginti solidis.C.de ser.fugit. quæ loquitur de pœna viginti solidorũ, de qua ibi soluen.Et illam gl.sequitur ibi ipse Bal.col.vlti.vers.deinde conuerte ad notabile.& Sali.ibi col.2.& Pau.de Cast. col.3. patet etiam hoc ex his, quæ dicũtur in d.l.fin.ff.de in ius voc.& per Abb.in d. c.fin.de iudic.super veritate tamen istius difficultatis vlterius non progredimur, quia non multùm expedit ad casum præsentem, cum præsupponatur obligationẽ processisse à conuentione: quo casu omnes concludunt fiendam esse solutionem secundùm bonitatem & valorem antiquæ monetæ. Et ex prædictis videtur manifestè iustificari prædicta Principis ordinatio, quia tempore conuentionis aureus forsitan valebat solùm floren.tres, quia moneta tunc currens melior erat.quo cã-

ſu reſpectu bonitatis intrinſecæ,non cenſeretur plus eſſe floren. quatuor cum dimidio de moneta nunc currente, quã eſſent floren.tres illius monetæ antiquæ, quod ſatis manifeſtè apparet,quia aureus qui eiuſdẽ ponderis & bonitatis toto tempore prædicto ſemper fuit nunc, videlicet floren. quatuor cum dimidio, & tempore conuentionis ſolùm fortaſſè tres valebat. & hac ratione putamus eſſe motũ Illuſtr.Marchio.in hac ſua ordinatione.

5 Secundò † cõtra communitatem adduci poteſt,quòd retenta cõcluſione,de qua ſuprà, quòd ſolutio fienda ſit ſecundùm bonitatem monetæ antiquæ, non videtur communiter, licèt longo tempore ſoluerit de moneta currenti, ſe poſſe aliqua præſcriptione iuuare: quia, vt deuidit eleganter Barto.in l.is, qui vſumfructum, ff.quib.mod.vſusfr.amit.creditor,cui ſolutio fieri debet de moneta antiqua, ſi lõgo tẽpore reperitur de moneta noua deteriore recepiſſe, conſeruat ſibi ius ordi. petendo antiquam, quaſi recipiendo nouam dicatur partem antiquæ recepiſſe,vt dicit tex.ibi de eo,qui habet vſumfructũ, ſi ſolum vſum percipiat, & idem tenet Bal.ibi. idem concludit Bart.in l.ſi prius, in princip.ff.de aqua plu. arcen. cum quo tranſit ibi Ang.& ſequitur Aretin.conſil. 112.incip.conſideratis,colum.2.verſi.2.eſt præmittendum. & ita etiam firmat Sign. in d.conſil.74. & licèt Bart.diſtinguat inter creditorem ſcienter recipientẽ,quòd tunc ius conſeruat in toto: ſi verò ignoranrer, ſecùs ſit, quoad effectum præſcriptionis,hoc nullius videtur eſſe effectus: quia ſi dicimus Illuſtriſs. D D. Marchiones recepiſſe monetam nouam deteriorẽ, ſciẽtes deberi antiquam, nullá cucurriſſet præſcriptio,vt dicit Bart. Si verò dicamus eos ignorãter recepiſſe, licèt cucurriſſet iuris præſcriptio, videretur ſaltem concedenda reſtitutio in integrum ex c. ignorantiæ,vt declarat Bartolus in l.prima.§.ſi quid autem. ff.de iti.actuque priuat.

Et licèt ſuper hoc ſint variæ opiniões, præcipuè in præſcriptione 40.annorũ,tamen magis communis videtur opin.quòd concedatur aduerſus eum reſtitutio, vt latè proſequitur Alex.conſ.169. incip.viſo themate,colum.pen.& fin. volum.2. & conſil.84.volum.1.& alibi ſæpè,prout refert latè Felin.in c.vigilanti, colum.1. & ſequen. extr.de præſcrip & tantò minus videtur in caſu præſenti militari pręſcriptio: quia aut fuit quidem cenſus,qui debetur Principi in ſignum recognitionis, & nullo tempore videtur poſſe præſcribi, vt eſt caſus in l.comperit. vbi omnes Doctores notant,C.de præſcrip.40.anno. declarat Pan.in c.ad audientiam, colum. vlt.de præſcript. cum concord. adductis ibi per Felin. in 6.colum.ad finem, & ſequen. Quia ſicuti non poteſt præſcribi ſubiectio. c.cùm non liceat, eod. tit. † ita nec cenſus, qui præſtatur in ſignum ſubiectionis,vt ibi not.per Abb.in c.cùm nobis,colum.4.eod.tit. 6

Poſtremò,videtur ex alio poſſe iuſtificari ordinatio prædicta, quia ad Principem ſpectat limitatum cenſum mouere, vt vnuſquiſque teneatur ſoluere & recipere ſecundùm limitatiõnẽ datam à Principe,vt eſt tex.in l.fin.C.de vet.numiſ.poteſt.lib.11.quem Bart.in l.qui falſam.ff.de falſ. ad Principem enim pertinet approbare vel reprobare monetam. c.quanto, de iureiur.vbi Hoſti.Ioan.Andr.& alij.

Contra priora.

Prædictis non obſtantibus, veram eſſe arbitramur contrariam ſententiam, pro cuius fundamento eſt inprimis aduertendum diligenter,in præſenti caſu non conſtare de aliqua conuentione,ex cuius forma percipi poſſit, an conuentum fuerit de ſoluendo florenos, de quibus in themate de moneta currente tempore cuiuſlibet ſolutionis fiendæ, an verò conuentum fuerit de ſoluendo monetã, quæ currebat tempore conuentionis, vel ſimpliciter,quod idem eſſet.

Cùm igitur ſolutiones ſemper ſubſecutæ fuerint in moneta currente tempore ſolutionis, nulla habita ratione bonitatis

tatis monetæ antiquioris, præsumitur cōuentio talis fuisse, quales sunt subsecutæ solutiones, & consequenter præsumitur conuentum de soluendo moneta currente tēpore cuiuslibet solutionis, pro qua cōclusione mouemur inprimis ex illa decisione famosa Bal. in l. si cert. annis, col. 3. versi. aut non constat de origine causæ. C. de pact. vbi dixit, quòd talis præsumitur causa, qualis per effectum solutionis demonstratur: & qualis apparet solutio talis præsumitur præcessisse cōcessio: mouemur per text. in l. cùm de in rem vers. ff. de vsur. & cum illa decisione Bal. transeunt cæteri scribentes ibi, & eam commendat Alexan. consil. 107. incip. in causa & lite vertente, volum. 1. in prin. Felin. in c. cùm Bertoldus, colum. pen. de re iud. vbi alia similia adducit, & pro hac decisione est bonus text. in c. cùm venissent, de instit. vbi quia non constabat de aliqua cōcessione, dubitatur, an esset personalis, an realis: & deciditur ibi, quòd presumitur realis: & hoc est ex eo, quia vt realis obseruabatur & possidebatur, & propterea talis fuisse præsumitur, qualis demōstratur per vsum & possessionem, vt ibi declarat Ant. de But. in no. & latiùs in c. 1. vers. oppono secundò, col. 8. versi. oppono, cum gl. & Imo. ibi, col. 3.

5 Secundò pro ista opin. † adducimus decisionem D. Mart. Lauden. quam refert & sequitur excellens tunc Doctor Collegij nostri D. Fran. Curt. in suo tract. monetarum impresso, in vlti. q. vbi cōcludit cum D. Marti. Lauden. quòd vbicunq; dubium esset, de qua pecunia soluenda senserint contrahentes, dubitatio ista subleuatur & declaratur per solutiones subsequentes lōgissimo tempore, adducebat doctrinam Ang. in repet. d. l. si certis annis, col. 5. dum ponit intellectum nouum ad l. cùm de in rem vers. ff. de vsu. & voluit, quòd in casu illius l. ex diuturna præstatione nō præsumatur causa & substantia obligationis, sed solùm obligationis qualitas, quę faciliùs percipitur, quàm substātia, vt est gl. ord. in l. talis scriptura. §. fin. ff. de lega. 1. in vers. vniuersa, ad fin. & licèt illa opi. Angel. quantum ad intellectum l. cùm de in rem vers. communiter reprobatur, vt declarat Alexan. in d. l. si certis annis, col. 4. & seq. quia cōmunis est sententia, quòd ex diuturna præstatione præsumatur nō solùm qualitas obligationis, sed etiā tota obligatio & substantia, tamen in se vera & indubitata est illa decisio Ang. quòd talis præsumitur obligatio, qualis demōstratur ex diuturna præstatione, & hoc est, ad quod ponderatur decisio prædicta per D. Martin. Lauden. vt suprà diximus, & per eandem decisionem Ange. consuluit. Idem excellens Doct. D. Sozi. consil. 145. incip. circa primum cōsultationis articulum, colum. penult, ibi enim, quia ex contractu non constabat clarè, qualis esset fienda solutio, consuluit, quòd diuturna solutione certo modo facta præsumendum est, contrahentes sic voluisse & intellexisse, prout in solutionibus posteà factis fuit obseruatum. vt ibi latiùs per eum.

Tertiò, pro ista cōclusione adducitur, † quod in terminis istis consuluit excell. Doct. Moder. D. Philip. Corn. consi. 181. incip. visis nonnullis actis, vlti. char. 2. vol. vbi mouetur potissimùm ista ratione: quòd ex longa pręstatione facta in moneta deteriore declaratur voluntas contrahentium ita fuisse. Cùm igitur præsumatur conuentio prædicta fuisse de soluendo in moneta vsuali, & currente tempore cuiuslibet solutionis, cessat omnis difficultas: quia si à principio conuentum fuisset de soluendo in moneta currente tempore solutionis, nulla haberetur ratio bonitatis monetæ antiquæ, vt probat tex. in Clem. fin. de decim. secundùm verum intellectum: quia dum dicitur ibi, quòd ille, qui habet cōcessionem percipiendi decimas, tenetur recipere secundùm monetam currētem, istud procedit, quia ita ibi in texto fuit expressum, vt ibi declarat Pet. de Anch. in col. pe. post Zenzel. & Paul. & ita est in casu c. 2. ext. de maledict. & in c. olim, extr. de iureiur. vt dicit Panormit. in d. consil. 56. 2. volum. conuentio enim circa modum soluendi, 6

fine dubio inprimis est attendenda: quia contractus ex conuentione legem accipiunt.l.1.§.si cōuenerit.ff.depo. & not.Bar. in materia monetæ, in d.l.Paulus,ad fi.ff. de solut. & hoc etiam voluit Bal. præall. consi.pen.vol.1.ad fin.dum pōderat,quòd ordinatio,de qua ibi dicebat soluendum esse solarium potestati de moneta, quæ currit,nō autem dixerat de moneta, quæ in futurum curreret. vbi per eum.

7 Confirmantur prædicta ex alio: † quia si Illustrissimus Marchio petere velit à communitate Casalis censum, de quo in themate eum non appareat de alia certa forma conuentionis censum ipsum, & se fundaret in antiqua, & iam dudum præscripta, & obseruata consuetudine sic præstandi: & præscriptio sunt strictissimi iuris, & tantum dicitur præscriptum, quantum possessum,&non vltrà,vt declarat Barto.in l.1.§.si quis hoc interdicto.ff. de itin.actuq; pri.Et dicit eleganter Bart. in l.fi.col.3. vers.vnum aliquid quæritur. C.commun.vtr.iud. quòd consuetudo tantum habet de potentia & effectu, quantū de vsu, & proprios facti terminos nō excedit. & dicit notanter Ange.in l.vna est via.ff.de seru.rust.præd.quòd acquisitio, quæ fit per vsum,non fit,nisi in illo tantillo,in quo quis vsus est, & vltrà non extēditur,ponit etiam de hoc Panormit.in c. quoad translationem,in vlt.not.de offic. leg. Bald.in c.1. circa fin.de feud.cognit. & latè hoc comprobat Roma.consil.368. incip.præsens consultatio,col.3.cum seq. & propterea dixit Bart.in Auth.qui rem, prope fin.C de sac.sanct.Eccle.quòd consuetudò dandi in emphyteusim certo modo non potest exerceri alio modo. similiter dixit Innoc. in c.literas,circa mediū, in versic.credimus autem,de restit.spoli. quòd consuetudo faciendi instillationē certo modo,vel certo loco non extēditur ad alium modum vel locum etiam similem,& posset hæc conclusio infinitès similibus comprobari, quæ super omnes cumulatissimè congeruntur, per Felin.in c. auditis,col.6.cum seq.de præscrip.

Cùm igitur consueuerint Illustrifs. Marchiones semper recipere censum in moneta currente tempore solutionis nulla habita ratione bonitatis monetæ, non poterit Illustrifs. Marchio plus exigere, quàm consuetum fuerit semper præstari: quia circunscripta consuetudine præstādi,nihil esset super quo posset intētio sua fundari in petēdo eam certam summam florenorum,de qua in themate.

Addidit Matth. Boys Doctor.

Nota hic pulchram Regulam: Quantum possessum, tantum præscriptū. Nam præscriptio non extenditur ad non possessa,cùm sit strictissimi iuris. Itaq; præscriptio super vno iure, non extenditur ad aliud. Ac proinde seruitutis aquę pręscriptio non extenditur ad seruitutē viç. Et præscriptio in ciuilibus actibus,ad criminalia non extenditur. De hac Regula plures ampliationes & limitationes vide apud Feli.in tit.de præscrip. cap.15. auditis. Item Boër.decis.116. num.4. Gabri.in commu.opi.lib.5.de præscrip. concl.2.ponit ampliationes octo,& limitationes vndecim,in quibus etiam tradit,an consuetudo quoque extendatur. Vlterius adde Balb.de præscrip.2.par.q.2.

Secundò principaliter pro eadem opinione mouemur,† quòd etiam si constare 8 posset de aliqua certa conuentione certo tempore facta, & constaret, quòd de eo tempore melior fuisset moneta, obstaret Illustrifs.Marchioni tam longi temporis præscriptio. Communis enim est sententia,quòd per 30.annos contra laicum,vel 40.contra Ecclesiam currit præscriptio,si debitor in antiqua moneta soluat per 30. vel 40.annos in moneta noua deteriore, vt probat text.in d.c.olim causam.& ibi Pan.ad fin.qui dicit, quòd ista communiter tenetur,quicquid dixerit Hostien.ibi, qui tamen Hosti.loquitur, quando debitor erat in mala fide, & sciebat se debere de alia moneta,quod nō cadit in casu pręsenti: quia semper solutio facta fuit de moneta currente,nec constare potest cōmunitatem sciuisse se soluere debere in alia

alia moneta, & ideò præsumitur in præscriptione tanti temporis bona fides, vt declarat Aret.in terminis istis in d.conf. 1.col.2.& istam opinionem, quòd præscriptio currat in terminis in d. c.olim. tenuit glo.ordin.in c.quodque,col.1.17.q.7. in glo.magna,ad fin.Card.Florent.in d.c. olim, in 4.oppositio. tandem opinionem tenet Io.de Imo.in l.si prius,in prin.ff.de aq.plu.arcen. vbi repræhendit Bart.dicentem,quòd vbi creditor scit deberi sibi de moneta antiqua,conseruat ius recipiendo nouam,per d.l.is qui vsumfructũ,qui. mod.vsufr.amit.quia dicit Imo.quòd ille tex.loquitur,quando quis vtitur parte iuris sibi debiti,videlicet vbi moneta est variata,dicitur recipere aliud pro alio,ideò currit præscriptio cõtra etiam scientem, & quòd moneta mutata in bonitate intrinseca dicitur omninò alia & diuersa moneta antiqua. dixit clarè Bar.in d.l.cũ quid, prope fin. cum quo transeunt alij. istam opin.etiam contra Bar.tenuit Rom. in d.l.si prius. quem legit cum l.post venditionem,eod.tit.&idẽ vult Pau.de Cast. in d.l.si prius,in prin.

Et istam opin.veriorem esse putamus, præcipuè in casu præsenti, in quo nõ solùm per annos 30.vel 40. facta fuit solutio semper de moneta vsuali & currenti tempore cuius liber solutionis, sed tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt in themate præsupponitur,cuius temporis cursum nõ tam præscriptionis, quàm tituli & concessionis obtinet.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aq. quot. & æsti c.super quibus. §.præterea, de verb.signif.& proptereà dicit Cyn. in
9 d.l.si cert.annis, in pen.q.de pact. † quòd licèt nõ præsumatur causa vel titulus obligationis ex diuturna præstatione, nisi allegetur, vt ibi notant omnes: ex cursu tamen tanti temporis, cuius initij memoria hominis non existit, præsumitur sine alia allegatione. Et ita dicũt Ang.& Pau. de Cast.ibi,& sequuntur Moder. idem sequitur Felin.in c.cùm ex offic.col.1. vers. limita quartò.& in c.causam,conf 3.& in c.antecedente,col.5.de præscriptionib.& idem concludit pulchrè Alex.in consil.6. incip.viso themate, vol.1.col. pen. & sequen.

Et proptereà ex cursu tanti temporis acquiruntur etiam ea,quæ præscribi non possunt,vt patet ex his,quæ scribit Felin. post Abb.in c.causam,col.3.& in d.c.cùm ex offi.de præscrip.Cùm igitur tanto tempore,cuius initij memoria nõ extat, facta fuerit solutio de moneta currente, etiam si constaret de allegata compositione & conuentione antiquæ præsumeretur,etiam si non allegetur de solutione talis monetæ.

Et per hoc etiam adducimus id, quod dixit singulariter Ant.de Butr.in repet.c. peruenit,in vltimis verbis,extr.de censi. vbi dicit,quòd si quis deberet singulo anno ducentum,& solueret longo tempore solùm centum,potest allegare se liberatũ fuisse à centum supra,& hanc liberationem poterit probare ex tali diuturna solutione facta solùm in cẽtum.& idem dixit eleganter Rapha.Cum.in d.l.si prius, in princ.ff.de aq.plu.arcen.quia sicut pro solutione 10.annorũ, præsupponitur obligatio,de qua nõ constaret, iuxta d.l. de in rem vers.& in d.l.si certis annis. quanto fortius est præsumenda liberatio,iuxta l.Arrianus.ff.de act.& obl.ita formaliter inquit Cuma.ibi.

Ex quibus omnibus concludendo in fauorem communitatis,dicimus,eam cogi non posse ad soluendum summam florenorum, de qua in themate eo modo, quo fuit ordinatum per Illustris. Marchionẽ, sed solutiones ipsas fiẽdas esse secundùm communem cursum soluendo aureũ pro florenis 4.prout præsupponitur valere in vniuerso dominio Montisferrati.

Superest, vt ad allegata in oppositum respondeamus. Ad primum igitur fundamentum pro contraria opinione adductũ multiplex ex prædictis colligitur solutio. Primò,quòd allegata in oppositũ loquuntur,vbi constat de aliqua certa conuentione certo tempore inita, & etiã cõstet qualis esset bonitas monetæ eo tempore, sed in casu præsenti, nec obstet de

cõuentione, nec de tẽpore ipſius, niſi eatenus, quatenus appareat ſolutio vetuſtiſſima, propterea ſuccedunt ea, quę dicta ſunt in primo fundamento facto in fauorem cõmunitatis, quòd talis præſumitur fuiſſe cõuentio, quales ſunt ſubſecutę ſolutiones. Similiter ſuccedunt ea, quæ dicta ſunt in 2. fundamento, quòd ex quo non cõſtat, quo tempore facta fuerit conuentio, & conſequenter cõſtare non poſſet, an moneta tunc currens eſſet melior vel deterior, non poteſt intentio Illuſtr. Marchionis probari, nec fundamentũ aliquod aſſumere ſuper bonitate monetæ, vt latiùs ſuprà deduximus.

10 Ad ſecundum principale fundamentũ reſpõdetur, primò, quòd ſtãtibus deductis in 1. & 2. fundamento, adducto in fauorem communitatis, nõ eſt opus, quòd communitas vtatur aliquo ſuffragio pręſcriptionis. Secundò reſpõdetur, quòd vbi opus eſſet ſuffragio præſcriptionis, verior & communis eſt ſententia, quòd ſoluens de alia moneta per annos 30. contra laicos, vel 40. cõtra Eccleſiaſt. præſcribit, vt nõ teneatur decætero ſoluere de alia moneta antiquiore, vt eſt caſus in d. c. olim cauſam. ſecundùm cõmunem intellectum, vt ſup. diximus, etiamſi creditor recipiẽs ſciret ſibi deberi moneta antiqua.

Et ad illud quod dictum fuit in ſecundo fundamento partis cõtrariæ de reſtit. in integ. cõcedenda aduerſus præſcriptionem, Reſpõdemus primò, quòd etiam ſi dici poſſet primò, ius competijſſe Principi petendi monetam antiquã, nulla ſubeſſet iuſta cauſa ignorantiæ, propter quã cõcedenda eſſet reſtitutio. Cùm Illuſtr. Marchio & prædeceſſores ſui ſcientiam habuerint obligationis & conſuetudinis antiquiſſimæ, cuius vigore ſoluit communitas Caſalis cenſum, de quo in themate: ſi ergò vigore ipſius cõſuetudinis potuiſſent petere hoc, vtique ſciebat temporibus retrotractis, & ab annis 40. citra ſicuti nunc, nec aliquid noui in facto deuenit in notitia Principis, quod prius nõ intellexerit, ideò ceſſat fundamentum cõcedendi reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem: quia requiritur iuſta ignorantia facti ad hoc, vt cõcedatur, vt declarat Ioan. de Imo. in repet. c. fina. col. 40. verſi. ſed hic eſt aduertendum, extr. de præſcript. Roma. conſil. 187. incip. poſito quòd dicat ad finẽ. vbi dixit, quòd ex ignorantia iniuſta atque ſupina conceditur reſtitutio in integrum, nec excuſat ignorentia eorum, quæ publicè apud omnes nota ſunt. & ſequitur Felin. in c. vigilanti, colum. 2. verſ. limit. tertiò, de præſcrip.

Secundò reſpõdetur, quòd ſtante curſu tanti temporis, cuius initij memoria hominis nõ exiſtat, qui obtinet vim conceſſionis, & cuius vigore præſumitur cõuentum cum Illuſtriſs. Marchione de ſoluendo centum de moneta currente tempore ſolutionis, vt ſuprà latè probauimus: fruſtrà diſputetur de reſtitutione cõcedenda aduerſus præſcriptionẽ, cùm iſta nõ ſit præſcriptio, ſed potiùs pręſcripta cõceſſio, & conuentio. Ad illud, quod dictum fuit, quòd ſolutio cenſus pręſcribi nõ poteſt, iuxta l. comperit. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Reſpondetur primò, quòd ille textus loquitur in cenſu ſeu tributo quod debetur ſupremo Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis & vniuerſitatis dominij, ſecùs ſi debeatur alicui inferiori, vt declarat Panor. in d. c. ad audientiam, colum. vlt. 11

Secundò reſpondetur, quòd hic nõ agitur de præſcribendo cenſu, ſed ſolùm de declarando modum ſolutionis fiendę, quo caſu etiam vbi nõ habet locum præſcriptio, admittitur circa modum præſtandi præſcriptio, vt voluit Spec. in tit. de lega. §. ſupereſt, verſi. illud quoq; quæritur, ſequitur Ant. de But. in c. cùm ex officij, prope fin. de præſcrip. vbi dixit, quòd licèt procuratio, quæ debetur ordinario viſitanti pręſcribi nõ poſſit, vt ibi eſt tex. etiam tanto tempore, cuius initij memoria nõ exiſtat, ſecundùm veram opinionẽ tamen præſcribi poteſt modus ſoluendi ipſam procurationẽ, vt ibi per eum, quẽ etiam refert & ſequitur in hoc Panorita. in d. c. cùm ex officij. colum. 3. & ſequitur

tur Felin.ibi,colum.5.verſ.limita primò. quinimò ſi tenderet præſcriptio in aliquam diminutionem cenſus propter deteriorationem monetæ valida eſſet, per illud quod voluit gl.ordi.in d.c. quicunque.16.q.7.per tex.in d.c olim cauſam,de cenſi. vbi licèt cathedraticum præſcribi non poſſit, ſicut nec ſubiectio c. cùm nō liceat,de præſcript.poteſt tamen præſcribi modo prędicto ſoluendo monetam nouam deteriorem,vt eſt tex.in d.c.olim cauſam,quem etiam ad hoc no.Pan.ibi in 2.notab. & idem voluit Archid.in c.fin.de cenſi.lib.6. Innoc.But.& Imo.in d.c.cùm ex officij. vt ibi refert Felin.col.7.verſic. limita ſeptimò.

12 Tertiò reſpōdetur, † quòd cùm ſimus in curſu tanti temporis, cuius initij memoria nō exiſtit, admitteretur præſcriptio ſaltem in vim pręſumptæ cōceſſionis, quæ ex tanto curſu temporis pręſumitur, vt latè probat Felin.in d.c.cùm ex officij. col.5.verſ.limita quartò.& in c.accedentes,col.5.eod.tit.

Ad tertium principale fundamentum reſpondetur, quòd ibi allegata procederent,ſi Princeps limitaſſet curſum monetæ,quòad omnes in dominio ſuo,ſed quòad ſubditos curſum & valorem taxauit vno modo. Et ad ſolutionem fiendam camerę ſuæ aliter,vt ex themate colligitur, quo caſu cùm vigore compoſitionis communitas Caſalis nō tenetur ſolutionem facere, niſi ſecundùm communem curſum & valorem monetæ tempore fiendæ ſolutionis,vt probauimus,nō poteſt excelentia eos aliter cogere: quia diceretur cōuentioni antiquæ cōtrauenire exigendo plus quàm illius vigore communitas teneatur. certum autem eſt, quòd etiam Princeps ligatur ex contractu, nec ei cōtrauenire poteſt, vt decidunt Cyn. Bart. & alij in l.digna vox. C.de legi. eſt text. in c.1.de probat.quem notat Abb. ibi in 1. & 2.notab. & Ant.de Butr.& Imo. & latè hoc concludit & proſequitur Felin. ibi, colum.1.& 2. & ideò Bald.in l.1.in princ.

13 ff. de pact. † refert Ariſtotelem admonuiſſe Alexand.Regem,quòd cōuenta obſeruaret, aliàs malus finis ſequeretur. Et ita cōcludunt Moder. ibi. & multa etiam ad hoc cumularunt Barbat.in conſ.1.volum. 1.in 1.charta. & Alexan.in conſ.1. volum. 2.colum.4. & ſequen.& conſil.vlt.volum. 4.colum.5.Canoniſt.Moder.in c.nouit,de iudic.poſt Aretin.& alibi ſæpè.& proptereà in materia monetæ dicit tex. in d.c. quanto,de iureiur. quem not.Hoſti.Ant. de Butr.& alij ibi, quòd in perniciem & iacturam populi non poteſt Princeps monetam approbare vel reprobare ſine cōſenſu populi,qui ex hoc lęderetur.

Nec nos mouet vnum, quod allegatur in ordinatione prædicta, quòd propter inobſeruantiam proclamationum plurimùm ſint redditus Marchionales diminuti: quia reſpondemus primò,quòd ex quo proclamationes non fuerunt obſeruatæ ſciente & patiente Principe: videtur Princeps tali cōtrauētioni acquieuiſſe. Et propterea de his non poteſt fieri fundamentum contra communitatem,vt eſt gloſſ.ordinaria & famoſa in c. in verbo, frangere, ad finem, de treug.& pace. quam ibi notat; & ſummè commendat Cardinal.Imol.& Panormita.& quem latè multis authoritatibus exornat ibidem Felin.colum.3.& ſequent. & propterea conſuluit in terminis monetæ D.Franciſ. de Aretin.conſil.11. incip. procedendum eſt breuiter, colum.3. quòd ordinatio facta ſuper curſu monetę, præiudicat, nec ligat ſubditos, ſi non fuit obſeruata ſciente & patiente Principe,qui eam facit,per gloſſ.prǽallega.& ibi etiam concludit Aretin.quòd non requiritur inobſeruantia longa & pręſcripta per annos decem, ſed ſufficit ſimplex inobſeruantia, alleg.Anton.de Butr.& Panormit. in c.quia circa, de conſanguinit. & affinita. vt latiùs per eum.

Secundò reſpōdemus, quòd ex quo agitur de præiudicio inferendo ipſi cōmunitati,quæ tenetur ad cenſum prędictum, contrauentio vel inobſeruantia ſubditorum & ciuium dictæ ciuitatis, etiam ſi omnes homines particulariter cōtraueniſſent,nullum afferret præiudiciū ciuitati,

14 t, nisi vniuersitas consilio conuocato deliberasset similiter non obseruare, vt est doctrina Bart. in l. aut facta. §. fina. colum. vlt. ff. de poen. Ioan. And. in Nouel. & Gemin. in c. foelicis. §. si. de pe. lib. 6. Pan. in c. dilectus. vbi eleganter de simon. cum alijs concor de quibus per Felin. in c. cùm omnes, colum. . de constit. & in d. c. dilectis, de simon. & per Modern. in l. ciuitas. ff. si cert. pet.

Tertiò respondemus, quòd ex quo nô obstantibus proclamationibus prædictis, semper recepit solutiones secundùm cursum monetæ, censetur remisisse omnem pœnam, moram, vel interesse, quod obtalem inobseruantiam posset prætendere, vt colligitur ex doctrina Bart. in l. Aemilius, in prima oppos. ff. de min. & declarat latiùs Aret. cons. 150. incip. visis diligêter, col. pen. vbi allegatur etiam idem quod voluit Bal. in c. 1. circa prin. quo tempore miles, quòd si post annum dominus recepit vasallum ad obedientiam, videtur remisisse omnem moram & ingratitud. nê, per quam potuisset vasallus feudo priuari. ad idem benè facit, quod notant Salic. & alij in d. L. C. de iure emphyt. contra
15 Bart. ibi, vbi concludunt, quòd dominus recipiens pensionem, censetur remisisse emphyteutæ omnem pœnam & moram præcedentem, de quo etiam ponit Alex. cons. 113. incip. viso & diligenter considerato, vol. 4. col. 1. & ponunt Moder. latè in d. l. 1. col. 7. de iur. emph.

Præterea, si non fuerunt proclamationes obseruatæ, id potiùs adscribendû est culpæ Principis, ad quem pertinebat obseruari facere, iuxta nota. in d. c. quanto. & in d. l. fin. C. de vet. num. potest. sed credimus proclamationes ipsas nô fuisse obseruatas, quia moneta indies deterior fiebat, & magis ærosa, vt verbo vtamur Iureconsul. in l. creditor, in prin. ff. de solu. quem ita intelligit Hosti. Io. And. & communiter alij in d. c. quanto. & istud satis apertè demonstratur: quia postremò Illustriss. Marchio limitauit valorem aurei in libras 7. & solid. 4. quod non fecisset, si monetæ currentes tunc essent eiusdem bonitatis, cuius erât tempore, quo aureus longè minus valebat.

Hæc sunt, quæ nos & iustè, & æquè in proposito casu existimamus.

Et ita diximus & consuluimus sæpissimè, re ipsa inter nos discussa, & accuratissimè examinata, intis esse nos Ticinen. Collegij Iurisstarum Doctores, & in fidem per Scribam nostrum subscribi, solitoque sigillo magno subsignari iussimus: & hoc saluo semper & saniori consilio. Ex Papia, die 16. Ian. M. C C C C C. X I. Indictione X I I I I.

Addidit Matth. Bois I. V. D.

Notandum ad num. 8. suprà, hanc decisionem quoad qualitatem monetæ soluendæ, ita quòd debitor 30. annorum spacio in foro Ciuili, & 40. in foro Ecclesiastico in currenti vel alio debiliori moneta soluendo sit securus, quod communiter Doctores sequuntur atque probant, licèt in Camera Imper. aliter aliquando sit obseruatum. De quo vide quæ suprà notaui ad Brun. limita. 4. in fin. de monet.

Τῷ μόνῳ θεῷ δόξα.

SEQVI-

SEQVITVR AVTHORE CAROLO MOLINAEO GALLIAE ET GERMANIAE IVRISCONSVLTO PRAESTANTISSIMO DE MVTATIONE MONETARVM,

Tractatus elegans, quem author in 11. quæstiones digessit.

Additio Ren. Budelij Rurem. L.

IN his quæstionibus 11. summè notandum & præsciendum est. Quod siue versemur in annuo reditu redimibili, etiam cum expressione ista, de reddẽdis ijsdem, siue totidem speciebus expositis, vt habet quæst. 1.

Siue simus in obligatione speciei vbi numi pactum illud valeat disceptatur vt in quæst. 2.

Siue simus in mutuo dato certarũ Monetæ petiarum seu specierum vt habet. quæst. 3.

Aut si casus proponatur in contractu emptionis & vendit. vt habetur in quæstio. 4.

Vel si versemur in retractu proximitatis vt in quæst. 5

Vel si simus in contractu redemptionis per venditorem alicuius rei vt habet quæst. 6.

Vel, si facti species sit talis. Vendo Castrum. 1000. librarum Turonẽsium cum pacto adiecto, vt si redimere velim, tunc distinct. 1000. libræ in similibus speciebus numerarentur, vt est in quæstione. 7.

Vel si versemur in contractu dotis per soluendæ, siue repetendæ, vt quando primi promisit filiæ aliquot centum aureorum in auro sub certis tamen terminis soluendorum in dotem vt quæstio habet 8.

Vel si simus in debito ex deposito proueniente improprio, videlicet quando recipiens pecunia in depositum conuersa vti poterit vt habet quæst. 9.

Siue etiam versemur in legato relicto per testatorem vt habetur in quæstio. 10.

Vel si disputatio incidat de obligatione siue Speciei, siue Generis, Ad quem valorem, intrinsecumne, an vero potius extrinsecum & indicaturam respicere debeamus vt prolixa habet quæstio. 11.

In his inquam quæstionibus & similibus ponit pro vna Maxima regula Molinæus, eoque Resolutiones harum & similium dirigit, debere videlicet non intrinsecum, sed extrinsecum valorem, publice approbatum & receptum, & cum quidem qui contractus & non solutionis tempore frequentabatur, nos respicere, & iuxta illum controuersas quæstiones dissoluere. Ampliationes & limitationes istius Regulæ habentur infrà nu. maiori 809. minori 119.

SVMMARIA.

1 *Quæstio talis est: Quidam mille daleros accepit in aureis coronatis vel daleris Ioachimicis & promisit quinquaginta in annos singulos, pro annuo reditu. promisit quo*

 que

que eam sortem mille dalerorum in iisdem speciebus restituere, valebat autem coronatus aureus vel dalerus Philippicus tempore contractus minoris, & nunc redemptionis tempore pluris astimatur. Itaque illud augmentum debitor computat, & sortem mille dalerorum in aureis coronatis vel daleris offert prout accepit, creditor verò recusat ob id quod dictum sit in iisdem speciebus restitui, atque ita tot species, quot opposuit, postulat. Deciditur hic pro debitore, vt illi augmentum cedat, sicut quoque decrementum, si aurei decreuissent ei debitori nocuisset. salua manente creditori sua sorte in iisdem speciebus soluenda. Rodol. Campb. L. Conferant c. Quæst. Monetariarum cum his, cui placet, L. Budelij nonum supra positum vbi pro creditore concluditur.

2 *Aequalitas inter debitorem & creditorē seruanda.*

3 *Damnum decrementi spectat ad debitorem, ergo ad eum quoq; spectat augmenti lucrum.*

4 *Sententia authoris ad facti speciem propositam in Senatu Parisiensis comprobata.*

5 *Probat author similibus facti speciebus suam sententiam comprobatam & numer. 6.*

7 *Ratio decisionis principalis quæstionis, duplex.*

8 *Altera decidendi ratio. Ne duplex commodum sequatur creditorem.*

9 *Moneta data ad negociationem attenditur, vt quantitas.*

10 *Augmentum vel decrementum monetæ superueniens an attendendum.*

11 *Socijs varias monetæ species conferentibus, quantitas, non species spectanda. Extenditur nu. 12. 13.*

14 *Vocula*, in eisdem vel totidem speciebus, *quid notet.*

15 *Responsio ad rationem dubitandi. & nume. 16.*

17 *Aureo specifice debito, non à valore, augmentum & decrementum debetur.*

QVAESTIO XC.



Onagesimò quæro, Anno sesquimillesimo quinto cùm aureus solaris exponeretur pro triginta sex solidis Turonensibus tantùm, quidam pro bis mille quingentis Francicis, sibi numeratis in mille trecentis octoginta & octo solaris, & triginta duobus solidis Turonensibus, vendidit & constituit ducentos Francicos Turonenses reditus annui redimibilis pro eadem summa 2500. Francicorum in eisdem speciebus soluenda: tandem post triginta annos, videlicet anno 1525. cùm solaris aureus quadraginta quinque solidis Turonensibus iudicaretur, debitor redimere volens offert nongentos quinquaginta quatuor solatos cum viginti solidis Turonensibus pro sorte creditor recusat, nisi trecēti septuaginta octo solares aurei cum sexdecim solidis Turonensibus addantur: quoniam ex lege contractus sors in eiusdem & sic totidem speciebus reddi debet. 686

Replicat debitor de eisdem quidē speciebus, nō autem de totidem corporibus conuenisse: quandoquidem non de certa specie monetæ, & multò minùs de certis corporibus vel certo numorum numero actum sit, sed de certa pecuniæ quantitate duntaxat, quam quantitatem reddi sufficiat. Vnde licèt eadem quantitas in eisdē speciebus ex pacto reddi debeat, ita tamē accipiendum & deducendum, ne ea quantitas excedatur, alioquin non eadem, sed maior sors reddi diceretur: quod cùm absurdum, tum impossibile est in obligationem deduci.

Ad hanc bicipitem replicationem dupliciter duplicat creditor: primò, ad primum caput, quòd non sit actum de totidē corporibus, respondet, quòd ex hypothesi

pothesi nō solùm quantitas conuenta, sed species numeratæ sunt in obligatiōe, saltem in dispositione, si debitor redimere velit. Patet, quia dictæ species non sunt hic in simplici solutiōe seu facultate soluendi, sed in necessitate præcisa & de forma redemptionis, quæ variari nequit, cū certos suos & specificos limites semel ex ipsa reali numeratione tempore contractus acceperit. Et sic non inspicitur quid postea siue augmenti siue decrementi accidat. l. Rutilia Polla. de contrahen. emp. & vendit.

Ad secundum verò caput, fieri nō posse, vt maior sors deberi possit, respōdet, nec hodiè etiam totidē speciebus aureorum redditis maiorem sortem vel summam reddi: quia à tempore contractus minuta & vsitata moneta maiori æris per fusione tanti vel pluris deteriorata fuit, quanti solatorum indicatura creuit, &
1 verum est, vt ex multis monetalium præfectorum relationibus cognoui: & sic in effectu non dicitur creuisse, sed potiùs imminuta esse indicatura solatorum aureorum: quia licet tempore contractus non valeret nisi triginta sex, nunc autem quadraginta quinque solidis, tamen quadraginta quinque solidi ex his, qui currunt tempore redemptionis, non valent vltra triginta sex ex eis, quæ currebant tempore contractus, imo adhuc minus valent.

Aurei autem ipsi non sunt exinde facti de meliori, sed nec de eodem vel æquali, imò deteriori auro, in tantum quòd aurei dicti temporis valerent hodiè non solū quadraginta quinque, sed plures solidos huius temporis. Et si cùm augmentum extrinsecum preciosioris pecuniæ, in qua debet fieri solutio, processerit ob deteriorationem minutioris monetæ, non est illud augmentum deducēdum, etiam si aurei non sint principaliter in obligatiōe, nec ad certum numerū, sed accessoriè ad quantitatem librarum principaliter debitam vel refundendā, vt latè decidit Alb. Bru. tracta. de augm. cōcl. vlt. decl. 6 & fall. 2.

2 † Confirmatur, quia alioquin non seruaretur æqualitas, sed creditor haberet omne & multiplex damnum, debitor verò nullum damnum, sed omne lucrum & commodum secutæ deteriorationis intrinsecæ, & augmenti extrinseci. Patet, quia ex hypothesi referendo ad solidos, & statum, qui erat tempore contractus, mille aurei hodierni nō plus valent, quā mille ex illis, qui tempore contractus numerati sunt: Imò minus valent intrinsecus, vt in confesso est: nec etiam plus valent extrinsecus, sed potius minus: quia non valent maiorem numerum solidorū, referendo ad antiquos, sed minorem: quadraginta enim solidi hodierni non valēt, triginta sex de antiquis.

Si igitur creditor cogatur hodie nō solùm recipere aureos nouos, sed etiā sub minori numero, habebit duplex incommodum: quia primò cogeretur recipere aureos minoris probitatis quam dederit: secundò, non tot, sed minori numero, & deducetur creditori augmentum extrinsecum superuentum, nec tamen satis fiet
de decremento extrinseco, † & sic vtrunque extremum mutationis & intrinsecæ & extrinsecæ cederet lucro & commodo debitoris, vtrunque verò damno creditoris: quòd non solùm videtur iniquum ob inæqualitatem, sed exorbitans contra regulam iuris communis, qua periculū spectat ad debitorem. l. incendium. C. si cert. petat. 3

Resolutio pro debitore.

Quid dicendum? Breuiter lōgiore disputatione omissa (multa enim hinc inde 168
occurrunt in hac argumentosissima quæstione) cū super ea lite cōsultus fuissem, † 4
respondi pro debitore, licèt non ignorarem nō diu contrarium à quibusdam ἀχρι. Consiliis pro creditore iudicatum fuisse in pari caussa, contra quam consuluerā, sed tā firmis & solidis legalis æquitatis (quæ mihi peculiaris est) rationibus sententiā meam niti sentiebam, vt non cederem: tādem re in supremo hoc Senatu maturius discussa, vicit æquitas & veritas, & pro debitore pronunciatum est.

† Et

5 † Et rursus est in simili caussa : cùm Francisca *de Ferrieres* vellet redimere reditum . huiusmodi ducentarum librarum constitutum pro mille ducentis solatis, tempore quo solatus valebat 40. solidos tantùm, & tempore quo agebat ad redemptionem, valebat quadraginta quinque solidos, per sententiam præfectorum libellorum supplicium Palatij in sequendo oblationem Do. Ioannis *Hennequin* & Anna *Mole* eius vxoris reorũ & creditorum, iuxta clausulam contractus, quo ita pactum fuerat : dictum est quòd actrix posset redimere soluendo mille ducentos solatos præcisè, sine deductione augmenti: reliqua verò reditus in moneta vsuali, & actrix in expensis litis condemnata: quæ appellauit, & per arestum, latum die decimoquarto Februarij, anno 1539. dictum fuit malè iudicatum, & quòd posset redimi reddendo mille quadringentas libras Turonenses, in eisdem speciebus solatorum, vsque ab currentiam duntaxat dictæ summæ. 2400. librarum Turonens. & inspecto valore solatorum nunc currenti (id est, deducto augmento extrinseco) creditores verò damnati expensas tam causæ principalis, quã causæ appellationis, & bene.

6 † Idem in simili causa fuit iudicatum per aliud arestum die prima Martij, anno 1538. inter Iacobum *Raoul* Doctorem medicinæ, & Dominum Ioan. *de la Haye* consiliarium eiusdem senatus, non obstante forma & clausula contractus contraria, & bene. Sed in quantum in præcedenti aresto vidua actrix cõdemnata fuit ad reliqua reditus vsque ad diem redemptionis vel consignationis realis dictarum 100. librum Turonensium sortis, in dictis speciebus cum reliquis tempore consignationis realis debitis, error fuit ex communi Doctorum sententia, quæ falsa est & erronea, quod nondum detectum fuerat, prout nouè & plenè deteximus, suprà quæst. 39. sed deinceps etiam in iudicijs cedere debet communis error veritati per nos detectæ. Redeũdo ad decisionem q. nostræ ratio & probatio decisionis est duplex.

Prima, † per locum ab eadem contrariorum disciplina. l. secundum naturam de regul. iur. quoniam casu conuerso, si tempore redemptionis diminuti essent aurei, nec valerent nisi viginti, & triginta solidis Turonensibus tamen teneretur debitor supplere tot aureos, vt conficerent summam sortis, videlicet bis mille quingentos francos, nec sufficeret dare tot aureos, quot recepit : alioquin non redderet sortem integram. Vt igitur superueniens decrementum aureorum non debet cedere damno creditoris, ne minorem, quàm tempore numerationis inspectore vera dedit, sortem recipere cogatur: ita superuentum tempore redemptionis augmentum aureorum nõ debet cedere lucro creditoris, vt maiorem quã dedit sortem exigere possit, sed sicut iustè peteret suppleri decrementum, ita debet pati deductionem augmenti, vt nec minuatur, nec excedatur, sed eadẽ seruetur sors : & pariter debitor non debet hoc casu in damno, nec priore casu in lucro versari, sed vtrobique seruanda æqualitas. 7

Secunda † ratio, quia creditor non debet ex eadem negociatione duplex commodum vel lucrum habere: sed hic creditor habuit quotannis summum ferè lucrũ duodecimam & decimam tertiam: igitur non debet habere lucrum augmenti aureorum, vel eiusdem sortis, ex qua fructũ percepit. Ita decidit Claudius de Seycello, in l. si ex legati causa. col. 1. de verb. oblig. sequitur Franc. Purpura in l. cũ quid, nu. 168. de re credi. 8

† Altius & radicitus declaro, quia ex quo certi aurei, seu quælibet certa species monetæ datur ad negociandum, & lucrũ vel commodum salua sorte, necesse est ꝙ ea species aureorum vel monetæ deducatur in dispositionem principaliter, 9

non

non tanquam certa species monetæ, nec sub ratione certorum corporum, sed tanquam quantitas,& sub ratione vnius certæ summæ pecuniæ, quæ ex corporibus, vel speciebus numeratis resultat, tempore numerationis inspecto. Et sic ea sors semel limitata & determinata non potest amplius augeri vel minui in se, prætextu augmenti vel decrementi specierum numeratarum ex interuallo superuenientis.

10 Cum † enim id ageretur ab vtraque parte, vt species numeratæ darentur ad statim negociandum, vtque mox in negociationem expenderentur (quod fieri non potest, nisi sub ratione & mensura valoris tempore numerationis currentis) sequitur quòd augmentum, vel decrementum earundem specierum ex interuallo superueniens prorsus impertinens est: quia nõ facit plus vel minus retrò numeratum fuisse, nec negociationem ipsam pinguiorẽ vel minutiorem retrò fuisse:& sic semper inspicitur & retinetur eadem ipsa sors, quæ fuit ab initio.

11 Vnde † si plures mercatores contraxerint societatem certæ negociationis, & certas quisque summas sub varijs speciebus contulerint, alter in solaribus, alter in coronatis, alius in alia specie monetæ, tempore diuisionis societatis, quo quisq; sortem suam seu capitale ante superlucri distributionem percipere debet, inspiciendus est valor duntaxat, qui erat tempore collationis: quia ille demum valor, illa tantum quantitas, quæ tunc erat collata, est posita & conuersa in commune, cùm statim tanti, quanti tunc erat in negociationem communem expensa fuerit:& sic sine posteà tempore diuisionis creuerit, siue decreuerit valor seu cursus collatæ monetæ, non debet quod superuenit attendi, sed solus cursus, qui erat tempore collationis: idem in similibus.

12 Et † quod dixi de societate, amplio primò, etiam, si expressum sit, quod finita societate, quisque percipiet capitale suum, vel quantitatem à se datam in eisdem speciebus.

13 Amplio secundò, † etiam si collatio non inceperit à nominibus quantitatis, putà tot librarum, sed nominibus corporum vel specierum: putà si actum sit quod conferrent tot aureos,& totidem præciperẽt: vel si vnus simpliciter contulit centum aureos, ita vt finito anno vel finita societate perciperet centum aureos, & interim multùm excreuerit æstimatio seu cursus aurei, non momentaneus (qui non attenderetur) sed stabilis, etiam si non publica expressa authoritate, sed inter mercatores & commercijs similis societatis, vt per Angel. in l. æris, C. de collat. æris, libr. 10. debet illud incrementum de capitali deduci, & inter socios diuidi, quamuis in hoc nominatim contrarium consuluerit Philip. Corn. 279. consului libr. 1.& pessimè, vbi solùm fundatur in vulgata illa opinione, de qua per Doct. in l. cum quid. in l. vinum, si cert. petat. quæ etiam si esset vera, non potest habere locum in hoc casu, & similibus. & eam discutiemus infrà quæst. 196.

Et contra, si non ad momentum, sed lõgam durationem decreuerit cursus aurei, debebit de communi suppleri,& reddi in ea æstimatione & cursu, in quo erat tempore collationis, & conuersionis in rem communem. Non enim hic tanquam species, sed tanquam quantitas conferuntur: nec cedunt in societatem, nec prosunt societati,& communi negocio, in quantùm illa vel altera species, sed in quantum tanta quãtitas, meritò hæc, quæ hic est formalis,& propter se, seu finalis, debet attendi non autem materia, species, vel forma particularis ipsius monetæ, quæ hoc casu accidentalis est remota & impertinens.

Non † obstant dictæ clausulæ (in eisdẽ vel totidem speciebus) quia debent intelligi rebus sic stantibus, & secundùm materiam subiectam: prout etiã secundùm ius intelliguntur, salua diminutione pro rata in casum damni. 14

Et in prædictis intelligo de variatione, quæ accidit, non immediatè post nudã collationem, sed post collationem actu efficacem, videlicet post vsum & exercitationem societatis, alioquin si Calendis

Ianuarij conuenerit de societate inchoanda, & exercenda à Calendis Aprilis vsque ad annum vel aliud tempus, non debet attendi valor, qui erat ante Calendas Aprilis, si quis ab initio pacti vel interim cōtulerit: sed cursus qui erat Calendis Aprilis, tempore quo cœperit exerceri communis negociatio, & in communem vsum pecunia conuerti.

15. Redeundo ad † principalem quæstionem nostram, non obstat, quòd ex hypothesi nō solùm quantitas summæ resultantis, sed etiam species ipsæ numeratæ, seu earum qualitas sunt in dispositione. quia verum est quòd sunt in dispositione, quantùm ad hoc, vt sors non debeat reddi in qualibet cuiusuis vilis monetæ materia, vel etiam in æquè bona materia, sed specie formave exotica, vel quæ non ita de facili expendi possit in præiudicium creditoris, sed vt sors debeat reddi in similibus, & æquè commodis, & permutabilibus speciebus, non autem certus eorum numerus in dispositione est, nec vllo modo hic esse potest in præiudicium debitoris, vt plenius in quæstione sequenti. Vltimò,

16. non obstat quòd † dictum est augmentum extrinsecum prouenire ob deteriorationem hodiernæ monetæ, & quod iniuria fieret creditori, si ei imputaretur augmentum extrinsecum, detrahendo de numero antiquo aureorum, non supplendo intrinsecum eorum valorem antiquum.

17 Quia † posset procedere, si aurei deberentur per se absolutè, non autem quando sub ratione certæ quantitatis & summæ, quam tempore contractus conficiebant, & quæ posteà excedi non potest, vt hic, & in fortioribus terminis infrà quæstione nonagesima secunda.

Ex his deciditur quæstio quam nuper vidi in facto. Debens huiusmodi reditum quinquaginta aureorum solatorum redimibilem & constitutum olim pro 700. aureis solatis, aureo tunc valente triginta sex solidos tantùm, passus est fundum suū subhastari & vendi per decretum: executor imperitus distribuens precium creditoribus anno 1554. soluit creditori huius reditus reliqua in aureis solatis, quin etiā sexcentos solatos pro sorte principali, sine aliqua diminutione extrinseci augmenti aureorum, idque in præsentia & de consensu procuratoris debitoris, qui post quatuor annos habet rescriptum restitutionis ad repetendum augmentum aureorū, tam de reliquis, quàm de sorte. Respond. clarissimum per prædicta rectè agi: plus dico non opus esse rescripto, nec aliqua restitutione, per ea, quæ dixi de conditione indebiti, supr. q. 18. ad finem.

SVMMARIA.

1 *Clausula de redimendo in ijsdem speciebus an valeat.*

2 *Reditus annui redimibiles an ad certā monetam constringi possint, nu. 3. 4. 5.*

6 *Fœnerator summè lucrosum reditum recipiens, non est audiendus.*

7 *Sorte existente in specie rara vel minus frequenti relutio fieri potest in alia proba moneta.*

8 *Idem si ipsi contractus essent frequentes, ipsæ relutiones raræ.*

9 *Data sorte in multiplici specie, pacto nō fit, vt non alia proba fiat relutio.*

10 *Creditor si nihil eius interfit, recipit necessariò aliam probam monetam.*

11 *Cuius expensis moneta sit probanda.*

12 *Probatio monetæ est duplex.*

13 *Probatur aurum per aquam chrysulcam, & per ignem.*

15 *Probatio ad Lydium lapidem præfert.*

QVAESTIO XCI.

Nonagesimoprimò quæro, an in huiusmodi reditu valeat ea vulgata clausula de redimendo in eisdem speciebus † duntaxat? Videtur quòd non, 1
quia primum necesse est certam quantitatem sortis ad vsum debitoris peruenire, vt in rem eius conuertatur: deinde reditū annuum non excedere duodecimam dictę sortis ad summum, argum. d. l. eos. Tertiò, necesse est debitorem perpetuam & liberam facultatem habere luendi, seq; liberandi.

randi, eadē quantitate sortis cum reliquis si quæ debeantur, oblata. Ex quib. necesse est pecuniā, quæ pro sorte numeratur, deduci hic & numerari sub ratione simplicis quantitatis: non autem sub ratione certorum corporum vel specierum monetæ.

2 Ergo necessarium videtur, debitorem † semper liberari posse, eandem quantitatem sub qualibet approbata moneta restituendo, nec posse astringi ad certas etiam numeratas, duntaxat species restituendū: quia hoc modo facultas redimendi non est libera, sed coarctata, quod est contra substantiam horum redituum, vt suprà quæsti. 50. Confirmo, quia fœnerator, qui vult huiusmodi concessum fœnus exercere, tenetur sortem congruam prærogare, non in certa quadam specie monetæ, sed in qualibet commoda & approbata, & ea prærogatio sortis in qualibet congrua & approbata moneta est de substantia. Igitur sicut creditores habent facultatem de qualibet congrua & proba moneta sic fœnerandi, ita debitores debent habere liberam facultatē luendi de qualibet cōgrua & proba moneta. Creditor verò volens hoc restringere, certare videtur aut de cō modo vltra rationem simplicis duodecimæ, aut de arctanda libertate luitionis, quorum vtrunque illicitum est.

3 Quibus non obstantibus † puto dictā clausulam non esse excessiuam, sed validam sub temperamento boni & æqui. potest enim esse, & sæpè vsu venit, quòd creditor non erat sortem numeraturus in pecunia aurea, sed in argentea vel minuta moneta: debitor autem siue profecturus, siue prædium auitum redempturus, quod non poterat redimi, nisi in aureis solaribus, specialiter illis indigebat: ideò noluit vendere reditum, nisi haberet sortem in aureis. Ex eisdem autem causis iustè creditoris interesse potest, solares potius aureos retinere vel recuperare, quàm aliam speciem monetæ, eò quòd facilius aureis fœnerabitur, vel fundos acquiret, quàm alia specie monetæ.

4 Cùm ergo non solùm creditorum interfit (alioquin hoc solùm non sufficeret per not. suprà) sed etiam debitorum, quibus vt plurimum præsertim in magnis summis, vtilius est in huiusmodi aureis sortem accipere, quàm in alia viliori moneta, iustum est pactum: non solùm enim vsus simplicis quātitatis æris alieni in genere necessarius est, sed etiā quādoq; vsus certæ speciei monetæ. † Et sic dicta clausula non est reprobanda, sed cum æquitatis temperamento accipienda, veluti primò, quòd propter defectum vnius aurei tantùm, si debitor suppleat in proba moneta æquiualenti, non debet reprobari oblatio. 5

Idem de tribus aut quatuor aureis in magnis summis, quia propter tam modicum defectum non dicitur probabiliter interesse creditoris, nec de tam leui defectū curandum est, l. quamuis, de conditio. & demonstrat. Bald. pro hæreditarijs. colum. 2. de hæred. actio. Anton. Corsetus in tractāt. de minimis. Idque eo magis, quo reditus est grauior, & quo diutius perseuerabit, & maximè si creditor nihil de reliquis remittit, sed vel cum puluisculo certat exigere. Fœnerator † enim præsertim qui summum hunc & lucrosum duodecimæ reditum recepit, non est audiendus, si nimis onerosus esse pergat, vel nimis acerbus exactor, l. si seruos. C. de pignor. actio. l. si benè. de vsur. quod esset, si propter vnum vel alterum aureum deficientem, vel paulò leuiorem, vellet totam oblationem cauillari, nec admittere debitorem, qui fortè prædia redemptionis causa vendit, vel eius procuratorem ad supplendum quod deest in proba moneta, sed vt semper totus reditus currat. Huiusmodi nimis sordidas & infestas scrupulositates spernere iudices debent, dicta l. si seruos, dicta l. si benè facit, l. sicut, §. si debitori. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. 6

Secundò, si † creditor sortem numerauit in specie rara, minutā; frequenti, putà in antiquis aureis vel desideratis, vt difficilè sit debitori tempore redemptionis tot similes species simul cōgregare: tunc enim sufficit in alia proba & frequēti specie aurea sortem restituere, nec valebit pactum 7

quantùm ad illam speciem raram, minusque frequentem: quia facultas redimendi esset minùs angusta & sic non esset libera, quod est contra substantiam horum reditum: † Idem si tempore contractus species numeratæ frequentes erant, sed posteà successu temporis raræ? tunc enim sufficit in alia frequenti specie similis materię sortem reddere, quemadmodum si interim reprobatus esset cursus specierum aurearum numeratarum: tunc enim sufficit in alijs tempore redemptionis vsitatis speciebus aureis sortem reddere: & hactenus valebit illud pactum, prout etiam ipsa rei æquitas suggerit, quę in his attendi debet, l. in omnibus, de reg. iur.

9 Tertiò, † si sors sit numerata in multifarijs speciebus, putà mille in centum solatis, centum coronatis, centum ducatis, cētum rosatis, &c. Sufficiet enim totam reddere in vna specie, nec admittendum pactum contrarium, tanquam nimis captiosum & onerosum.

10 Quartò, † si constet quòd creditoris nullo modo intersit: vt enim ob id aliàs admittitur solutio in alia proba specie aurea; ita si constet quòd tunc creditor volebat cum effectu aureos permutare cum minore moneta, ita quod non recusat oblationem debitoris pro maiori parte in minore moneta consistentem, nisi vt officiat non erit audiendus, sed si de hoc constet, iudicanda erit oblatio valida, quoniam non licet creditori dicto pacto, vel etiam alio iure sibi competenti vti ad officiendúm, & non ad seruandum quod sua interest, text. in l. in fundo. §. constituimus, de rei vend.

11 Circa hæc occurrit quæstio quotidiana, si ambigitur de pondere & probitate monetæ, vt ab aurifice probanda sit, cuius expensis id fieri debeat? Et Bart. quem omnes in hoc sequuntur in l. Paul. col. 1. nu. 4. respondet, communibus impensis, per l. 4. §. 1. fin. regund. & placet, nisi iam constaret pecuniam esse probam, & creditorem non nisi causa vexationis petere.

Sed quandoque audisse recordor reclamātes monetales, quasi ad se solos spectet probare & reprobare monetam, sicut & cudere. † Atqui duplex est probatio vel reprobatio, altera iudicialis & definitiua, q̄ ad dom. præfectos monetarum spectat, altera extraiudicialis & probabilis, quæ ad quemlibet eius rei peritum spectat, vt ad quosuis campsores & numularios, quos Græci ἀργυρογνώμονας vocāt, & est mos antiquus, vt olim Aristoteles Rhet. lib. 1. ca. 37. dicens: ὥσπερ ἀργυρογνώμων κριτής ἐστιν ὅπως ὁ διακρίνῃ τὸ κίβδηλον δίκαιον, καὶ τὸ ἀληθές. Confert enim iudicem argētario, vt sicut ille numum adulterinum à probo, ita hic iustum & verum à fucato & iniusto discernat. 12

Cæterùm si non agitur de simplici probitate vsuali monetæ, sed de conflatura, non ad ornamenta vel vasa per artificem conficienda, sed ad penitissimè expurgandam vel probandam puritatem materiæ, monetales id sibi apud nos vendicant, & ab eis fieri vidi, † tam per aquam chrysulcam, quàm per ignem, quibus fit aurū obrizum & excoctissimum: nisi quod Plin. li. 33. cap. 4. refert exactiorem purgandi modum, per auripigmentum, qui non est in vsu ob nimium damnum, & intertrimentum auri. Sed quod ad simplicem probationem attinet, citra conflaturam nō est certius experimentum, quàm Heraclio † siue Lydio lapide: quoniam semper vniformiter se habet, & æquale præstat experimentum, quod non est in igne, qui quandoque intensioris, quandoque remissioris est caliditatis, pariter nec in aqua chrysulca, quæ etiam quandoque acrioris aut lenioris est temperaturæ: sed lapis semper idē. Hinc ait Plin. libr. 33. cap. 8. his coticulis peritos cùm è vena, aut lima rapuerint ex perimentum protinus dicere quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione, non fallente. 13 14

SVMMARIA.

1 *Mutuum in qua moneta refundendum.*
2 *Mutuum reddere in eadem substantia, quantitate, mensura & pondere.*

3 Valere

52 *Creditori obsequioso magis, quàm debitori tenaci fauendum,*

53 *Obligatio ad certam quantitatem, & ad certam speciem differunt.*

54 *Qui debet in specie, tenebitur in specie persoluere.*

55 *Decem dolia vini in eadem bonitate & numero, mutuans soluit, neq; precium ascendens quid mutat.*

56 *Variatio valoris moneta adscribitur casui fortuito, & quare.*

57 *Vniformem debere esse omnium totius orbis bonitatem & æstimationem moneta.*

58 *Moneta cudendi ius an soli Imperatori quandoq; reseruatum.*

59 *Moneta species vna tantùm duplici modo mutatur.*

60 *Mutatio vera materia & indicatura non nocebit creditori & nu.62 63.*

61 *Aureus intrinsecè mutatus, aureus non est.*

64 *Consuetudo ex eo quod communiter accidere solet, non probatur, contra Doct.*

65 *Obligatione cōtracta in certa moneta specie in ea solui debet.*

66 *Applicatio ad casum & decisionem vel responsionem. & nu.68.*

67 *Moneta minuta soluto semper impurior.*

69 *Obligatio certa speciei & certi numeri cuius effectus.*

70 *Bonitas intrinseca vini & similis speciei, à bonitate pecunia diuersa sunt.*

71 *Idem in bonitate vini extrinseca.*

72 *Vini bonitas extrinseca venit tantùm mero Iudicis officio.*

73 *In mutuo vini non petitur æstimatio.*

QVAESTIO XCII.

1 NOnagesimosecundò † ad maiorem præcedentium & sequentium declarationem expedit hanc non minùs controuersam, quam tritam quæstio. ἀνακτικῶς excutere de mutuo, per mille aureorū solatorū, facto anno sesquimillesimo vicesimo sexto, quo solatus valebat quadraginta solidos tantū: sed dū repetitur, putà anno sesquimillesimo tricesimo secundo, valet quadraginta quinque solidos. An debitor deducere possit incrementum valoris, & sic soluere 889. aureos tantùm cum quinque solidis Turonensibus? Et contrà si decreuerit, an teneatur supplere valorem tempore mutui currentem?

† Videtur quòd non, quia mutuum debet reddi in eadem substantia & quantitate, numero vel mēsura, & in eadem bonitate intrinseca, hoc est bonitate substantiæ, quæ mutuata fuit. Cæterùm extrinsecus valor nō attenditur, nisi post moram, l.3. in fin. de actio. empt. & not. in l. vinum. si cert. pet. Igitur siue valor extrinsecus citra moram auctus fuerit, non potest debitor hoc augmentum deducere, nec minorem numerum aureorum offerre, quia nō redderet tantundem in substantia & numero, prout accepit & tenetur: siue valor ille decreuerit, non tenetur plus reddere in substantia & numero quàm accepit, nec tenetur deterioratione extrinseca, quæ citra culpam suam & moram contigit. Et ita tenet Bartol. vbique in l.1. in l. cùm aurum de auro & argent. legat. l. cùm quid, si cer. peta. l. Paulus. de solutio. Alberi. Bald. Alexan. Fulg. Paul. Alexan. Ias. & omnes ferè in d. l. cùm quid. Marti. Laud. in tract. moneta. colum.5. Iaco. de Puteo. in disputatione de mutatio. moneta. col. 3. Cal. consil.14. Alb. Brun. in tract. de aug. colum.83. Hieron. Butig. in repet. d. l. cùm quid, colum.10. num.13. & est crebrior sententia. 2

† Sed contrarium, quòd indistinctè debeat inspici tempus contractus, quantum ad hunc valorem extrinsecum, de quo agitur, & expressim quòd debitor possit istud augmentum valoris deducere, decidit Franciſ. Curt. senior, in tract. moneta. super d. l. cùm quid. suprà nu.10.11.12. & 13. Idem sentit de decremēto, vt teneatur debitor supplere vsque ad valorem currentem tempore contractus. Sed aduertendū quòd Curt. ibi falsò citat Alber. & plures alios 3

alios in suam sententiam, qui tamen stant à communi: cumque ibi de solo valore extrinseco differat, citat pro se Oldr. consi. 31. & alios, qui loquuntur de valore intrinseco. Facit etiam iniuriam Bald. in l. acceptam, quęst. 17. C. de vsur. quem citat in casum augmenti, & tamen loquitur in casu conuerso decrementi: nec friuola (vt inquit Curt.) sed optima ratione mouetur, vt mox dicetur.

Multum etiam confusè & perplexè loquuntur Doctores in hac materia, dum sæpè in inuolutis distinctionibus suis non semper aperiunt, de quo valore intrinseco vel extrinseco singula membra distinctionum suarum intelligant, vt Henric. Bohic. & alij in c. quanto. de iureiur. & alibi. Mos ergo omissa opinionum turba, per puncta rationis singulatim procedemus tam exacta perspicuitate & methodo, vt nil ambiguitatis, nihil obscuri superfit.

4 † Et primò pro secunda parte contra communem adduco 10. vel 11. fortes & viuas rationes. Prima, quia forma ipsa & substantia monetæ, in quantum moneta, non est materia vel forma naturalis ipsius corporis monetæ, sed valor ipse impofititius: vnde quælibet moneta, in quantum talis, non deducitur in contractum, vel quamcunque dispositionem, nisi sub ratione valoris, vel quantitatis impofititiæ tunc currentis. Et hoc quidem indubitatū est, quando dispositio incipit & cōsistit in nomine quantitatis in genere, nulla certa specie monetæ expressa vel deducta, vt quando quis forte emptor promittit 10. vel 100. libras.

5 † Sed idem videtur, si incipiat, & consistat in nomine certæ speciei monetæ, vt si promittam 10. ducatos vel aureos solares, vel si certa species monetæ etiam preciosæ deducatur, vt in mutuo, de quo in themate. Patet, quia illi aurei non numerantur tanquàm massa, nec tanquàm species, sed tanquàm moneta & quantitas, & sic sub ratione valoris & quantitatis. Fatentur etiam communiter Doctores, quòd moneta, etiam preciosa, magis considera-tur respectu cursus, quàm respectu materiæ, vt tradit Oldrad. quæstio. 168. ad primam colum. 2. Ioan. Fab. Auth. hoc nisi. C. de solutio. & Instit. quibus mod. toll. oblig. §. 1. in fine. Anton. Butri. Panormitan. & alij in d. cap. quanto. colum. vigesima secunda.

† Hinc de iure pecunia, in quātum pecunia, non est merx, nec venit appellatione mercium, vel similium rerum, nec per eas æstimatur, sed omnes res æstimat, πάντα γὰρ μετρεῖ, inquit Arist. Ethic. 5. cap. 5. & est tex. l. fideiussorem. de fideiusso. & in pecunia non corpora excogitantur, sed quantitas, l. si is cui. in princip. de solutio. Probatur etiam ab origine & institutione ipsius monetæ, dicente Aristo. in loco nuper allegato, οἷον δὲ ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον, id est, κατὰ τὸ ῥητὸν, † tanquàm subsidiarium quoddam & succedaneum rerum necessariarum numisma factum est ex compacto, siue ex communi quodam fœdere, & propter hoc nomen istud numisma habet: quia non est à natura, sed à νόμῳ, id est, lege, et in nobis est mutare, vel inutilem facere. Hæc Aristot. qui similia ferè tradit politicôn, libr. 1. cap. 6.

† Idem testatur Iureconsul. l. 1. de contrah. empt. dicens, commerciorum expediendorum gratia electam esse materiam, cuius publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret, eaque materia forma publica percussa vsum, dominiumq́; non tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate, id est, iam non substantia ipsa materialis cōsideratur in numis, sed quantitas, id est, valor impofititius publicè, & perpetuò compactus, quam nuper publicam & perpetuam æstimationem vocauit.

Quod ergo initio dixit certā ad hoc materiam delectam, non eò dixit, quòd ipsa ipsa materia cōsideranda sit, vel per se æsti-manda,

6 (right margin, beside "Hinc de iure pecunia")
7 (right margin, beside "cedaneum rerum necessariarum")
8 (right margin, beside "Idem testatur Iureconsul.")

manda post fabricationem numi, in vsu ipsius numi, sed quòd ad fabricandum numum idonea ad hoc materia deligenda fuit, quemadmodum Aristot. d. cap. 6. scribit initio ad compositionem numi electū ferrum, argentum, & simile metallum, quòd sui soliditate in parua quantitate publicam formam semel impressam conseruaret, nec de facili vsu inuerteretur, qua ratione aurum propter peculiarem soliditatem transmutationi minùs cæteris obnoxiam (vt ait Leonard. Portius, de sester. lib. 1. in princip.) præstantius ad hoc inuentum est.

9 † Ex quibus duo corollaria colliguntur: primùm, quòd inuentio & institutio monetæ, publicaque illa & perpetua (velut ex communi fœdere, vt Aristotel. ait, κατὰ συνθήκην) æstimatio est de iure gentium, vt probat Aristot. libr. 1. cap. 6. & Iureconsul. in d. l. 1. de contrah. empt. & omnia iura, quæ dicunt de iure gentium esse contractum emptionis & venditionis, ergo & pecunia signata æstimatio & fides. Et ita rectè decidit Bart. in l. 1. de contrahen. emptio. dicens, numum non esse introductum de iure ciuili, sed de iure gentium. Vt enim gentes inuenerunt, & approbauerunt primum vsum rudis pecuniæ non signatæ, pro quantitate & pondere pecuniæ, ita mox inuenerunt & probauerunt vsum pecuniæ signatæ. Quin etiam circumscripta inuentione benè sequitur, omnes gentes vtuntur pecunia publicè signata, ergo compactum illud & fides pecuniæ semel publico suo charactere signatæ, est de iure gentium per locum à definitione, l. 1. in fin. omnes populi. in fin. de iustit. & iure. Ita etiam tenet Anton. Burgos extra de empt. & vend. in rub. num. 13. num. 14. & est veritas, licèt Barb. ibi friuolis rationibus controuertat.

10 † Non obstat quòd obijcit pecuniam sine principis authoritate cudi nō posse, quia idipsum iure gentium introductum est, ne cuiuis priuato liceat pecuniam cudere, sed solùm in communi, & de publico per communitatem ipsam, vel Remp. vel eius publicum & legitimum administratorem, siue sit princeps, siue alius legitimus magistratus, qui in hoc non est nisi minister iuris gentium, quique si in hoc malè versetur non solùm subditos, et commissam sibi Rempub. prodit, sed etiam iura gentium violat.

† Minus obstat si alius diceret Iura gentium esse immutabilia, sed numos mutabiles esse, dicente etiam Aristot. Ethico. 5. in nobis esse mutare vel inutiles facere: hoc enim non magis concludit: quā si quis colligeret contractuum fidem, authoritatem, & virtutem ideò non esse de iure gentium, quod contrario paciscentium consensu mutari vel resolui possunt. Sic si aliqui tantùm populi certo numismate vtantur, non est dubium, quin eorundem consensu possit idē numisma mutari vel aboleri, & ita loquitur Aristote. Non autem sufficeret consensus illius solius populi, apud quē numus ille fabricatus est, postquàm in alias quoque gentes damnauit, & compactum illud & fœdus publicum ad eos extensum est, sicut nec publicam conuentionem aut iuris gentium vni partium rescindere licet, l. conuentionem. de pactis. quantò minus sufficeret libido vnius vel alterius, qui quęstui habeat Rempub. † Ex quibus liquet quanta sit vecordia, imò perfidia, & in patriā, & in Rempub. impietas perditissimorum quorundam, qui sui quæstus & ambitionis gratia principibus suadent, & numos & leges ab ijs, prout libitum fuerit, figi & refigi posse: neque enim minus nocent, quàm qui publicum ciuitatis fontem veneno inficiunt.

(In the right column, the margin number 11 stands beside "† Minus obstat…" and 12 beside "pub. † Ex quibus liquet…".)

13 † Præterea quòd institutio, probitas, & authoratio monetę, & fœdus illud publicum compacti valoris, æstimationis, & cursus monetæ sit de iure gentium, ostendit vetus sacra pagina Genes. 23. vbi Abraham emit ab Hephron agrū speluncæ duplicis, & soluit ei pecuniam quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ, vt habet Hebræum id est (vt etiam Santes vertit) transeuntes per mercatores. Erat igitur publicus & probatus ille cursus de iure gentium, tum quia generalis

neralis, tum quia nondum tunc erat certum statutum ius ciuile: nec etiam ad vsum certæ ciuitatis refertur ea probitas & æstimatio, sed ad vsum mercatorũ, qui per diuersas prouincias negociari tunc quoque solebant, vt etiam patet Genes. 37. Sed ad rem.

14 † Secundum corollarium, quòd propriè loquendo publica illa æstimatio seu valor impositiтius & publicus pecuniæ strictè sumptæ seu monetæ, non est ipsius bonitas extrinseca, vt vulgò putant, sed bonitas intrinseca, patet, quia est eius propria specifica, substantialis & formalis bonitas & essentia, quæ dat ei esse: qua sublata (publica videlicet approbatione remota) necessario definit esse pecunia, vel moneta, l. eleganter. §. qui reprobos. de pignorat. action. & tanquàm sublata forma interit substantia, l. Iulianus. §. si quis. ad exhib. & ita senserunt antiqui, vt Azo in Brocar. Iacob. Beluis. & Odofred. vt refert Cyn. l. in minorum, colum. 4. C. in qui. cau. in integ. restit. non est necessaria.

15 † Verùm quia iam tribus ferè seculis inualuit & receptus fuit communis ille modus loquendi, quo substantiam ipsam metallorũ tam in puritate quàm in quantitate seu pondere vocant bonitatem intrinsecam pecuniæ, valorem autem impositiтium vocant bonitatem extrinsecam, non mutabo, ne quam obscuritatem aut confusionem inducam in doctrina, quam duntaxat elucidare, & quam parabilem & expeditam reddere totis viribus adnitor. Libenter igitur receptis vocibus, & modo loquendi vtar, seruata tamen semper veritatis sententia, cui etiam modus ille loquendi non ineptè subseruire po-
16 test, rectè intelligendo. † Bonitas enim ipsius materiæ, tam interior qualitatis & ipsius puritatis (quam monetarij Gallicè vocant *alloy*) quam exterior quantitatis seu pôderis, rectè dicitur intrinseca, quia
17 est ab initio, & vi ipsa naturæ. † Bonitas autem valoris seu cursus impositi, rectè vocatur extrinseca, quia extrinsecus accedit.

† Secunda ratio, quia de iure pecunia 18
& quælibet species monetæ debet semper eiusdem esse potestatis, & eandem vniformem indicaturam, seu valorem vsualem semper & vbique habere, text. in l. ideo. de eo quod cert. loc. in l. 1. ibi. perpetua æstimat. de contrah. empt. in l. fin. C. de vet. nu. potesta. lib. 11. vbi hoc sub pœna capitali sancitur. Ex quo sequitur quamcunque pecuniam non deduci in contractum, nisi sub ratione publicę & perpetuæ indicaturæ, seu valoris impositiтij. † Ad quid 19
enim attenderetur bonitas materiæ, vel pondus, si deducitur non vt massa, sed vt pecunia, cùm tunc (pœna etiam capitali imminente) non liceat vllo modo à publica æstimatione recedere, nec quicquam addere, nec detrahere? Et hoc innuere videtur Arist. libr. 1. Polit. dicens, quòd initio pecunia simpliciter & ruditer definiebatur certa magnitudine & pondere metalli, postmodum verò propter nimiam incommoditatem probandæ & expendendæ materiæ pecunia signata est, publico charactere impresso, quo à dicto onere, τῆς μετρήσεως, id est, mensurationis & probationis defungeremur. Hinc nouissimè scripsit Hyeronym. Butigel. in repetit. d. l. cùm quid, colum. 8. num. 22. quod in pecunia signata, ex quo forma trahit ad se materiam, materia non est ampliùs consideranda.

† Tertia ratio, quia de iure obligatio 20
ad pecuniam semper dicitur certa, imò certissima, tex. in l. numis. de in lit. iuran. vbi ideò negatur iuramentum in litem habere locum in pecunia, quia semper certum est, quæ & quanta sit eius æstimatio, & in certis, non certis, locus est dicto iuramento, vel alij cuicunque probationi ordinariæ, vel subsidiariæ: sed non dicitur certa, nisi per æstimationem extrinsecam, quæ est vera propria eius indicatura. Igitur præcipuè hæc æstimatio attenditur, & consequenter necessariò procedit ad tempus contractus vel dispositionis, & ad certitudinem, quæ tunc erat: aliàs nunquàm esset hæc obligatio certa, sed modò maior, modò minor esse posset: prout extrin-

21 secus valor variaretur. † Secundò probat text. in l. stipulationum quædam, de verb. obliga. vbi stipulatio vel obligatio pecuniæ, putà decem aureorum, dicitur omninò certa: quia ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumque stipuletur, vel in obligationem deducatur, quòd non potest esse nisi per æstimationem extrinsecam: ipsius enim materiæ alia est alio tempore æstimatio, vt probat text. in l. cùm certum. de auro & argento legato. Igitur in pecunia ipsa æstimatio extrinseca principaliter consideratur, & de ea principaliter actum censetur: alioquin obligatio pecuniæ non esset semper certa.

22 † Tertiò, probatur text. in l. 1. de condict. tritica. vbi dicitur, quòd pecunia numerata (non intelligas mutuata, quia verbum, numerata, refertur ad aptitudinem, & solùm apponitur ad designãdum, quod verbum [pecunia] stat strictissimè, videlicet pro numis) semper petitur illa actione, si certum petatur. Et hoc ideo, quia semper certa est, d. lex. si stipulationum
23 quædam, d. l. numis. † Vnde licèt omnes res siue constent in re solida (putà species vel corpora, siue φυσικὰ siue τεχνικὰ de quibus in l. rerum mistura. de vsucapionib. quæ Volusius vocat solida) siue in mensura, vel pondere, (vt quantitates & res fungibiles, siue aridæ, siue liquidæ) per conditionem triticariam peti possint, tamen sola pecunia excipitur. & omninò negatur actione triticaria peti posse, quia sem-
24 per & perpetuò certa est. † Et aduertendum, quia glo & Doct. communiter malè intelligunt, & aberrantes à scopo ad sua somnia, & quædam ridicula diuertunt, vt dum cum Accurs. fingunt eam condictionem inuẽtam esse à Tritico authore, eumque nugantur rusticum fuisse, vel sectæ Minoritarum, quibus nõ licet tangere pecuniam, vt Alberi. Bar. ibi.

Quinetiam sensum legis peruertunt, dum censent res omnes singulas, pecunia excepta, hac ratione peti posse, quum d. l. 1. ibi (omnes res) non de singulis generum, sed de generibus singulorum loquatur, scilicet quòd omnes res, id est, ex omni genere rerum, excepta pecunia, possunt peti & cadere in hanc actionem: non autem quòd singulæ aliæ res præter pecuniam. † Patet, quia certus fundus, putà 25
Tusculanus vel Stichus, non petitur condictione triticaria, sed certi condictione sicut pecunia, text. in d. l. stipulationum quædam. Imò etiam frumentum vel triticum, si ipsa pronunciatione apparet certũ, vt tritici Aphrici optimi modios centum, non petetur condictione triticaria, sed certi condictione, text. d. l. stipulationem, l. vbi autem non apparet. in princip. de verb. oblig. facit l. certum. si certum petatur. tota enim hæc differentia meram formulam actionis respicit. Vnde cùm d. l. 1. exemplificat in fundo, non debet vniuersaliter & præfractè intelligi, vt ibi malè Accursi. in verbo, quare: sed quòd fundi quoque petitio in hac actione cadere potest, videlicet quoties ipsa prolatione, vel libelli editione non apparet quid, quale, quantumque debeatur vel petatur, vt quando debetur, vel petitur fundus sine propria appellatione, vt inquit idem Vlpianus in d. l. vbi autem non apparet.
† Vbi Accursius ignorans mentem & scopum, non explanat, sed more suo deprauat & obscurat textum satis alioquin planum, dicendo ibi stipulationem nullam: quod est falsum, quia totus ille text. non tractat de nullis, sed de validis tantùm stipulationibus, quarum quædã certæ, quædam incertæ sunt, vt fundi sine propria appellatione, id est, quando non certum corpus, sed certa quantitas, putà centum iugera terræ debentur, quæ non est obligatio penitùs certa: quia possunt mensurari & tradi in varijs locis & confinibus, quæ variãt æstimationem, & sic quandam incertitudinem futuræ æstimationis inducunt. 26

† Non obstat l. 2. de condict. triti. vbi etiam certũ corpus fundi, putà à quo quis vi deiectus est, hac actione triticaria petitur, quia facilis est respõsio. Primò, quòd ibi condictio degenerat contra violentum, sicut & contra furem, l. 1. in fi. eo titu. 27

Secun-

Secundò quòd propter ęstimationē quanti plurimi, vel deteriorationis, et aliorum damnorum expulsionis quæ accedunt, petitio nō est penitùs certa, & sic cadere potest in triticariam, quæ sic dicta est, non ab authore (vt ineptè fabulantur) sed ab euentu.

28 † Fuerunt enim veteres Romani morosissimi & superstitiosissimi in actionib° iudicialibus, vt non agerent, nisi ex præscripto formulæ, à qua qui vel caderet syl-
29 laba, caderet à causa. † Cùm autem frequentissimæ essent actiones ob triticum, (quod est verbum generale, vt not. in l. triticum. de verb. oblig. & per Columellam de re rustica, libr. 2. cap. 6.) frequens erat reorum cauillatio, quòd actor sine actione ageret, aut certi cōdictionem malè intentaret, eò quòd triticum petitum non esset penitùs certum, nisi (quod rarum est) contingeret deberi & peti certæ regionis optimum.

Quare prætores hanc ineptam morositatem sua ęquitate emendantes (cùm nondum latæ essent leges generales Constantij & Theodosij. C. de formul. & impet. actio sub) concedebant actoribus conditionem triticariam. Cùm autem in cæteris rebus actores passim eadem ratione idē remedium flagitarent, quod datum erat in tritico, & Prætores concederent ad similitudinem triticariæ, hoc iusta occasione factum est, vt ea condictione passim vsurparetur, & retento nomine originis & primitiuę institutionis extenderetur, vbicunque quòd peteretur, non esset penitùs certum, vt sub ea formula si cert. pet. tuto includi & peti posset stricto veteri iure ciuili: quod prætorium subsidium non fuit necessarium, sed impertinens in pecunia numerata, cùm semper & perpetuò certa sit, omniumq́; rerum certissima.

30 † Quarta ratio, quia pecunia recipit functionem etiam formalem & identificā cum alia pecunia, etiam diuersæ speciei, vel materiæ, text. in l. quę extrinsecus. de verb. obl. vbi licèt nō solùm diuersitas rei vel substantię, sed etiam qualitatis inter interrogationem & responsionem, stipulationem vitiet, l. 1. §. si quis simpliciter, de verb. oblig. §. prætereà. §. si de alia. Inst. de inutil. stipul. † tamen stipulanti denarios alter eiusdem quātitatis aureos spondendo obligatur, & cōtrà: quia idem promissum videtur, & censetur omnimodò conformitas. Et ita intelligit & decidit Bald. in l. singularia, colum. 4. in 10. speciali. si certum pet. & benè, licèt Alexan. ibi, col. 6. diuersum sentiat. Quæ functio & æquipollentia non potest consistere in materia, quæ non solet esse eadem, sed diuersa in denarijs (qui solent esse ærei vel argentei) & aureis, sed in sola bonitate extrinseca, seu valore imposititio consistit. 31

Cùm igitur in pecunia ea quātitas, quæ ex valore impositicio resultat, solùm vel principaliter consideretur in contractibus, non solùm respectiuis, in quibus fit appreciatio alterius rei ad pecuniam, non solùm vbi præcedit numeratio pecuniæ, vt in mutuo, sed vbicunque simpliciter pecunia stipulatur, vt probat, d. l. quę extrinsecus, sequitur pręcisè attendi bonitatem illam extrinsecam, quæ erat tempore contractus, tanquàm solùm saltem principaliter intentam, & in obligationem deductam. Verum est quod Accurs. Bar. Angel. Rapha. Cuma. Alex. & cæteri communiter ibi restringunt & intelligunt, quando denarij erant aurei, & sic de eadem materia, sed vt inquit Ias. colum. 1. hæc est diuinatio. 32

Adde, quòd non sufficeret, quia supplendum esset etiam de materia æquè pura, quòd vulgò dicūt de eadem liga, quod est ineptum: quia text. loquitur de denarijs in genere, & sic de quibuscunque: nec requirit quòd sint eiusdem qualitatis vel materiæ, sed solùm quòd eandem quantitatem conficiant: quod non potest referri, nisi ad valorem impositicium & extrinsecum. Quare diuinatio & restrictio, gloss. & Docto. reijcienda est, iuxta l. C. de contrahend. emptio. l. si putator. ad legem Aquiliam.

Quinta ratio, quia in contractib. præsertim in venditione & mutuo, pecunia

deducitur, non tanquàm massa, nec tanquàm species, nec tanquàm quantitas metalli, sed tanquàm moneta, etiam si de certa specie monetæ agatur, putà de tot aureis solatis, ex quo tanquàm moneta deducitur: ergo sequitur quòd deducitur sub ratione valoris imposititij, & sic respectu valoris, tunc currentis, & quantitatis tunc cõfectæ, l.Rutilia Polla, de contrahen.empt. Et sic semper requiritur & sufficit ad eundem extrinsecum valorem reddere, qui erat tempore contractus, & præsertim in mutuo, quod petitur ab indigentibus temporario vsu æris alieni, tunc expendendi.

33 † Et tam mutuans, quàm accipiens videntur respexisse ad ipsum valorem vsualem & quantitatem tunc resultantem duntaxat, prout tanta quantitas, quæ tuuc petebatur, verè mutuata est, & conuersa in rem debitoris, & non alia maior, nec minor mutuum autem re contrahitur. Cùm autem res de qua tempore mutui agitur, esset ea quantitas tunc currentis valoris, qua debitor indigebat, verè (in quibuscunque speciebus nõ refert) mutuata peruenta & conuersa in manus & rem debitoris, sequitur quod ad eam quantitatem principaliter contracta intelligitur obligatio, & quòd omninò tanta quãtitas posteà reddi debet, siue interim valor imposititius monetæ creuerit vel decreuerit, quia tota ratio, vis & finis mutui ad eam quantitatem seu valorem, qui erat tempore contractus, refertur, ergo ad illam obligatio metitur.

Et hanc ratioem aliqualiter attigit solus Bald.in l.acceptam, q.17.C.de vsur. vbi melius, quàm alibi loquitur, licèt alij so-
34 leant eum ineptè reprehendere. † Dicit
enim, si creditor mutuauit florenos, quorum posteà valor decreuit, distinguendũ, aut illud accidit repentè, antequàm verisimiliter debitor impendisset, & consulendum est debitori, vt sufficiat soluere tot florenos, nec teneatur supplere ad valorem, qui erat tempore mutui, cùm non habuerit commodum antiqui valoris. Aut accidit ex interuallo, & sic postquam debitor iam impẽderat & vsus fuerat in maiori valori antiquo: & debet ad illum valorem supplere, cuius commodum habuit, nec debet cum aliena iactura locupletari. Hæc distinctio verissima est, & ipsa legali æquitate fundata, in ratione præcedenti. Hinc emergunt reliquæ probationes, & efficaces demonstrationes, videlicet.

Sexta, quia si creditor non mutuasset, tanti tunc in rebus suis impendisset, quanti valebat, debitor etiam tanti in rebus suis impendit. ergo debet reddere in eodem valore in casum secuti decrementi. aliàs non redderet æquale, nec mutuum integrum, sed diminutum, quod esse iniquum, & contra iustitiam commutatiuam.

† Septima, quia si quis vinum mutuo 35
accepit, deinde fortè illud idem, vel mala custodia, vel casu fortuito, vel etiam vini natura deterioratum reddere velit, nõ auditur, sed debet reddere æquè bonum, vt erat tempore mutui, l.cùm quid.si cert. peta. Quòd si hoc habet locum vino eodem, sine vlla debitoris vtilitate seruato, igitur multò fortius eò in bonitate sua vtiliter consumpto. Ergo si pecunia mutuo accepto minus valere cœperit, omninò suppleri debet vsque ad valorem qui erat
tempore contractus. † Valet enim argu- 36
mentum de bonitate intrinseca vini mutuati ad valorem imposititium pecuniæ mutuatitiæ: quia valor imposititius est verè bonitas intrinsecæ pecuniæ signatæ, in quantum talis, licèt hoc ipsi rudi metallo non natura, sed extrinsecus ex compacto publico accedat. Igitur multò magis suppleri debet, saltem quando debitor pecuniam iuxta priorem bonitatem suam in vsus suos conuertit, deinde valor minutus fuit, vt hic aliàs non redditur æquale recepto & in rem conuerso.

† Octaua, quia si pecunia mutuo rece- 37
pta post consumptionem in totum reprobaretur, deberet solui alia ad æstimationẽ mutuatæ, tempore mutui inspecto, secundum omnes: ergo si reprobetur in parte, vel quatenus reprobatur, putà per dimi-

per diminutionem valoris, deberet reddi & suppleri in valore, qui erat tempore mutui, per locum de toto ad partem, l. quę de tota, de rei vendic. & ita arguunt & tenent Ant. Butri. Panor. d. c. quanto. colum. 5. quod sequitur ibidem Ioan. de Vicomercato, col. fin.

38 Nona, † per locum ab absurdo, quia aliàs debitor haberet primò lucrum maioris valoris, in quo pecuniam impendit: secundò lucrum negociationis & interusurij temporis medij, ad rationem eiusdem valoris, semel in rem suam versi: & sic dupliciter locupletaretur, idque cum iactura & iniuria creditoris, qui minus reciperet quàm dederit, nempè in minori valore, & sic minorem quantitatem.

39 Decima, † quia si suppleri debet à debitore valor imminutus post consumptionem, ergo deduci debet creditori valor secutus post consumptionem, per locum ab eadem contrariorum disciplina: & quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, l. ex duobus, l. & si contra tabul. de vulg. & pupil. l. si ex toto, in prin. de leg. 1. l. fin. in fin. de legat. 3. & per locum à vicissitudine commodi & incommodi, l. secundùm naturam, de reg. iur. Et sic clarissimis demonstrationibus euincitur pars affirmatiua in vtroque membro. Vlterius probatur.

40 Vndecimò, † quia supponitur consuetudo, quod licèt obligatio cōcepta sit sub certa specie monetæ, puta ad tot ducatos, vel aureos, tamen licet soluere in qualibet alia proba etiam minuta moneta ad ęstimationem ducatorum vel aureorum. Et sic tempore mutui, & paulò post debitor habebit ius & facultatem se liberandi, soluendo bis mille libras in qualibet proba moneta: igitur eandem facultatem habet hodie: nec auferri potuit per superuentum augmentum valoris ducatorum, vt in simili arguit Socin. consi. 6. colum. 2. libr. 1. quem sequitur Curt. Iunior in consil. 24. Et de prædicta consuetudine attestantur Bart. in l. Paulus, colum. 1. & ibi Imol. & alij, de solut. Bart. in l. 1. in fin. de auro & argen. lega. Bald. in l. si quis argenti. in prin. C. de donat. in l. libera. C. de senten. & interloc. omnium iudic. Bart. Alex. Socin. Areti. Purpura. in l. 2. §. si cert. pet. Ant. Butr. Panorm. Ioan. de Vicomerca. in c. quanto. in fin. de iureiurand. Clauas. in versic. pecunia, in fin. Nicol. Boerij. Deci. Burdega. 327. colum. 3. & hanc partem affirmatiuam nonnulli sequuntur, & videtur indubitata per prædicta.

Sequitur negatiua sententia, per decem rationes probata.

Sed nunc fortius in † contrarium argumentor pro parte negatiua. Primò, quia vtcunq; pecunia signata tantùm vtamur, tamen non solus character, sed etiam bonitas materiæ & pondus attenditur, saltem in monetis pretiosis, videlicet aureis & argenteis. Imò † videmus in illis magis bonitatem & quantitatem materiæ attendi, quam formam seu characterem: & ita de facto in tota Europa, quæ ditionis Christianorum est, obseruatur: & à tempore immemoriali constat semper obseruatum fuisse, etiam florente Romano Imperio, sub quo sancitum erat vniformem esse æstimationem monetæ, vt suprà num. 18. sequen. quæst. text. in l. 1. C. de veter. numis. potest. lib. 11. vbi non tenetur quis recipere solidos aureos etiam Imperatorum figura signatos, nisi sint debiti ponderis & speciei, hoc est materiæ: & in l. 1. de pond. lib. 10. vbi non tenetur etiam quæstor Imperatoris, qui cudi fecit, recipere pecuniam auream, nisi legitimo pondere expensam: imò non solùm quantitatem, sed etiam qualitatem, id est, bonitatem & puritatem materiæ probare licet, l. 2. eod. titu. vbi Iustinianus ad hunc finem iussit per singulas ciuitates stare publicum Zygostatem. Scio quod hæc vox Græcè significat libripendem publicè ponderibus & stateris negociatorum præfectum: sed puto quod per dictam l. 2. in verbo, qualitate, deputatus fuit etiam ad puritatem materiæ aureorum probandam. † Igitur non sola forma & quiuis valor impositititius, sed 41 42 43

potissimum ipsa materia legitima & pondus sunt de ratione, substantia, essentia verae & legitimae monetae.

44 Ex quo consequitur secundum, † quod in commercijs & omni contractu licet pecunia aurea & argentea non deducatur in dispositionem tanquam massa, nec tanquam rudis quantitas metalli, sed tanquam pecunia signata: tamen non deducitur sub ratione simplicis valoris imposititij siue extrinseci & casualis tantùm, nec tanquam simplex quantitas generica & abstracta, putà tot librarum tantùm, sed etiam, imò principaliter tanquam species sub ratione valoris intrinseci, videlicet bonitatis materiae, & ponderis illius speciei monetae, quae in dispositionē deducit.

45 Et hinc est, † quòd si actum sit certa speciei monetae, non tenetur creditor recipere in alia specie vel forma, nisi constet quòd sua non intersit, text. in l. Paulus, de solutio. quod non esset, si in pecunijs non haberetur respectus ad speciem, sed ad solam quantitatem abstractam valoris currentis.

46 † Tertiò, quia in themate non videtur verè & in effectu auctus valor extrinsecus aureorum: quoniam quanto fuerunt aucti aurei in valore seu numero solidorum, tanto idem solidi diminuti sunt intrinsecus, & deteriores effecti in materia & pondere, licèt in veteri manserint aestimatione. Et sic necesse fuit proportionaliter augeri indicaturam aurei de huiusmodi solidis, alioquin censerentur diminuti: sed deterioratis solidis non valerent maiorem huiusmodi solidorum numerum. Et hoc est quod dicit Imol. in dicta l. Paulus, Philip. Corn. consi. 279. in fin.

47 consi. 287. in fine libr. 1. † quod aestimatio aurei crescit propter deteriorationem mi nutae monetae. Et sic hoc modo proportionaliter augendo non dicitur augeri cursus aurei seu valor imposititius, sed stare & cõseruari: quia 40. solidi ex his, qui cudebantur & currebāt tempore dicti cõtractus, valent 45. ex his, qui posteà cœperūt fabricari, fa. no. sup. 990. nu. 1.

Multas autem interim artes callent monetales & despoticarum rerum administri, ad veterem & fortiorem omnem monetam expiscandam, & ad cauendum ne priuatis veterem & fortiorem monetam habentibus liceat exportare, commutare, vel aliter expendere maiori valore, vel meliori conditione, quam sit noua & deteriorata moneta.

Quartò, † quia etiam si in veritate cen 48
seretur auctus valor extrinsecus aurei, tamen iustum & aequum videtur in dicto themate creditorem habere commodum vel excessum, si quod sit, huius augmenti. Patet, quia istud augmentum hodie superueniens non superuenit facto, nec impensa, nec dāno debitoris, sed generali prouidentia seu lege superioris: ergo non debet illud commodum inuidere creditori, praesertim benefico, qui gratis & sine vsuris mutuauit. Et sic cum illud commodum nō proueniat de re debitoris, sed facto superioris, & lege communi, non debet à debitore deduci: quia non deduceret quod est suum, sed quod est alienum, cùm sit obligatus ad speciem monetae.

Quintò, † quia cum istud augmentum 49
procedat à lege communi, ad vtilitatem omnium communiter & aequaliter facta, debet aequaliter prodesse. Et sic sicut prodest debitori, vt possit de suis aureis soluere aureum ad rationem quadraginta quinque solidorum, illis, quibus obligatus est ad solidos, vel sub nomine quantitatis in genere: ita debet prodesse creditori, cui debentur aurei in specie, scilicet in illa moneta auri alioquin lex communiter & aequaliter in omnes lata, non respiceret omnes aequaliter, sed debitoribus tantùm prodesset, solis autem creditoribus noceret, quod est absurdum.

Sextò, † quia noua lex huius augmenti 50
cadit directò & immediatè super certa specie monetae, idque absolutè: ergò sicut prodest habentibus de huiusmodi specie in dominio, ita debet prodesse his, quibus huiusmodi species debetur. Facit ꝙ qui habet actionē ad tot aureos, vt hic mille debētur, censetur tot aureos habere, l. qui actionē, de reg. iu. ergo nō debet minus aureorum recipere per dictā deductionem.

Septi-

51 Septimò, † quia aliàs damnificaretur creditor ex improuiso, & hoc propter deteriorationem minutioris monetæ sine facto & culpa sua superuentam, quod est absurdum: in debitore verò duo specialia concurrerent: primum, quod posset deducere de augmentato numero solidorum, & restringere creditorem ad numerum solidorum, qui erat tempore contractus. Secundum, quod hæc deductio & restitutio fieret, non habita ratione, quod veteres solidi superualebant nouis in materia & pondere: & sic esset restrictio ad numerum antiquum solidorum, non tamen ad rationem antiquorum meliorum, sed nouorum deteriorum: & sic haberetur ratio solidorum veterum, quantum ad commodum debitoris duntaxat, non autem quantum ad commodum creditorum: quę inæqualitas absurda & iniqua est.

52 Octauò, † quia sequeretur quod durius ageretur cum creditore obsequioso & benigniori: quàm creditore tenaciori, quod est absurdum, §. fin. versicu. sed cùm pessimum. Institutio. de donatione. Patet, quia si creditor maturasset exigere mutuum ante legem augmenti latam, recepisset omninò mille aureos, & commodum augmenti habuisset: non autem æquum videtur, vt sit deterioris conditionis, ex eo quod diutius mutuauit, & in gratiam debitoris exigere distulit: nec debet inopinatum incommodum referre ex liberalitate sua: nec ferendus esset debitor imputans creditori dilationem, ex qua lucrū sentit, l. cùm in fundo. §. quod si mulier. de iu. do.

53 Nonò, † quia aliàs non esset differentia inter obligatum ad certam speciem monetæ, & obligatum ad meram quantitatē in genere de quauis moneta: quod est absurdum, quia est contra ius in dicta l. Paulus, & contra rationem & vsum consuetum. Non obstat, si dicatur quod immò remanebit: quia licèt obligatus ad speciem monetæ deducat superuentum argumentum valoris extrinseci, tamen tenetur sol-

54 uere in eadem specie monetæ: quoniam hoc modo esset destruere obligationem creatam in specie & certo numero monetæ, de qua agitur, & reducere ad obligationem certæ quantitatis genericę & abstractæ, soluendam in certa specie monetæ, non autem ad certum numerum eiusdem speciei, veluti cum quis promitteret centum libras in florenis, quæ obligatio differt ab ea, in qua debetur certus numerus florenorum, vt tradit Bartol. & omnes in d. l. Paulus. & vbique. Sed in themate obligatio non est contracta ad summam vel quantitatem in genere soluendam in aureis, sed ad certum numerum aureorum: & sic multum refert, quia certus numerus æquè principaliter in obligatione censetur, atq; certa species monetę.

Decimò, † quia obligatus ad decem dolia vini ex mutuo, nihil potest deducere, quantumcunque prætextu maioris indicaturæ, seu valoris extrinseci superuenti, putà si tempore mutui dolium talis vini vęniebat decem libris, nunc autem dolium æquè boni vini vænit quindecim vel viginti libris: nec attenditur illa casualis & fortuita indicatura extrinsecus accidens, prout nec superuenta precij vilitas citra moram. † Igitur nec debet attendi in numis citra morā, quia vtrobiq; eadē est species cōtractus eiusdē naturæ, videlicet mutui, eadē ratio & habitudo indicaturæ seu valoris extrinseci: quia cū de facto sola libidine principis augeri vel minui possit, debet ea variatio casui fortuito ascribi, ꝑ not. in l. si imprudentiā, de euict. & sic idē iudicandū ꝙ de indicatura vini mutuati, cū vtrobiq; indicatura sit valor extrinsec⁹ & fortuitus, q potest quò ad cōtrahentes in alterutrunq; ęquè se habere vel cōtingere: & sic neuter lędi videbit, si neutra ex parte ei⁹ ratio habeat, arg. l. de fideicom. C. de transac. l. si pater puellę, C. de inoff. dona. 55 56

† Ex his elisa vident primū tria prima & potissima fundamēta partis affirmatiuę, à quibus reliqua dependent, & ad ll. citatas in 2. ratione, & auctoritatē Arist. de vbiq; vniformi & perpetua semper æstimatiōe, signo designata, responderi posset, hoc est verū de iure, sed nō de facto: ita enim & dicebat & expediebat in toto orbe omniū, quib. vel iura gen. cōmunia sunt, vt esset eadem fal- 57

ſaltem vniformis ęſtimatio & proportio, quæ etiam eſt de iure gentium,& inuentione & authoritate: vt ſuprà.num.39.quod licet nunquam vniuerſaliter factum legatur,tamen iure Romano conſtat diſtrictè
58 ſancitum.† Vnde veriſimile eſt ſub Romano Imperio,& florente, hoc executum fuiſſe,& diligenter obſeruatum,quanquam ius cudendæ monetæ non eſſet ſoli Imperatori, nec Senatui, nec populo quidem Romano reſeruatum,ſed etiam particulares Reſpubl. per loca monetam cudebant. & veriſimiliter ſuam certam quæque ſpeciem,hoc eſt proprio charactere,materia, & pondere,vt patet in l.creditor, in prin. de ſolutio. ita tamen vt tam in bonitate & quantitate ſeu pondere materiæ, quàm in indicatura deberent ad eandem proportionem & æſtimationē reduci in toto Imperio definitam.

Non obſtat hæc diſtinctio Bald.& æquitas, de qua ſuprà in quinta ratione. nu mer.33. quia dictum Bald.in 2. membro,in quo iacet tota difficultas,poteſt procedere (prout etiam tanquam alijs circumſtantijs iuſtificatiuis circumſcriptis intelligēdum eſt) quando eſſet mera,propria,& ef-
59 fectualis † diminutio facta ſine cauſa iuſtę proportionis ad alias monetas. Dupliciter autem contingit certam ſpeciem monetæ ſolam alijs in ſuo ſtatu manentibus diminui.Primò minus propriè,putà ſi aureus à tempore contractus fuerit intrinſecus,& extrinſecùs æqualiter apertè diminutus. Secundò propriè, ſi non fuit diminutus intrinſecus,ſed extrinſecus tantùm ſiue ex iuſta cauſa, putà quia (quod nunquam audiui, nec legi) prius currebat & tolerabatur in maiori valore extrinſeco, quàm deceret, reſpectu minorum monetarum,quæ non mutantur in materia & indicatura, ſine ex alia cauſa iuſta vel iniuſta, vt ſæpè fit: vel etiamſi non ſolùm extrinſecus apertè diminutus fuit,ſed etiā intrinſecus,non apertè, nec iuſta proportione, ſed occultè,vt fit ita, quod populus putat eundem eſſe aureum.

60 Hęc enim † eſt vera & effectualis diminutio materiæ & iudicaturæ,vel ſolius indicaturæ, quæ non debet nocere creditori,nec anſam dare debitori, qui bona moneta & in maiori valore vſus fuit, vt cum iactura creditoris locupletetur, & ſic debet ſupplere ad valorem antiquum, hoc eſt,ad priſtinum numerum ſolidorum: ſecùs ſi non eſt vera & effectualis diminutio,vt ſi contingeret aureum valere minorem ſolito numerum ſolidorum,quia minutior moneta cœpit melior & fortior cudi,quia tunc non poteſt habere locum dictum Bald. ſed ſufficiet debitori totidem aureos reſtituere, nec tenebitur ſupplere numerum ſolidorum nunc deficientem: quia ſolidi præſentes ſunt meliores, & aureus etiam hodiè valeret eundem antiquū numerum ſolidorum, ſi cum antiquis illis ſolidis permutandis eſſet: & ſic non offenditur hoc caſu,ſed ſtat communis & negatiua ſententia.

Minus etiam † offenditur in primo minus proprio caſu, in quo procedit dictum 61
Bald. quia ibi aureus præſens,ex quo apertè tam intrinſecè quàm extrinſecè minutus eſt,non eſt integer aureus, ſed pars aliqua veteris aurei: quemadmodum ſi poſt contractum deſijſſet cudi & haberi integri aurei,ſed ſemiaurei, vel beſſes aut dextantes veteris aurei cuderentur. Non enim liceret ſupplere in numis, ſed oporteret in ſemiaureis,vel alijs ſpeciebus auri ſupplere numerum receptorum aureorum: quia tunc nō dicitur facta vera diminutio monetæ aureę nec in materia,nec in indicatura,ſed ſolùm ſectio corporum ipſius monetæ manente eadem proportione & curſu in vtroque valore, tam intrinſeco,quàm extrinſeco.

In ſecundò autem caſu, † in quo ſolo 62
propriè dicitur facta vera & effectualis diminutio indicaturæ ſeu valoris extrinſeci, & in quo ſolo propriè loquitur & procedit dictum Bald. ſpecialis ratio concurrit,ex qua communis ſententia limitanda eſt: quia ex qualitate actus & contrahentium conſtat, quod mutuabatur non ſolùm contemplatione ſpeciei, ſed principaliter, ſaltem æquè principaliter contemplatione valoris tunc currentis. Et ſic cùm

cùm valor ille in rem debitoris versus sit,& postea de facto verè & effectualiter cõtigit diminutio,debet debitor supplere, etiam stante dicta communi sentẽtia: non tamen tenetur in auro,sed sufficit in minuta moneta supplere , quia satis est creditorem indemnem reddere.]

708 63 † Eodem modo respondetur ad tertiũ, quartum, quintum , sextum & septimum adducta pro parte affirmatiua:quia in effectu fundantur super illa æquitate , ne creditor inopinatè damnificetur, debitor autem indebitè cum illius iactura lucretur : quæ ratio non habet locum , nisi in dicto secundo casu,in quo ex interuallo superuenit vera & effectualis indicaturæ diminutio,qui est casus specialis limitationis sententiæ communis & negatiuæ, quæ etiam si aliàs esset regulariter vera & firma ,tamen non obesset conclusioni nostræ & sententiæ Bal.in d.l. acceptam.

64 † Non obstat nonum , quia friuolũ est quod comminiscuntur præfati Doctor. de consuetudine : quia non dicunt solitũ fieri solutionem in qualibet moneta inuito creditori , sed quòd communiter solet recipi in qualibet ꝓba moneta , quòd consuetudinem non arguit , sed meram contingentiam facti, quæ vel ex mera ciuilitate creditorum accidere potest, vel effectu & compendio præsentis qualiscunque solutionis, metuque ne debitor alioquin postea frustretur, vel etiam mero iure , ex quo tunc fortè non intererat creditoris in priori moneta solui, dict.l. Paul. ex quibus quantocunque tempore nulla potest inferri cõsuetudo vel necessitas generalis,per ea , quæ scripsi in consu.Paris.§.1.gl.4.nume.11.dicendum enim fuisset solitum inuitos creditores cogi ad recipiẽdum solutionem in quauis moneta,etiam si eorum intererat,quod nunquam legitur factum , nedum probatum.

65 † Et in veritate nihil est de dicta consuetudine,sed oppositum notoriè obseruatur , quòd quando obligatio contracta est ad certam speciem monetæ, non teneatur creditor recipere in alia diuersa deterioris materiæ , nisi forsan cõstet quòd sua non inter sit. Verum est quòd dicta promiscua & solita contingentia inducit , vt creditor seuerius & præfractè in eadem specie exigens, dicatur acerbus & onerosus, tanquã summo iure vtens, nullo benignitatis temperamento admisto, contra l.si seruos.in fin.de pigno. acti.l.si bene. de vsur. quòd non semper & vbiq; toleratur,vt suprà nu. 266. 66

† Modò applicando hæc ad hypothesin q. nostræ constat quòd nos sumus in hoc secundo casu, saltem in suo casu conuerso,qui est eiusdem contrariæ rationis & disciplinæ per iura vulgata. Notum est enim aureos non esse auctos intrinsecus, sed extrinsecus tantùm de quinque solidis, sic de octaua parte, idque per se & absolutè : nõ autem propter monetam minorem intrinsecus vel extrinsecus diminutam tempore dicti augmenti † quia licèt ab eo tempore cœperint, seu potius sensim à plus centum ab hinc annis continuatum sit (more solito) minutam monetam impuriorem cudi , (vt Budæus in Asse , & Leonard. Por. tractat. de Sester. conqueruntur, & olim Plini. libr.33. cap. 3.) tamen hoc non obstat duplici ratione. Prima, quia etiam aurei semper sensim fuerunt aucti in valore extrinseco, vsque ad quadraginta solidos tempore dicti augmenti. Secũda quia etiam aurei semper impuriores mandrubuli more excusi sunt, ita quòd tempore dicti augmenti nõ erat necesse nouum augmentum indicaturæ aureorum addere, propter deteriorationem monetæ excusæ vel excudendæ. Vnde quamuis ex tunc deterior parua moneta excusa sit, tamen non fuit auctus valor extrinsecus prioris & fortioris paruæ monetæ, sed in eodem veteri cursu remansit : & sic nouum illud augmentum aureorum de quinque solidis, fuit verum & effectuale augmentum indicaturæ.

† Et sic in q. præsenti concludendum 68 pro parte affirmatiua , etiam absque eo quòd abrogetur communis sententia, sed

limitatur hoc casu propter prædictam æquitatem, quæ est de facto euidēs, in hoc, quòd aureus non extrinsecus auctus, sed potiùs diminutus, valet hodiè 45. solidos, de illis etiam solidis, qui tempore mutui currebant & currunt, licèt tunc aureus non valeret nisi 40. Ex quibus quantum ad hanc q. patet solutio ad primum, secūdum, tertium & septimum, adducta pro parte negatiua: breuitatis enim causa nolo super singulis, (quę studiosus indidem supplere potest) immorari.

Ad quartum autem, quintum, sextum, & octauum respondetur, quòd ex quo debitor tenetur soluere in aureis, & sic de pecunia sua minuta, vel de labore suo acquirere aureos, & aurei pluris sibi hodiè constant, quia oportet eum pro singulis acquirendis vel seruandis dare vel expēdere 45. solidos, vel lucrum & solarium 45. solidorum vbi sufficiebant 40. solum, idque etiam de solidis qui currebant tēpore mutui, quia non sunt vllo modo aucti, apparet quod istud nouum & merum augmentum aureorum extrinsecum directò cadit in incommodum & damnum eorum, qui erant obligati in aureis, & in commodum & lucrum eorum, qui erant obligati in genere quantitatis. Et sic in proposito cùm debitor non custodierit, sed expenderit singulos aureos mutuatos pro 40. solidis, valdè damnificaretur, si oporteret eum pro singulo aureo comparando dare 45. solidos, vel æquipollēs. Et sic debitor non certat de lucro augmenti retinendo (cùm eosdem aureos ante augmentum pro veteri precio expēderit) sed de damno vitando: creditor autem nihil volens deducere, non certat de damno vitādo, quia verisimiliter eosdem aureos aliàs expensurus erat precio tunc currente: nec etiam certat de fortuito vel legali commodo, sine damno debitoris, sed de lucro, & de maiori summa quàm dederit recipienda damno debitoris, & contra naturam mutui.

69 † Ad nonum, fateor quòd hic debitor
710 obligatus est præcisè ad certam speciem monetæ, videlicet ad solares aureos, & etiam ad certum numerum, videlicet ad mille: sed dico, quòd in quantùm est obligatus ad vtrunque simul, videlicet ad certam speciem & certum numerum, ea obligatio intelligitur rebus sic stantibus. Imò dico, quòd non solùm quando tacitè vt (in themate) sed etiam si expressè conuentum sit de reddendo simpliciter in eisdem speciebus & eodem numero, adhuc in dubio alio, non concurrente, non censetur conuentum de non supplendo nec deducendo vero extrinseco augmento vel decremēto, nisi specialiter expressum sit, vel nisi iam tempore contractus periculum mutationis immineret, vt in exemplo. infr. q. sequent.

Tunc enim censetur ea pactio speciei & numeri causa tacitæ transactionis periculi imminentis facta, aliàs non censetur facta, nisi ad maiorem expressionem, quòd non licebit eandem summam in diuersa specie monetæ etiam æquipollenti reddere, non autem referenda est ad mutationem vel deteriorationem monetæ, quæ non imminebat, nec præsumenda est. Et sic ea pactio debet in dubio intelligi, rebus sic stantibus, prout etiam est de natura omnium contractuum. Et sic censetur actum de aureis eiusdem bonitatis & valoris extrinseci vel indicaturæ, cuius erant tempore mutui, non autem maioris, nec maiorem summam conficientibus, quàm debitor receperit & in vsus suos conuerterit. l. cùm quid, si cert. peta. l. Rutilia Polla. de contrahen. empt. sed nunc verè & effectualiter plus valēt, etiam habito respectu ad monetam paruam currentem tempore mutui, quia tūc mille huiusmodi aurei valebant quadraginta millia solidorum, tunc currentium: sed nunc valent quadraginta quinque millia solidorum etiam de solidis currentibus tempore mutui, quia solidi illius temporis manserunt & manent de facto in eadem indicatura & eodem cursu eum nouis, licèt nouiter excusi deteriores sint intrinsecus. Et sic nisi debitor deduceret superuentum bonitatis augmen-

mentum, damnificaretur cum effectu quinquies mille solidis, in quibus creditor locupleraretur, ergo deductio facienda. Patet, quia si verè & effectualiter diminuti essent aurei, supplendum esset, vt nuper conclusum est, ergo verum & effectuale augmentum deducendum.

76 † Non obstat decimum, quia respon-
71 deo, quòd bonitas intrinseca pecuniæ, nõ sunt similis neç eiusdem habitudinis & rationis: quia in vino & similibus est merè extrinseca nihil commune habens cũ substantia rei mutuatæ: imò etiam est impertinens, nec est in consideratione in mutuo: aliàs non diceretur vinum mutuari, sed vendi: sed in numis bonitas extrinseca est consubstantialis, & de essentia pecuniæ, vt supr. in princ. 92. huius. quæst. Et dato quòd hodiè etiam bonitas interusurij considerabilis est de substantia, saltem in moneta preciosa, tamen etiam bonitas extrinseca æquè consubstantialis est, & æquè principalis, & etiam tempore dispositionis (præsertim in numero, quòd temporarij vsus pecuniæ gratia fit) principaliter intenta & considerata, & sic in eadem bonitate extrinseca reddi debet: ergo casu conuerso verum & effectuale augmentum bonitatis extrinsecæ
71 deducendum.

† Vlterius non valere augmentum d. l. cùm quid, & de bonitate extrinseca vini ad pecuniam, probatur: Primò, quia bonitas extrinseca vini vel similis speciei non est certa, sed de se variabilis, prout est benè accidentalis, & sic variatio non est inopinata, nec cõtra naturam rei: sed in pecunia, prout de ratione & substantia pecuniæ est certa perpetua æstimatio, ita eius variatio est contra naturã
72 pecuniæ, & contra ius. per iura supr. nu. 18. cum sequent. quæst. † Secundò: quia in vino bonitas extrinseca non venit iure actionis, sed mero iudicis officio, vt not. omnes Doctor. in d. l. sed in pecunia, cùm bonitas extrinseca veniat æquè principaliter, vt sup. quæst. 1. venit ab initio iure obligationis & actionis: igitur in pecunia inspicitur tantùm æstimatio, quæ erat tempore contractus, per textum in l. fundum Cornelianum. de nouatio. vbi Bartol. & omnes. & in dict. l. vinum. & vbique.

† Tertiò, quia in vino vinum tantùm 73
peti potest, non autem æstimatio, vt not. Bart. & omnes in d. l. cùm quid: sed in pecunia, si decem aurei mutuati sunt, possunt peti denarij vel liberæ eiusdem quãtitatis impositititiæ: quia de iure tantam functionem & æquipollentiam recipiũt, vt nec stipulationis quidem forma offendatur, si quis interroget de denarijs, & alter respondeat de aureis, vel contrà ad eandem æstimationem. text. in l. quæ extrinsecus de verbor. obli. Si igitur ab initio inest æstimatio iure actionis, & ab initio peti potest, igitur eadem æstimatio, quæ erat tempore contractus, posteà peti potest, siue interim creuerit, siue decreuerit, saluo æquitatis temperamento, de quo supr. numer. 33. Item cùm mutuum re contrahatur & valor impositititius tunc currens sit res principalis, saltem æquè principalis, quæ deducitur in contractũ mutui pecuniæ, sequitur quod mutuum ad eundem valorem limitatum & contractum intelligitur, prædicta æquitate salua. Et sic iam nec communis opinio subsistere potest, nec eo quidem prætextu quasi neuter lædatur: quia imò stante cõmuni, alteruter lędi potest, & vtrique periculum imminet, sed secundum nos, tẽpus contractus inspiciendo neuter lædi potest, sed vtrique seruatur quantum dedit vel habere sperauit & debuit. Habes quæsti. ab imis ipsis rerum fundamentis radicitus erutis nouiter excussam & decisam, nec tamen tot argumenta tanto molimine digessi ad hanc solam quęstionem decidendam, in qua sufficiebat æquitatis distinctio, de qua sup. num. 33. sed ad vniuersam materiam aperiendam, vtq; breuius defungi liceret in quæstionibus sequentibus, præsertim in conclusione totius materiæ quæst. fin.

Addidit hac Matth. Boiß. Doctor.

MOLINAEVS hanc quæstionem 91. plus quam subtilibus rationibus, contra communem sententiam Doctorum, proposuit. Itaque ab eadē cauendum. Nam communis interpretum est sententia, in tot ducatis, aureis in auro, vel sub eadem æstimatione, tempus solutionis non attendimus eiusdemue tē poris valuationem, sed contractus. Neq; enim qui sibi prouidere voluit in tot scutis, siue aureis in auro reddendis, non pēdere ab augmento vel deminutione futuri temporis, sed certus esse voluit, de restituendis tot numero scutis, siue aureis in auro, vel similibus speciebus. Ita tradit Gabriel. in commun. opin. lib. 3. de solut. cap. 2. limit. 1. & sequ. Vide Crauett. consi. 47. per totum. Item Brun. de Monet. limit. 8. & part. 3. Molin. quæstio. 93. numer. 1. Laudens. de Monet. numer. 29. & sequ.

Ad clausulam verò insertam. num. 69. item quæst. 1. num. 14. Rebus sic stantibus. Adde, hanc clausulam in omnibus actibus, dispositionibus, promissionibus, priuilegijs, & Statutis intelligi. Textus elegans in l. cum quis, ff. de soluti. in l. quod seruus, de conditi. ob causam, l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. Tiraquell. latissime in l. si vnquam de donation. in præfat. numer. 167. in tract. Cessant. causa. Benintend. decis. 63. Cœpoll. cap. 50. de seruit. Roman. consil. 23. nùmer. 22. Viui. in commun. opini. libr. 2. in verbo conductor. Vitalis in clausul. contract. Afflict. decis. 328. Boer. decis. 204. nume. 21. Chassa. in consuet. Burg. Quinimo hæc clausula etiam operatur, vt à iurata promissione, vel renunciatione recedere liceat, si res in eodem non sit vel permaneat statu, Decius in reg. in ambiguis. Tiraquell. vbi sup. de hoc vide Cacher. decis. 91. nume. 14. 15. & 16. vbi explicat, si verisimiliter non sit cogitatum tempore actus de noua causa contingente in futurum, vide omnino de eo quando clauf. prædict. locum habeat vel non habeat. Andr. Alciat. respons. 137. nume. 4. vbi quod non trahatur claus. ad casum, de quo potuit tempore contractus cogitari sed ad eum tantum qui inopinâte superuenit. l. qui iure de test. mil. Rom. cons. 294.

SVMMARIA.

1 *Hypothesis huius quartæ quæstionis.*
2 *Perpetua & vniformis numorum æstimatio.*
3 *Obligatio ad certam speciem & certū numerum an stringat.*
4 *Verbum vnum efficax tantum valet, quantum mille.*
5 *Aurei augmentum vel decrementum sequuntur precia rerum.*
6 *Contractus & distractus eodem iure regulariter & nu. 11.*
7 *Aurei bonitas extrinseca ferè magis, quā intrinseca inspicitur.*
8 *Aurei valor emptione rei, non materia attenditur.*
9 *Emptor debitor generis est.*
10 *Valor precij in examine deceptionis vltrà dimidium attenditur à tempore contractus.*
12 *Supplementum læsionis fiet ad æstimonem precij tempore contractus.*
13 *Vera resolutio quæstionis propositæ cum refutatione argumentorum contrariorum.*
14 *Contrahentes se subiecisse aleæ nō est præsumendum.*
15 *Ratio eadem cum quæstione vel dictio non valet. & nu. 17.*
16 *Explicatio l. 2. C. de veteris numisma. potestate.*
17 *Valor imposititius est etiam bonitas intrinseca.*
19 *Ratio quare plurimi quandoque grauiter in facto errent.*

20 *Pa-*

20 *Paradigma authoris pro solutione quæst. præsentis.*
21 *Aureorum simplex expreßio sufficit ad obligandum in specie.*
22 *Paradigma aliud.*
23 *Variatio modico tempore duratura nõ est attendenda.*
24 *Modus vtrique parti tolerabilior eligendus.*
25 *Aestimatione publica sublata, debitum tamen soluendum.*
26 *Anglica lues, prodigiosa circa monetam.*
27 *Angli Carolum VI. Regem Galliæ mente captum detinent ope Philippi Burgundiæ. ri. & num. 28.*
29 *Consilium malum consultori peßimum.*
30 *Ioannes Vicomercatus Ticini iura Pontificia docuit.*
31 *Valor monetæ vbi crebrò mutatur, bonitas extrinseca non attenditur.*
32 *Quæstionis præsentis conclusio.*
33 *Medici indocti vno collyrio omnes morbos curant.*

QVAESTIO XCIII.

NOnagesimotertiò, ęquè necesse est excutere quid in alijs cõtractibus & obligationibus, putà, in venditione, retractu, redemptione, dote, deposito, legato, & alijs infinitis. Vt autem infinitas disputationis vitetur, & hęc, quantum fieri potest, certa, noua, & methodica ratione decidantur, exactè discutiemus casum vnum, deductis vtrinq; quàm breuiùs licebit, & inuicem collatis radicalibus argumentis, vt sic reliqui quoque casus plani fiant.

1 † Capio ergò casum venditionis, vtpote frequentiorem & latiùs patentem. Fac domum venditam pro mille aureis solatis, traditam & nihilominus locatam emptori pro triginta vel quadraginta aureis solatis donec precium soluerit, iuxta no. in l. sicut emptio loca. tempore verò contractus aureus solaris valebat tantùm 40. solidis: cùm autē post aliquot annos cœpisset valere 45. solidis, emptor obtulit 889. aureos tantùm, cum quinq; Turonensibus, & sic deducendo augmentum, an potuerit?

Et communis est sententia, quòd non, sed quòd præcisè teneatur mille aureos soluere absque deductione augmenti, & suppletione decrementi, & quòd citra moram non attenditur variatio valoris, siue creuerit, siue decreuerit. Sed hęc cõmunis sentētia refellitur, primò, quia est absque lege: quippe iura nunquàm præuiderunt, nec deciderunt hanc quæstionem, cùm de iure nõ possit esse locus huic variationi, sed sancitum sit, † vt perpetua & vniformis sit numorum æstimatio. l. ideò de eo, quod cert. loc. l. 1. de contrahen. empt. l. fina. C. de vete. numis. potest. lib. 11. Secundò, dicta communis opinio fundatur in l. cùm quid, si cert. peta. & in eo quòd valor impositicius numi sit bonitas extrinseca, sicut æstimatio casualis vini mutuati, venditi, vel aliter debiti.

Sed istud fundamentum est falsum per not. in fi. quæst. præced. quia in vino & similibus æstimatio est merum accidens, nihil habens commune cum substantia rei: in numis verò huiusmodi valor impositicius est proprium substantiale ipsius numi, & sic non propriè bonitas extrinseca, sed intrinseca. Duo enim sunt substantialia numi, videlicet legitima materia in qualitate & pondere, & publica & compacta æstimatio. q. 92. nu. 41.

Altiùs ergò inquirenda veritas. † Inprimis pro venditore & communi sentētia arguitur, primò quia vēditio facta est sub certa specie monetæ, videlicet aureorum solatorum, & sub certo numero, videlicet mille, ita quòd obligatio precij restricta est & determinata (prout fieri potuit) ad certam speciem & numerum, ita quòd emptor præcisè obligatus est ad speciem & ad numerum numorum conuentum. Igitur nõ potest deducere argumentum superuentũ, quia esset detrahere 713 3

numero conuento, qui non minus est in obligatione, quàm species cõuenta, vt patet ex tenore verborum contractus, cui standum est.

Neque enim dubium est, quin vendi potuerit, vt pro summa librarum cuiusuis monetæ ita pro qualibet certa moneta, & certo numero, & quin præcisè (si constet) standum sit, nec meliùs constare, quàm ex verbis expressis. l. non aliter. §. 1. de legat. 1. nec est aptiùs mentis nostræ testimonium. Bal. l. ad recognoscẽdos. C. de ingen: manum. Et alioquin non referret dicere, vendo pro mille aureis, vel pro tãta summa, quantum valent mille aurei, soluẽda in aureis, & sic detracta obligatione certi numeri aureorum, quod est absurdum, vt suprà q. 92. nu. 52. & etiam astringerentur cõtrahentes ad exprimendum tot aureos præcisè debitũ iri, siue plus, siue minus tempore solutionis valeant, quod est
4 absurdum, † quia tantum vulet vnum verbum efficax, quantũ mille, nec est superflua verborum expressio exigenda. l. fina. C. de donat. licèt non officiat. l. testamentum. C. de test. igitur ea breui pactione videntur partes de futuro incerto augmento vel decremento transegisse, ex quo & ad certam speciem, & ad certum numerũ se limitauernnt. Et præsertim vbi non est insueta huiusmodi monetarum mutatio & variatio, vt sub hac despotia: & sic videntur contrahentes satis præuidisse, & nihilominùs, imò eo magis ita conuenisse: & hæc est potissima ratio.

Secunda huic depedens, quòd neuter videtur lædi, ex quo illa species monetæ æquè se habet ad diminutionem, sicut ad augmentum, not. in l. si pater. C. de inoffi. donat.

5 † Tertia, quia aucta vel minuta æstimatione aurei, rerum quoq; pretia proportionabiliter augentur vel minuuntur. l. 2. C. de vet. num. potest. lib. 11. ad hoc Angel. in d. l. Paul. Purpurat. in l. cùm quid, num. 171. si cert. peta.

Quartò, quia si emptor soluisset, & posteà ex pacto redimere vellet, deberet reddere similes & totidem species, nec posset deducere incremẽtum valoris extrinseci: ex quo non est concedẽda facultas redimẽdi, nisi totidẽ species restituendo. Et ita de consuetudine obseruatur, vt testatur Nico. Boër. decis. Burdeg. 327. nu. 4. Et in fortioribus terminis decidit Aymo cons. 47. Igitur ab initio etiã citra moram soluere tenetur, non deducto dicto augmento, quia contractus & distractus eodem iure regulantur, not. in l. de tutel. C. de in integ. rest.

† In contrarium arguitur, primò, quia 6
hi mille aurei sunt promissi pro precio 714
domus, & pro eius appreciatione, ad quã finaliter post multas nonnunquàm contentioues deuentum est, vt inquit text. in l. si voluntate. C. de rescind. vendit. Et sic constat, vt ad valorem & æstimationem domus, qui erat tempore contractus, ita ad valorem & æstimationem aureorum, qui erat tempore contractus, respectum habitum: igitur debet in dubio ille tantùm valor attendi, nisi aliud expressè cautum sit. Igitur si citra morã augeatur, detrahendum erit: si verò minuatur, supplendum.

† Secundò, quia mille aurei non sunt 7
deducti in dispositionẽ, inspecta sola bonitate intrinseca, imò multò magis saltẽ æquè principaliter inspecta & expressa bonitate extrinseca. igitur si bonitas intrinseca debet attendi secundùm tempus contractus duntaxat, vt omnes tenent in d. l. Paulus. & in d. c. quanto. & vbiq;. igitur multò magis saltem æquè attendi debet tempus cõtractus, quantum ad bonitatem extrinsecam.

† Tertiò, quia mille aurei non sunt æ- 8
quales domui per solam materiam, sed præcipuè per eorum valorem currẽtem: ergò præcipuè debet attẽdi valor currẽs, & sic temporis contractus. l. Rutilia, de contrah. empt. Alioquin non seruaretur æqualitas conuenta subsecuta variatione, sed vel venditor exigeret plus, aucto aureo, videlicet maiorem summã librarum, quàm quæ ex precio conuento tempore contractus resultaret, vel minus diminuto aureo: quod esset absurdũ, & contra

tra æqualitatem naturalem, & contētam contractus.

9 † Quartò, emptor est debitor generis, & sic ad eum spectat periculum, & in totum, & in parte: igitur sicut in totū tempore solutionis inhibitus esset cursus dictorum aureorum deberet in alia proba moneta soluere, vsque ad æstimationem, quę tempore contractus currebat, etiā secundùm communem. Igitur si valor dimi nutus sit, debet esse periculo emptoris, vt suppleat vsq; ad dictum valorem: ergò si auctus sit, cedet suo, non venditoris commodo. l. secundùm naturam, de reg. iur. & sup. num. 702. Et alioquin si communis opinio esset vera, sequeretur maximum inconueniens, scilicet quòd emptor, dum continuat mercedem conductionis, captaret tempus, quo valor aureorum immi nutus esset, vt de facili potest contingere, & tunc precium offerret longè diminutum, quòd cogeretur venditor recipere, quod est iniquum: & si communis sententia neutro casu augmenti vel diminutio nis stare potest.

715 † Quintò, quia ad sciēdum, an emptor
10 vel venditor sit deceptus vltra dimidiam iusti precij in dicto contractu, non inspiceretur quantum valebant aurei tempora solutionis vel rescissionis, sed duntaxat quanti valebant tempore contractus, l. si volūtate. C. de rescin. ven. vndè si tempore contractus domus valebat quater mille, & centum libras, & sic bis mille quinquaginta solatos secundùm æstimationem solatorum eiusdem temporis, & sic læsus fuerit venditor vltrà dimidiam, si antequàm agat, augeatur valor ad 45. solidos, nō desinit esse lesus vltrà dimidiā, & agere posse ex l. 2. quàquàm si tempore contractus valuissent aurei quadraginta quinq; solidos, non fuisset leso vltra, sed infra dimidiam, & ecōtrà in emptore læ-
11 so. † Igitur sic ad rescindendum contractum attenditur valor extrinsecus monetæ, qui erat tempore cōtractus, ita ad obseruandum. & exequendum contractum in solutione precij.

12 † Sextò, quia eodem themate retento de venditore decepto, si emptor eligat supplere iustum preciū, debet illud supplementum facere & soluere habito respectu ad æstimationem, quæ erat tempore contractus, non ad augmentum aureorum superuentū: vnde non tenebitur hodie supplere vsque ad bis mille, 50. solatos, (licèt illud esset iustum preciū tempore contractus) sed sufficiet vltra mille, tempore contractus solutos soluere alios mille solatos, & sic computato & deducto augmento valoris, qui est tempore solutionis vel supplemēti, quod supplemētum est vera pars precij eiusdem naturæ, vt scripsi in Cōsuet. Paris. §. 22. q. 9. in prin cip. Igitur & si nil fuisset absolutū ab initio, sed totum precium restaret hodie sol uendum, posset soluere preciū & supple- 12
mentum secundùm valorem contractus, & sic facta de toto precio deductiōe augmenti superuenti: quia vnū & idem precium non debet diuerso iure censeri, l. eum qui, in fin. de vsucapio. Quid dicemus?

† Expendamus & conferamus vtriusque partis rationes, vim & energiam. Et 716
certè pro venditore sola prima ratio vr- 13
get & subsistit, videlicet quòd precium limitatum fuit & compactum nō solùm ad certam monetæ speciem, sed ad certū numerum numorum dictæ speciei: & consequenter non spectandum augmentum vel decrementum extrinsecum dictæ speciei monetæ, sed de incerto euentu augmenti vel decrementi transactum per expressionem & taxationem certi certorum numerorum numeri.

† Secunda enim ratio est pars primæ, 14
nec alioquin per se subsisteret: quia regulariter non est præsumendum, quòd contrahentes velint se subijcere alicui aleæ, faci. nota. suprà, nume. 63. Imò hoc ipsum principaliter in quæstione versatur, An contrahentes intenderint præcidere ad summam, quam nunc mille solati conficiebant: an verò intēderint transfigere de alea. † Et non valet ratio, quæ 15
est eadem cum quæstione, vel d. l. qui interrogatus. vbi Bártolus, de petition. hære-

effectualis augmenti, & istud augmentũ in iusta Republ. perpetuò duraturum sit, nec vnquàm speretur vel timeatur mutatio: quia si fortè fieret mutatio, nòn solùm ex iusta causa fieret, sed etiam iusta proportione ad reliquas omnes monetas, vt nec ciues, nec cæteri læderentur: quia locus esset d.l.2. de veter. numisma. potesta, sequitur attento efficaci & perpetuo augmento, quòd summa oblata æquipollet perpetuò summæ conuentæ, & sic quòd non tenetur emptor plus soluere.

Idem si decretum factum fuit eadem die, vel etiam pridie venditionis, sed nondùm publicatum, vel constet, quòd contrahentes, saltem emptor iustam habeat causam ignorantiæ. Cùm enim intenderet se obligare in effectu ad bis mille libras tantùm, non est verisimile, quòd se obligasset ad mille aureos, si sciuisset tot aureos iam valere 2250. libras. nec expressio tertæ speciei & numeri aureorũ, sufficiens est argumentum, aliam f. isse intentionem: quia verisimiliter ideò expressit & promisit emptor mille aureos, quia breuior erat sermo, quàm dicere bis mille libras.

21 718 † Fateor, quòd simplex expressio aureorum sufficit ad obligandum præcisè in speciebus aureorum, vtque non possit inuito venditore solui in minus preciosa moneta: sed non sufficit ad obligandum ad maiorem summam notabiliter, quàm putabat emptor, & communiter putaretur aureos valere. Nec hoc casu dici pôt, numerum aureorum expressum fuisse ad transigendum de incerto futuro, vel impedimenti augmento vel decremento valoris, cùm tunc nullum periculum mutationis huiusmodi subesset, nec solitum esset, nec speraretur. Et consequenter numerus non fuit expressus, nisi ad taxandã certam summam, non autem ad transigendum de inopinata & non verisimili mutatione: & sic prorsus cessat ratio primæ partis.

Quod si ita est, etiã si iam tempore contract. augmentum superuenerat, igitur multò fortiùs si ex interuallo superuenit. arg. l. Rutilia Polla, de contrahen. emptio. Idem si à vero & politico Rege simile decrementum fiat, quòd non speretur mutari.

† Contrà fac miseram ciuitatem vnius vel plurium tyrannorum libidini expositam, & ibi inter cæteras calamitates & direptiones crebrò monetas variari & reprobari, tunc quandiu ea durat, locum habet ratio primę partis. Verùm est enim dicere, imminere periculum mutationis monetæ, & subesse causam transigendi de numero earundem specierum, aduersus incertitudinem augmenti vel decrementi. Item superuento augmento, si emptor vellet illud deducere, non offeret summã æquipollentem summæ conuentę & debitæ, quia periculum est non solùm ne mox augmentum illud cadat, sed etiam ne moneta vilior fiat. Et pari ratione venditor, qui non paritur deductionem augmenti, non potest petere supplementum decrementi: quia spes est pecuniam mox auctum iri. 22

† Facit, quòd variatio modico tempore duratura non debeat attendi l. precia rerum, ad fin ad leg. Falc. Tum cùm euentus augmenti & decrementi sit in dubio, non potest iustior, æquior, & medio propinquior via eligi, quàm in eisdem speciebus & numero restituendo. 23

† Igitur hoc casu hæc via nõ solùm tanquàm media, sed etiam tanquàm æquabilior, & vtriq; partium minus onerosa, sed vtriq; vtilior, eligenda est. l. 2. & ibi Paul. si quis cautio. 24

† Probatur etiam, quia si sublata & abrogata esset æstimatio publica & imposititia omnis pecunię, nihilominùs reddendum esset debitũ, saltem ad quantitatem & qualitatem prioris materiæ, sicut initio ante pecuniam signatam definiebatur, & in vsu versabatur pecunia, μεγέθει καὶ σταθμῷ, vt inquit Arist. 1. Politicôn, cap. 6. id est, magnitudine & pondere ipsius materiæ duntaxat. Ita per huiusmodi crebras & incertas mutationes, sublato saltem incerto & inutili reddito signo seu valore im- 25

re impositio pecuniæ, reddi & solui debet in eadē materia, magnitudine & pondere: & sic sub eodem numero & bonitate intrinseco, de quibus conuenit, non inspecta bonitate extrinseca, quæ iam nulla est, sicut ab initio aut dubia, capitosa & incerta.

26 719 † Nunquàm autem prodigiosiores monetarum mutationes legi nec audiui præ illis, quæ post hanc vrbem anno millesimo, quadringentesimo, 18. à Burg. & Anglis captam, quadriennio proximo factæ sunt, ita vt marca seu libra argenti, quæ nouem tantùm libras tempore vrbis captæ valebat, sensim ob crebras huiusmodi deprauationes, & mutationes cœperit infra quadriennium anno millesimo, quadringentesimo, vigesimosecundo, mense Iulio, vsq; ad diem 10. Nouembris eiusdē anni, valere octoginta libras Turonenses, vt ex regestis Præfectorum monetalium comperi.

27 † Interim autem inter cætera huiusmodi facinora, Angli regiam hanc vrbem occupantes, Carolum quoq; VI. dudū mente captum detinentes, eiusque nomine & authoritate ad fœdera, populumq; conciliandum, Francorumq; Regnum in Henricum VI. Regem suum transferendum abutentes, precium monetę auxerunt anno 1420. mense Iulio, publicato prædicti Caroli VI. edicto, quo aureus valeret 60. solidos Turonenses: certa verò moneta aurea, cui aries exarata erat, quadraginta solidos, & alia moneta aurea Anglica (Nobiles vocant) septem libras Turonenses valeret. Anno verò sequenti millesimo primo imminuerunt, publicato eiusdem Caroli VI. edicto, quo grossus pecuniæ, qui valebat sexdecim denarios Turonenses, iussus est quatuor tantùm denarios Turonenses valere, aureus autem triginta tantùm solidos Turonenses, & numus aureus, cui aries exaratus est, viginti tantùm solidos Turonenses.

28 † Et extant adhuc hæc duo edicta transscripta in libro nigro Cathophylaciæ Procuratoris Regij, in Castello Parisiensi, quorum palàm est authores fuisse Anglos: tunc enim dictus Carolus VI. mente quidem iamdudum captus, corporaliter ab Anglis ope Philip. Burgundi, cum coniuge & filia captus detinebatur. Et ex contractu, seu potiùs præstigio, vtpotè cum mente & corpore capto celebrato, filiam eius Regi suo Henrico sponsam dederunt, eundemque Henricum Regni Franciæ Viceregem (Regentem vocant) quandiu Carolus VI. viueret, constituerunt, post eius obitum) veris filijs præteritis, regnaturum, proutq; de facto mortuo Carolo mox Parisijs coronauerunt.

† Sed illæ Reipub. direptiones in eorum tandem caput redundarunt: Cùm enim perniciosis his actibus diu populū elusissent, omnique spe bonæ politiæ frustrassent, & hinc tandem populi contemptum & odium incurrissent, facilè breui tempore, leuiori præsidio (tametsi superiores) totius Regni finibus expulsi sunt, quod eis non accidisset, si τὸ γνῶσιν, si politicas artes (quæ non sunt aliquid, quàm Reipublicæ charitas & εὔνοια) sciuissent & excurrissent. 29 30

† Prædictorum autem abusum & Reipubl. expilationum nominatim meminit Ioan. de Vicomercato, qui eo tempore Ticini legebat, & scribebat in iure Pontific. d.c. quanto, col.4. dum loquitur de principibus cauponatoribus monetarum, qui pecuniam subindè reprobant, & expendi vetant, sine causa, nisi vt vili redemptam conflent, & nouā debiliorēm cudant. Vt visum fuit, inquit, nostris temporibus de illis Billonis reprobatis vltra montes: quia non poterant expedi, emebantur ad pōdus, & hinc multi ditati, sed quàmplurimis expilatis. 720

31 † Sed ad rem, quacunq; causa contingat & immineat dicta crebra monetę mutatio, etiam si non ex mera libidine & tyrannide Principis, sed fortè propter alias clades & necessitates Reipublicæ ineluctabiles (non refert) idem est dicendum; vt tunc bonitas extrinseca, quæ nulla est, vel inutilis, vtpotè incerta & nugatoria; quippè

quippè quotidiè à possessore auferibilis, non possit nec debeat in ratione commerciorum, quæ super certa & efficaci compensatione fundari debeat, attendi, sed eadem species,& idem conuentus numerus numorum reddi, sicut in debita magnitudine & pondere, antequàm pecunia signata esset: secùs cessante periculo huiusmodi crebræ & sordidæ variationis.

32 † Vndè cùm in terminis quæstionis nostræ cessauerit illud periculum & augmentum istud iustis de causis (vt auguror) factum, non fuerit momentaneum, nec nugatorium, sed efficax & durabile, prout adusquè in effectu durat, cessant omnes rationes adductæ pro creditore & communi sententia, & habent locum omnes rationes adductæ pro debitore & sententia nostra. & sic concludo, oblationem emptoris validam, & sufficientem.

33 † Ex his nouiter per nos excussis apparet clara, æquabilis, & solida decisio omnium infinitarum id genus quæstionũ: sed ad maiorem elucidationem, tum quia quotidiana & vtilia sunt, tum vt clariùs appareat, quàm in singulis casibus peculiaris sua ratio & æquitas diligenter expendenda sit, non autem generaliter omnes & indiscriminatim ad vnius instar statim decidendi, more imperitorum medicorum, qui vno collyrio morbos omnes sanari volunt, insigniores aliquot quæstiones singulatim disputatione remota discutiemus. Et primò occurrit.

SVMMARIA.

1 *Emptore non soluente si retrahitur res, nihil interest, quomodo precium soluatur.*
2 *Emptor, solutione facta, quomodo in retractu precium recuperet, aucto valore aurei.*
Fundamentum huius decisionis quódnam sit.
3 *Emptor in retractu indemnis seruãdus est. & num. 9.*
4 *Emptor si breui retrahatur, non dicitur considerabilem vtilitatem percepisse.*
5 *Emptor augmenti recentis detractionem non patitur etiam præstita cautione, si breui diminuatur de refundendo.*
6 *Augmenti inopinati lucrum emptorem respicere debet.*
7 *Retrahens contra ius venit commune.*
8 *Interpretatio in dubio cõtra retrahentem facienda.*
Retrahens certat de commodo.
10 *Retrahens post multos annos soluit secundùm valorem temporis contractus.*
11 *Aureo tempore retractus diminuto quid iuris.*
12 *Imminutio recens non nocet emptori.*
13 *Emptor an ex breuitate temporis contractus indemnis dici posset.*
14 *Commodum contractus an retrahentem respiciat.*
15 *Aurei eidem non redduntur, nisi & in bonitate extrinseca reddantur.*
16 *Temporis vicinitas in retractu damno emptoris non erit.*
17 *Extensio à retractu proximitatis, ad dominicalem & alios retractus.*
18 *Decrementum valoris post moram emptoris, emptori nocet.*
19 *Pacto in emptione super augmento vel diminutione adiecto, standum an sit. & nume. 20.*

QVAESTIO XCIIII.

Nonagesimaquarta quæstio de † retractu proximitatis. Et siquidem emptor nondùm soluerit precium 1 (vt in præced. quæstionis themate) nõ superest quæstio, quia emptoris, à quo retrahitur, non interest, quomodo precium soluatur, dummodò liberetur erga venditorem: & sic retrahẽs eodem modo debet soluere venditori, sicut ab emptore soluendum est. Consequenter idem omninò dicendum, quod in quæstione præcedenti, siue de augmento, siue de diminutione agatur.

2 † Si verò emptor initiò soluit dictos mille solatos, deindè infra annum forsan inuestituræ, venit proximus venditoris, & vult deducere augmentū illud post vēditionem & solutionem precij superuentū, tūc quæstio est, an possit. sicut in quęst. præced. eodē in cæteris schemate retento, videlicet quòd sit augmentum efficax & stabile? Hanc quæstionem expressim format D. And. Tyraq. in tract. retract. proxi. §. 7. gl. 17. nu. 26. vbi non decidit, sed fideliter citat omnes ordine & nūcupatim, qui de diminutione monetæ tractant, in quo multùm commodat & occurrit laboribus studiosorum.

3 † Vt ergò partes nostras circa decisionē exequamur, simul & disputationis prolixitatem vitemus, dicimus quòd basis & punctualis ratio decisionis in hac quæst. est, quòd emptor à quo retrahitur, debet indemnis seruari per retrahentem, vt diximus in Consuet. Paris. §. 13. gl. 8. q. 2. q. 5. Aut ergò retrahens venit infra annū contractus, cùm interim superuenisset illud augmentū, & non potest illud deducere, sed præcisè tenetur mille aureos refūdere. Ratio decisiua, quia emptor nuper totidem solares numerauit huius emptiōis occasione: ergò totidem debet retrahens refundere, quia debet indemnem reddere emptorem, & redintegrare eum in statu suo, in quo erat ante emptionem. Sed nisi reddūtur similes mille aurei, emptor non redintegratur: eos enim verisimiliter adhuc haberet, si nō emisset, vel si soluere distulisset.

4 † Nec potest iustè dici, quòd in aliam domum, vel in alias merces impendisset, propter breuitatē temporis, ob quam nō dicitur emptor fruitus fundo, nec aliquā considerabilem vtilitatē percepisse. Tum

5 † istud argumentū nimis calens & recens nondùm est satis tutum, sed dubitari potest de imminutione: & sic siue nunc certò & absolutè deducatur, emptor relinquitur in præsenti periculo damni, quod non est tolerandum, siue offeratur deduci data cautione restituendi, si infra non multum tempus, putà triumannorū, contingat valorē huiusmodi aureorū diminui, adhuc non redditur emptor indemnis: quia cogeretur stare in suspenso, & venire per actionem & litem in futurū, cùm ius retentionis & dominij habeat. † 6
Tum si propter istud inopinatum augmētum oporteat alterutrū lucrari vel damnificari in aliquo, iustiùs & æquiùs est in hoc damnificari retrahentem, quàm emptorē: tum quia retrahēs volūtariè venit ad retractum, qui ab emptore inuito exigitur. Regulariter autem magis subueniendū ei, qui ex necessitate inopinata, quā qui ex volūtate impeditur vel grauatur, l. 2. §. fi. si quis cautio. † Tum quia retrahēs 7
venit contra ius commune, cōtra emptorem aliàs tutum iure communi. l. dudum. C. de contrah. emp.

† Et sic in dubio faciēda interpretatio 7,22
contra retrahentem: tum quia actor, sed 8
emptor vtpotè reus, fauorabilior. l. fauorabilior, de reg. iu. tum quia retrahēs certat de quodā lucro, videlicet de auferendo ab emptore, & transferēdo in se omni lucro, effectu, & commodo cōtractus, industria emptoris acquisito. Igitur in dubio potiùs fauendū est emptori, quàm retrahēti, etiamsi emptor contra eum ageret. l. non debet actori. §. 1. de reg. iur.

† Siue igitur oporteat alterutrū lucrari 9
vel damnificari, etiā in casu claro, siue nō oporteat in casu claro, sed dubiū sit alterum lucrari, alterum damnificari, meliùs est omni casu emptorē esse tutū, vt indemnis omninò recedat, damnum verò siue certum, siue incertū remanere retrahēti.

† Aut verò retrahēs venit post multos, 10
putà quinq; vel decē annos post contractum, quia fortè emptor nondum inuestitus erat, & apparet efficax & durabile esse illud augmentum, quod non est recenter factum, & tunc poterit illud deducere: quia propter interuallum temporis, ex quo apparet illud augmentum esse efficax, & quia emptor interim fruitus est, & multorum annorū fructus suos fecit, simus in casu claro, quòd emptor nō dicitur damnum pati, quia non soluit nisi bis mille libras, & tantundem illi offerunt

runt in eisdem speciebus auri, summaq; oblata omnino & tutò hodie æquipollet summæ conuentæ & solutæ tempore contractus & solutionis inspecto.

723 Sed quid casu conuerso, si tempore vẽ
11 ditionis & solutionis aureus erat maioris æstimationis, quæ dum venitur ad retractum, iam interim decreuerat? Et videretur distinguendum, vt in priore mẽbro, per locum ab eadem contrariorum disciplina. Sed illud argumentum non habet locum in hoc casu, quia non est cõtraria & opposita respectiuè ratio contrariorum, imò semper manet eadem punctualis ratio decisiua emptoris indemnis seruandi. Ideò indistinctè supplendum est decremẽtum, cùm sit vera & effectualis imminutio, secundum not. supr. alio-
12 quin emptor reciperet minus, quam soluerit, quod esset iniquissimum. † Nec audiendus retrahens, si causetur imminutionem esse recentem, & quod verisimiliter augeri poterit: quia nõ debet emptor certo precio soluto dimittere acquisitionem certam, & remanere in dubio de parte precij: quia non seruaretur indemnis.

13 † Nec etiam audiendus esset retrahẽs, si vellet dicere, quod ob breuitatem temporis satis est emptor indemnis, ex quo redduntur ei sui mille aurei solares, licèt postridiè fortè emptionis & solutionis in valore & cursu diminuti, ex eo quod verisimile sit, quod si emptor non emisset, vel non soluisset, adhuc eandem pecuniam haberet, nec in tam breui tempore pro veteri valore impendisset, & quòd cùm incontinenti veniatur ad retractum, & restituantur similes mille so-
14 lati, satis videtur emptor omnino in pristinum statum restitui. † Cæterùm quod omne commodum contractus spectat ad retrahentem, ita quòd nõ potest emptor causari sua interesse non posse amplius retrahi pro mille solatis tantum, quasi suum debeat esse commodum fortunæ & diligentiæ suæ, quæ prouenit ex solutiõe precij antequam aurei diminuerentur. Et quòd istud commodum est pars commodi contractus, & spectat ad retrahentem, sicut commodum vtilitatis precij, & omnium bonarum conditionum emptoris debet ad eum spectare.

† Quia ad hæc omnia respondetur, quòd 15
non est verum reddi similes aureos, nisi 724
etiam in eadem extrinseca bonitate, quæ æquè principalis est, reddantur: quia si tempore contractus & solutionis aurei valebant 45. solidos, & mox cùm retrahitur, non valent nisi 40. semper verum est dicere, quòd emptor in effectu soluit bis mille ducentas quinquaginta libras, & tamen non redderetur ei nisi bis mille, quòd esset iniquum. 16

† Et quanquam sit magna temporis vicinitas, tamen satis est quod est aliquod interuallum, putà trium vel octo dierũ: & quòd emptor aliàs potuisset eadem die qua soluit postridiè vtiliter aliud emendo, vel reditum super se currentem redimendo, impendere dictos mille aureos pro bis mille ducentis quinquaginta, & sic omninò tenetur retrahens supplere, aliàs iustè causatur emptor se damnificari. nec tenetur causas exprimere. quia variæ & infinitæ esse possunt: & sufficit, quòd interim vel fortuitam occasionem pro mille ducentis quinquaginta impen 17
dendi amisit. † Et quæ dixi de retractu proximitatis, idem de retractu dominicali, putà feudali, vel censuali. Et quomodocunque tertius pro eodem precio retrahere possit, putà ex legato sub hac conditione facto, vel pacto, re ad hoc hypothecata, vt dixi in consue. Parisien. tit. 18
16. in Rub. † Quod autem dixi de supplendo decremento, limitandum, nisi illud decrementum superuenerit post moram emptoris: quia tunc illi debet imputari, non autem offerenti. Et hoc generali in omni moratore, per l. 3. in fin. de action. empt. 19

† Sed quid si in vẽditione pactum fuit quòd præcisè mille aurei soluerentur, & expressum quòd nec plus, nec minus, non obstante quacunq; mutatione monetę, siue in augmento, siue in decremento? Respon. tunc cessare disputationẽ & distin-

ctionem quæstionis præcedentis, & omnino standum pacto, non soluitur inter emptorem & venditorem, sed etiam inter emptorem & tertium retrahentem, siue iure proximitatis, siue iure dominica-
20 li, vel simili. † Fallit inter emptorem & venditorem, si locus esset l.1.C.de rescin. vend. quia tũc necessariò inspicienda esset æstimatio, non ad certam speciem monetæ, aut eius mutationem subsecutam, sed ad solidum & libram, hoc est, secundum cursum qui erat tempore cõtractus, vt supr. nume. 715. Secundò loco occurrit sequens quæstio.

SVMMARIA.

1 *In redemptione rei vendita gratiosa quis valor attendendus.*

2 *Redemptio nihil aliud, quàm retractus, limit. 8. & nu. 11.*

3 *Redemptio an in eadem specie & numero moneta fiat.*

4 *Monetarum mutatio à iure communi tam incognita, quàm reprobata & exorbitans.*

5 *Venditor sentiens augmenti commodum auctam monetam refundit redimens.*

6 *Venditore non percipiente commodum augmenti quid iure in redimendo. & nume. 7.*

3 *Valore diminuto quomodo redemptio facienda distinguitur.*

10 *Ratio distinctionis pramissa.*

Venditor, si dies apposita non sit, quacunque redimit nec dicitur abuti pacto

12 *Venditor commodum diminutionis sentire non debet & quare.*

QVAESTIO XCV.

Nonagesimo quintò, Quid in redé-
1 ptione? † Putà si vendens domum mille solaris statim eos recepit, & sibi cauit de facultate redimendi. Vtque quæstio sit dubitabilis, supponitur venditio facta non vili precio, vt recideret in fraudem reditus duodecimæ, & esset dicendum, vt dicto reditu, vt not. supr. q. 56. sed precio iusto putà ad ratioñe octodecim vel viginti pro vno, vel etiam integro precio, vt ea facultas sit merè gratiosa. † Et videretur omnino idem dicen- 2
dũ, quòd nuper diximus in retractu: quia redẽptio nihil aliud est, quàm retractus conuentionalis, in quo æquè iustum est emptorem reddi indemnem, sicut in retractu legali: & sic videtur, eadem basis & punctualis ratio decidendi.

† In diuersum videtur, quod indistin- 3
ctè possit, & debeat fieri redemptio in eadem specie & numero monetę, de quibus conuenit, & sic reddendo præcisè mille solares aureos. Patet, quia venditor sibi cauit de facultate redimendi restituẽdo mille solares: igitur etiã si imminuta sit posteà eorum æstimatio, iure suo tamen vtitur redimendo pro mille aureis: & sic non tenetur supplere decrementum. Et pariter si interim auctus sit valor aureorum, quòd non possit augmentum deducere prædicta & sequenti ratione: quia emptor non consensit pacto vel gratiæ redimendi, nisi sub eo onere, cõditione vel modo reddendo mille aureos. Igitur præcisè debent reddi, quia venditor non potest ea gratia vel pacto vti, nisi cum suis modis & conditionibus, quod probat, & de consuetudine esse testatur Nicol. Boeri. deci. Burdeg. 327. numer. 4. verùm eam consuetudinem nõ probat, nec verum est ita obseruari ex necessitate specialis super hoc iuris consuetudinarij. Videmus enim & fatemur ita frequentius obseruari in redimendo, non tamen ex certo positiuo iure consuetudinario: sed quia vel ita suggerit æquitas casus subiecti, vel partes ita consentiunt liberaliter, scrupulosiorem subductionem fastidiosis auaris aut infestis relinquentes: & sic ea non est consuetudo iuris, sed assuetudo seu frequentia facti, vt in simili supr.

† Soluendo dicimus hanc quæstionẽ 4
(quæ tam à iure commuui exorbitat, quã 726
eodem iure huiusmodi barbarica monetarum

tarum mutatio incognita est, imò reprobata & damnata) ex bono & æquo absque alterutrius captione decidendam. Aut ergo interim creuit æstimatio,& tûc ferè dicendum, prout suprà in retractu in casu augmenti, quia eadem propemodum est ratio: tamen quia paululum diuersitatis est in circunstantijs, non grauabor pressius distinguere. † Aut augmentum superuenit incontinenti, vel paulò pòst solutionem precij ante illius vsum, ita quòd venditor sensit commodum augmenti: & tunc non debet illud deducere quandocunque posteà redimendo, tû quia bis idem perciperet, contra æquitatem & bonam fidem l. bona fides. de regu. iuris. tum quia debet paria in effectu reddere, qualia recepit, sed in effectu recepit precium cum augmento. Et licèt non acceperit illud augmentum immediatè de manu emptoris, quia nondum superuenerat augmentum, tamen superuenit re integra, & percepit illud de pecunia immediatè recepta ab emptore: ergo illud idem augmentum non debet deducere.

5 † Aut verò augmentû superuenit, postquam venditor tam consumpserat precium in valore antiquo: & tûc aut statim & infrà modicum tempus, putà infra annû vel sesquiannum à venditione, vult redimere & non debet deducere, quia æquitas non suggerit, ne tum propter breuitatem temporis, festinationem redemptionis, & dubium mutationis, cùm augmentum nondum appareat firmum, emptor damnificetur, cùm venditor interim locupletior factus sit, & negocia sua tâ fœliciter côfecerit de vsu pecuniæ, vt mox redimere valeat.

6 † Aut verò venditor post plures annos venit ad redemptionem: & tunc cùm cesset damnum emptoris, tum quia pluriû annorum fructus interim percepit, & suos fecit: tum quia augmentum apparet stabile & efficax, poterit deduci, cû hoc casu fieri possit sine damno emptoris, & etiam ex parte venditoris æquitas suggerat: quia non habuit commodum illius augmenti.

† Aut verò æstimatio decreuit, & non est idem dicendum, quòd in retrahente reti actu legali, vel etiam ex alia separata & antiquiori dispositione hominis ad hoc efficaci, vt diximus in consuet. Paris. tit. 6. in Rubr. quia licèt dictus retrahens indistinctè siue incontinenti, siue ex interuallo debeat decrementum supplere, nisi post moram eius, à quo retrahit superuentum. † tamen in eo, qui ex prouisione sua in venditione sua reseruata redimit, distinguendum. Aut incontinenti siue intra breue tempus post precium receptum, & sic antequam vsus sit, & vti probabiliter potuerit in valore antiquo, & non tenetur supplere: aut vero ex interuallo, postquam precio vsus est, vel potuit & debuit vti, & tenetur supplere. 8 9 717

† Ratio primi membri est, quia ex quo venditor reseruauit sibi puram, & liberam redimendi facultatem, siue posteà ad tempus limitatam, siue non, & emptor consensit, clarum est, quamuis partes nô habuerint precisè respectum ad speciem & numerum aureorum, sed potius verisimiliter ad summam ex eis tunc resultâtem, tamen id actû esse, vt venditor, quâprimum venditio sibi displiceret, vel aliter sibi commodû videretur, posset eodem die vel postridie receptos aureos restituendo rem suam recuperare: & sic si fortè eadê vel posteto die, vel infra paucos dies, antequam potuerit vti precio, & illud in res suas conuertere, superuenerit inopinata diminutio cursus seu valoris aureorum, restituendo eosdem quos recepit, iure suo vtitur, eumque incontinenti seu post illud breue tê pus redimat, non dicitur abuti pacto, nec iniuriam facere emptori, nec captasse occasionem, vt cum eius damno locupletaretur, sed tâtùm sibi cauet ne damnificetur: quia precium receptum statim incipit esse minus quàm sperabat, suisq; necessitatibus minus sufficiens & idoneum, ad quod incommodum euitandum iustè vtitur dicta facul- 10

facultate, quæ ad hunc finem reseruata censetur.

† Secùs in tertio retrahente, qui nullum negocium gessit cum emptore, cui emptor non consensit, sed inuitus euincitur. Ideo ille retrahens qui venit ad lucrum aduentitium ex negocio alieno, debet omnino seruare emptorem indemnẽ, vel cum suo retrahentis incommodo, vt diximus. Et sic clarè vides, rationem differentiæ.

Ratio secundi membri manifesta est, quia si postquam vsus est, & in res suas cõuertit pro valore antiquo, & superuenerit diminutio efficax & durabilis, mox redimeret, non supplendo diminutionẽ, locupletaretur cum iactura aliena: quia recuperaret integrum fundum, & tamen minus redderet in effectu, quàm effectualiter receperit, & in rem suam conuerterit. Igitur tunc suppleri debet per eandẽ æquitatem, de qua supr. quęstio. 9°. etiam si incontinenti superuenerit mutatio & redemptio: dummodo constaret, quòd iam venditor in rem suam efficaciter cõuerterat ad valorem antiquum putà ad reditum super se currentem, mox à receptione precij inde redimendo. Tertiò loco videndum, quando obligatio concipitur in summa in certis speciebus soluenda. ideo seruando numerum quæstionũ.

SVMMARIA.

1 *Casus præsentis quæstionis ex Cõsilijs Crauettæ.*
2 *Rationes Crauettæ pro emptore.*
Verbum similib. *non refertur ad preciũ seu summam integram.*
3 *Cessante pacto de precio simili reddendo ad quid teneatur venditor.*
4 *Deteriorata moneta soluenda est antiqua vel aquè bona ratione intrinseca bonitatis.*
5 *Crauettæ rationes in d. consilio refutantur. nu. 6 & 7.*
Aurei certa species & numerus accessione sunt in obligatione.
8 *Accessorum obligationis accommodari debet ad principalem.*
9 *Accessorium corrigere aut restringere principale non debet.*
10 *Aureorum æstimatio (si principaliter in obligatione sunt) ad temporis contractus restringenda.*
11 *Communis opinio de bonitate intrinseca reijcitur per rationes, & num 12. 13. 14. & 15.*

QVAESTIO XCVI.

NOnagesimo sextò occurrit pulcher casus, in quo cõsuluit Aymo 728
Crauetta. † Quidam anno sesqui- 1
millesimo vicesimo sextò vẽdidit castrũ precio duodecim mille librarum Turonensium, solutarum in sex mille aureis solaribus, sub pacto redimendi soluendi dictam summam duodecim mille librarum in similibus sex mille aureis: & tunc aureus solaris valebat 40. solidos Turonenses: post annos verò quatuordecim, videlicet anno sesquimillesimo quadragesimo, quo aureus valet quadraginta quinque solidos Turonenses, vẽditor volens redimere in similib. speciebus prout tenetur, vult deducere illud augmẽtum, & sic pro sex mille aureis dudũ receptis refundere quinquies mille trecentos triginta sex solatos, cum quindecim solidis Turonensibus quæ tempore redemptiõis inspecto conficiunt summam duodecim mille librarum Turonensium. Emptor autem contendit præcisè sex mille solatos sine vlla deductione restituendos esse, alioquin non posse redimi.

Aymo consil. 47. incipi. Carolus Allemandi. consuluit latè pro emptore, & mouetur principaliter quadruplici ratione. Prima, quia sex mille scuti sunt in obligatione. † Secunda, quia verbum (si- 2
milibus) non refertur ad precium seu ad summam integram quæ restabat ex dictis sex mille aureis tempore contractus, nec

nec ad signum seu characterem aureorũ, sed ad æstimationem intrinsecam, bonitatem, qualitatem, & numerum. vt sit per omnia similitudo inter precium venditionis & redemptionis.

3 † Quinetiam cessante dicto pacto de precio reddendo in similibus sex mille aureis, censet venditorem teneri ad superuentum valorem extrinsecum, nec posse illum deducere. Et mouetur (& hæc tertia sua ratio) quia quod aureus postmodum creuit in valore extrinseco de quinque solidis pro singulo aureo factum est propter deteriorationem bonitatis intrinsecæ monetarum: quia (inquit) hodie testoni, solidi, & aliæ monetæ non fiunt, nec cuduntur de argento ita bono & precioso, vt erant tempore præterito. Vnde esset absurdum, quòd duæ libræ testonorum vel solidorum deterioris argenti ita falleret hodie scutum boni auri, sicut olim valebant duæ libræ melioris argenti.

4 Addit, quod quando variatur valor extrinsecus scutorum respectu deteriorationis monetarum, communem esse sententiam. quod debeat solui vel de pecunia antiqua æquè bona, vel de noua ad æstimationem antiquæ. Citat Doct. in l. cum quid. ff cert. pet. Oldra. q. 249. Areti. cons. 11. Corn. cons. 181. col. 25. lib. 2. cons. 321. col. pen. li. 3. Idem dicit si scuti, qui hodie cuduntur, nõ essent de liga ita bona, cuius erant tempore contractus: quia secundùm eum posset emptor dicere, restitue mihi scutos de auro ita bono, vt illi quos solui, vt per Curt. Iun. cons. 24. col. 3. 4. quia (& hęc quarta sua ratio) si valor aurei fuisset diminutus, noluisset redimens supplere, nec reddere vltrà sex mille aureos.

729

5 Hæc est † summa sententiæ & rationũ Aymonis. Sed ex prædictis clarum est, quod malè consuluit, quia ex hypothesi liquet, quod sumus in terminis veri, efficacis, & stabilis augmenti, & constat quòd illud augmentum non superuenit statim post vẽditionem & solutionem precij, sed ex lõgo interuallo, videlicet circiter post sex annos, siquidem anno sesquimillesimo tricesimosecundo, regio edicto aucti sunt aurei ad 45. solidos Turonenses. Verum est quod interim cęperunt sensim augeri, sed modicè & longo interuallo post venditionem, ita quod anno sesquimillesimo vicesimo nono, & sic tribus annis post venditionem, non exponebatur huiusmodi aureus nisi pro 41. solidis. Consequenter liquet, quod illi sex mille aurei per se non valuerunt venditori vltrà duodecim mille libras Turonenses, nec maiorem ei summam attulerunt.

Cùm igitur † augmentum posteà super uenerit, & stabile sit, & emptor castro fruitus sit, & quatuordecim annorum fructus suos fecerit, non debet illud augmentum lucrari nec recipere aureos maioris valoris, quàm dederit: sed satis est in eodem valore, & sic deducto augmento, etiam si vẽditio non fuisset facta ad libras, nec inciperet à certa librarum summa in genere, sed concepta fuisset sub certa specie & numero aureorum duntaxat: quia nihilominus in hoc contractu vbi aurei veniunt tã quam appreciatio & æqualis pensatio in pecunia, censetur principaliter, saltem æquè principaliter deduci sub ratione valoris currentis extrinseci, & summę quam tunc conficiunt, vt latè probatum est suprà quæst. 92. quæst. 93. faciunt singula adducta in retractu suprà quæst. 94. Igitur idem multò magis si esset facta mentio summæ resultantis, vel valoris currentis tempore contractus, putà venditum pro sex mille aureis tot libras conficientibus, vel ad valorem 40. solidorum Turonensium pro quolibet aureo, & adhuc multò fortius, si non solùm facta sit mentio de valore currente, vel summa librarum resultante, sed etiam si incipiat venditio à certa quantitate librarum principaliter in dispositionem deducta, & in tot aureis soluenda, vel soluta, vt in themate. Et sic Aymo nimis aberrauit. † Non obstat prima sua ratio, quod sex mille scuti sunt in obligatione, & sic non solùm certa species aureorũ, sed etiam certus numerus: quia respõdeo primò, quòd non sunt in obligatione nisi accessoriè, & ad qualificandam solutionẽ debiti principalis.

6 (margin)

7 (margin)

730
8 Principaliter autem † duodecim mille libræ sunt in obligatione,& sunt in ipsum precium conuentum & adæquatum principaliter intentum. Igitur accessoria obligatio, siue potius qualificatio sex mille aureorum, debet intelligi & regulari secundùm principalem & ipsius principalis taxationem & limites, quos non debet vltrà nec citrà transgredi. Item cum duodecim mille libræ sint verum principale & exæquatum precium, non censetur ab illo recessum per adiectionem horum verborum (in sex mille aureis) nisi in quantum necessariò ex illis verbis infertur. Sed ex his verbis nullo modo inferri potest, nec debet recessum à dicta principali taxatione duodecim mille librarum, sed tantùm infertur, quòd ea summa debet solui emendo & redimendo in dictis aureis, & sic in tot aureis, qui dictam exæquatam summam conficiant.

9 Non † enim accessorium debet corrigere, nec ad se retrahere principale, sed principale accessorium, etiam alioquin preciosius. l. etiam si non sunt. §. perueniamus. de aur. & arg. leg. ex pupillari. de vulgar. & pupillar. cum vulga. †

10 Secundò respondeo, quòd etiam si soli sex mille aurei essent in obligatione & dispositione, adhuc in hoc contractu non censentur deduci, nisi (saltem æquè principaliter) sub ratione valoris & summæ, quam tempore contractus conficiebant, vt latè suprà quæstione 93. nisi aliud expressum sit, puta quod non haberetur ratio mutationis, nec augmenti nec decrementi. †

11 Non obstat secunda & tertia ratio, & dicta communis opinio de bonitate intrinseca, quia non est vera, vt latè probabimus infrà quæst. 100. & dato quod esset vera, non quadrat, sed caret minori in casu præsenti: quia augmentum istud extrinsecum de 40. solidis ad 45. non est factum propter deteriorationem bonitatis intrinsecæ reliquarum monetarum.

12 Patet primò, † quia tempore augmenti valor currens aurei satis vel nimis ascēdebat in proportione ad deteriorationem monetæ.

13 Secundò, † quia etiam aurei pariter erant deteriorati in materia, & extunc adhuc debiliores excusi sunt, non obstante augmento, quod alijs de causis factum fuit.

Præterea † idem aureus tempore cōtractus vel antè fabricatus & currens, qui tēpore contractus valebat 40. solidos tantùm, valet hodie cum effectu 45. solidos, etiam ex illis qui currebant tempore venditionis, & diu ante illud tempus. Et sic constat quòd est magnum, efficax & permanens augmentum, quod per deteriorationem monetæ tempore contractus currentis nullo modo compensatur, prout nec eam verè respicit. 14

Et sic non obstat † quarta ratio, quia si valor aureorum fuisset pariter, scilicet verè & effectualiter diminutus, vt suprà, æquè ex interuallo post solutionem & consumptionem precij, in rem venditoris secundùm valorem antiquum, non teneretur emptor posteà diminutionem illā ferre, sed teneretur redimens eam supplere vsque ad valorem efficaciter receptum & in rem suam conuersum. Igitur pari ratione augmentum postea secutum, quod non recepit, nec sensit, non tenetur addere, sed deducere poterit per prædicta, idem in similibus. Quartò loco succedit aliquid dicendum de dote, qui casus est frequens & vtilis. 15

SVMMARIA

1 *Casus præsentis quæstionis.*

2. *Valor impositiius de propria ratione & essentia pecuniæ est.*

3 *Valor impositiius vniformis & perpetuus esse debet de iure gentium.*

4 *In promissione dotis censetur habita non facultas & dignitatis personarum.*

5 *Augmentum superueniens in iniqua dilatione non consideratur.*

6 *Augmentum in persolutione dotis si læsa est filia maiora prædote relinquenda non deducitur.*

7 *Valor aurei si stabilis & tutus non sit, solutio facienda ad numerum.*

8 *Examinatur quædam decisio Nicolai Boerij.*

rij, nume. 9. & 10.

11 *Nobiles & potentes magis cõsiderant quãtitatem & bonitatem auri, quàm valorem.*

12 *Aestimatio in dubio non facit emptionem.*

13 *Verba in dubio magis demonstratiuè, quàm dispositiuè adiecta vident, & num. 23.*

14 *Deterioratio intrinseca minutioris moneta facit cessare augmenti aestimationem in auro, nu. 24.*

15 *Decisio Senatus Burdegalensis aequa probatur aliquot rationibus, & numer. 16. 17. & 18.*

19 *Diuersitas casus Boerij à casu huius quaestionis.*

20 *Refutantur rationes Boerij contra Senatum.*

21 *Examinatur sententia Bartoli in l. Paulus, de solut.*

22 *Valoris extrinseci consideratio de natura est, & essentia omnis moneta.*

25 *Nobiles haud diu pecunias ociosas in arca habent.*

26 *Taxatio certa in contractu, an ad bonitatem intrinsecam moneta referatur.*

27 *Secunda huius quaestionis pars.*

28 *Examinatur & adprobatur decisio Neapolitana.*

29 *Idem iuris in collatione, quod in dote restituenda.*

30 *Quaestio ab authore aliàs disputata repetitur cum vera decisione contra communem, & nu. 31. & quaest. seq.*

34 *Verbum,* Au pris, *quid denotet.*

35 *Augmentum naturam sequitur aucti & eodem iure censetur.*

QVAESTIO XCVII.

731 NOnagesimoseptimò † quaeritur de pecunia dotali. Hanc quaestionem diuidam in duas, prima de dote debita exigenda, secunda de dote recepta soluto matrimonio restituenda. † Quantum ad primam, sit haec species in contractu matrimonij: Pater vel frater Maeuio sponso promisit bis mille solatos aureos in dotem certis longis terminis soluendos, quibus pẽdentibus augetur valor impositius aurei, vtrum augmentum illud in solutione deduci possit?

Haec quaestio multùm differt ab omnibus praecedentibus, quae loquuntur, vel quando pecunia numerata est, siue ex causa onerosa, vt quaestione 90. siue ex causa mutui, vt quaestione 92. vel quando est promissa vel restituenda tanquam precium, seu appreciatio certae rei, vt quaestione 93. cum sequentibus: sed hic est simplex promissio & obligatio ad certam speciem & numerum monetae per se absolutè. Vnde videtur, quòd saltem hoc casu procedat communis sententia, quòd non attendatur variatio bonitatis extrinsecae: quoniam videtur praecisè & absolutè habitus respectus ad speciem & numerum, de quibus conuenit, non autem ad valorem extrinsecum currentem, de quo nulla facta mentio expressa, nec etiam tacitè cogitatum videtur, cùm non promittatur haec tã quam precium vel appreciatio certae rei, sed simpliciter & absolutè. Et ita sentit Nicol. Boer. in fortioribus terminis, in decis. Burdegal. 317.

Sed † certè vtcunque simpliciter, & per se certa species monetae sub certo numero promittatur, tamen ex quo non tanquam massa, nec tanquam species certorum corporum, putà, quae sunt in tali arca, sed tanquam quantitas pecuniae in dispositionem deducitur, necesse est, vt sub ratione quoque valoris impositij & currentis tacitè deduci intelligatur, cùm ille valor impositius sit de propria ratione & essentia ipsius pecuniae, & de eius bonitate intrinseca, vt suprà numero 696.

Et hoc supposito, † quòd si certus valor impositius vniformis & perpetuus. vt de natura pecuniae, & de iure etiam gentium esse debet, l. 1. de contrah. emp. cũ alijs

supr. secùs si tunc propter tyrannidem aut calamitatem temporis non esset certus & stabilis valor imposititius, & periculum variationis immineret, quo solo casu communis sententia sustineri potest, & habet rationem, alioquin falsa & irrationabilis, vt diximus suprà quæstione. 93. in princip.

Et sic necesse est soluerè per distinctionem, quam ibi fecimus, videlicet quòd aut tempore contractus erat certus, vniformis & perpetuus valor impositicius, nec sperabatur variatio, & tunc etiam valor ille tacitè inest, & limitat contractum l. Rutilia. de contrahend. empt. l. vicinus, in fin. de aq. plu. arcen. Et consequenter, si augmentum superuenerit verum & proprium dictæ speciei reliquis videlicet monetis manentibus in veteri statu & cursu, ita quòd augmentum sit efficax & etiam durabile appareat. His concurrentibus & non aliàs, iustum erit augmentum istud citra moram superuentam deduci, etiam in solutione dotis, & pariter si superuenerit decrementum cursus & valoris, supplendum erit.

4 Facit † quod etiam in promissione & constitutione dotis censetur habita ratio, æstimatio & quædam appreciatio bonorum, iunctis alijs circunstantijs familiæ & dignitatis personarum, iuxtà l. quæro, de iure dot.

5 Limito primò, † vt procedat in vera & iusta dilatione, secùs si dilatio fuit indebitè quibusdam fraudibus exorta ab hærede fortè, vel alio ad tantam dotem tradendam purè obligato, vel si quibusdam fallacibus aut illusionibus extorta fuerit dilationis prorogatio. quoniam huiusmodi non purgant, nec impediunt effectum moræ, vt de verbis illusoriis cuiusdam capitanei exempla ponit Odofred. in l. minorum, C. in quib. caus. restitutio non est necessa.

732 6 Limito secundò, † si constet mediante hac dote sponsam multò maiora bona pro portionis ad se spectantis reliquisse, & læsam fuisse, licet læsio non sufficiat ad rescissionem, tamen si sit notabilis, sufficit ad æquitatis interpretationem, vt non possit debitor deducere istud augmētum. Alioquin haberet triplex commodum, videlicet acquisitionem multò maioris portionis vel bonorum, dotem (etiam si purè soluta esset) excedentium: secundò commodum dilationis & interusurij: tertiò commodum augmenti, quod esset iniquū. Ideò tunc non deducetur: tota enim huiusmodi quæstionum decisio in bono & æquo consistit.

Aut verò tempore † contractus, licèt eo momento certus esset valor impositicius, tamen non erat tutus & stabilis, quia fiebant vel imminebant monetarum mutationes. Et tunc debent solui aurei ad numerum, nō deducto augmento, prout hoc casu, si contigisset decrementum, non suppleretur: quia ad has incertas mutationes vtcunque euitandas videtur actum & trāsactum de certo certæ speciei monetæ numero, & hoc casu locum habebit communis opinio. Et puto quod parum ad periculum harum mutationum respexerint Doctores, quia ita tenuerunt, licèt falsis & sophisticis rationibus detenti veram deducendi rationem non viderint, nec plenam & solidam doctrinam assequi & tradere potuerint. Ex his patet clara & breuis solutio quæstionis, in qua etiam post arrestum, in quo non solùm interfuit, sed etiā præsedit do. Nicol. Boeri. multùm tamen fluctuauit in decis. Burdegal. 327. 7

Quidam † Baro in contractu matrimonij filiæ suæ promisit mille quingentos aureos boni auri & recti ponderis cunei & legis (vt eius vrbis vtar) Regis Franciæ, cum tribus floribus lilij, quolibet aureo computato & existente in valore viginti septem solidorum, sex denariorum monetæ currentis, idque sub pluribus terminis, quibus pendentibus aurei valor extrinsecus auctus est, quæritur cuius temporis valor attendi debeat, an contractus, an verò termini solutionis. † Et certè semota nostra analytica consideratione hæc quæstio valdè difficilis & ambigua est, vt patet ex sinuosis & perplexis opinationibus etiam senatorum super hac re disputantium,

cium, à D. Boerio ibi collectis, vbi tandem Boerius satis apertè indicat se sentẽtiam tenuisse, & tenere cõtrariam aresto, quod refert in senatu Burdegalensi, vbi non solùm interfuit, sed etiam præsedit, pro debitore latum anno 1522.

10 Et vltra communem sententiam, & quæ in eam rem adducit ibi Boerius pro creditore, vt non possit debitor deducere augmentum, fortiter prima facie vrgent verba & tenor obligationis, quę non solùm incipit à certa specie, & numero monetæ aureæ, videlicet à 1500. coronatis, sed etiam illi aurei signatè determinantur certis suis omnibus quidditatibus qualitatibus bonitatis intrinsecæ speciei suæ, ibi (boni
11 auri, recti ponderis, cunei, &c.) † Et sic (si vnquàm) maximè hic videntur contrahentes respexisse, et de se determinasse ad certam ipsam speciem & numerum taliũ coronatorum, eorumque valorem intrinsecum, præsertim cùm contraheretur non à mercatoribus & plebeis, sed à nobilibus & potentibus, qui magis ad quantitatem & bonitatem auri, quàm ad cursum vel ad solidum & libram respexisse videntur.

Et maximè cùm non ageretur de appreciando vino vel frumento vendito, aut alijs fructibus vel reditibus, sed de dote filiæ & sponsæ metienda in contractu matrimonij: vbi propter splendorem & magnificentiam inter nobiles & potentes solitam, magis ad marcam seu pondus & bonitatem auri (quod magnificentius & liberalius est) quàm ad cursum imposititiũ, vel ad solidum & libram (quod sordidius & illiberalius vulgò habetur) respexisse videntur. Non obstat, quod mox facta est expressio & designatio valoris tunc currentis, quia in promptu sunt duæ solutio-
12 nes. † Prima, quam tangit ibi Boer. num. 5. & nu. 10. quòd hoc videtur factum non causa taxationis, sed demonstrationis, & quòd in dubio ęstimatio non facit emptio-
13 nem. † Facit quòd in dubio verba potiùs demonstratiuè, quàm dispositiuè adiecta videntur, l. quidam testamento. in princip. de legat. 2. Alexan. in l. centurio, vbi Ias. colum. 10. de vulgat. & pupill. & consil. 20. colum. 2. (vbi dixi) libro secundo.

Secunda, quam omisit Boerius, ea est omnium fortissima, quod ibi ex hypothesi aurei non erant variati in pondere vel materia, sed manebant in eadem bonitate intrinseca, in qua erant tempore contractus: augmentum verò erat merè extrinsecum, & sensum superuenerat propter reliquam minutiorem monetam intrinsecùs deterioratam. † vnde sequuntur duo, 14
quòd valor coronatorum non dicitur auctus, etiam extrinsecus: quia notabilis deterioratio intrinseca minutioris monetæ necessariò inducit augmentum æstimationis pretiosioris monetæ manentis in eadem materia & pondere, nec dicitur augmentum valoris, sed æqualis commensuratio & proportio ad monetam deterioratam, vt per Corn. consi. 279. in fi. cons. 287. in fi. lib. 1.

Secundum, quod etiam si illa expressio valoris tunc currentis stet taxatiuè, & non demonstratiuè, illa taxatio facit pro creditore contra debitorem, quia expressim refertur ad monetam tũc currentem: sed viginti septem solidi cum dimidio illius temporis valebant tempore litis motæ, 39. solidos vel plus monetæ tempore litis motæ currentis, ad quam coronatus ascenderat. Et sic in effectu coronatus non plus valet hodiè (referendo ad tempus litis vel aresti) quàm valeret tempore contractus, siue veterem, siue nouam monetã inspicias: imò diceretur diminutum in valore extrinseco, nisi in eodem valore fuisset auctus pro rata deteriorationis minutioris monetæ. Igitur nullum est augmentum deducibile, & sic nil deducendum, sed integer conuentus aureorũ numerus persoluendus.

† Sed † his non obstantibus puto iustè 73
& sanctè iudicatum à præfato venerando 15
senatu Burdegalensi. Probatur primò, supponendo, quod tempore contractus, qui videtur fuisse circa annum sesquimillesimum, dictus valor impositirius coronati tunc esset (prout erat) certus & stabilis, quo casu & si non esset facta mentio,

videtur tamen fuisse saltem æquè principaliter in consideratione,& sic augmentũ efficax deducendum,per prędicta in præcedenti quæstione.

16 † Secundò per locum à fortiori: quia si habetur ratio augmenti,vel decrementi valoris extrinseci, quando nulla de eo facta est mentio, igitur multò magis quando certi aurei deducuntur in dispositionē expressè sub ratione valoris tunc currentis,vt hic.

17 † Tertiò, quia si hoc casu pendentibus terminis & tempore solutionis contigisset valorem extrinsecum coronati minui, non ad breue momentum , sed perpetuò, vel ad durationem considerabilem, nónne gener iustè petere posset illud decrementum suppleri? Certè tenor contractus & rei æquitas euidens est , quòd sic: quia non fuerunt simpliciter promissi tales aurei certi ponderis,&characteris,& materiæ,sed etiã sub ratione certi valoris currentis.Ergo in illo valore dari debent,vel suppleri;alioquin deciperetur gener, qui minorem summam, quàm per relaxationem expressam ad valorem tunc currentem stipulatus fuerat,cogeretur recipere. Igitûr pari ratione debet pati deductionem augmenti.

18 † Et fortius etiam si tempore contractus suberat periculum mutationis monetæ,adhuc idem hoc casu dicẽdum, propter relationem expressè factam ad certum valorem currentem,iunctis longis dilationibus. Videntur enim partes præuidisse, quòd interim multipliciter augeri vel minui posset cursus monetæ: ad quod prçcauẽdum & futuram captionem vitandam,mutuò sibi cauerent de computando sub certo valore tunc currenti.

19 † Et sic hic casus longè minus dubitabilis est, quàm præcedens, quia hîc indistinctè siue tempore contractus monetæ cursus erat stabilis, siue mutatio imminebat, standum est valori qui erat tempore contractus,ex quo non sunt aurei deducti in dispositionē,nisi sub eo valore èxpressò, qui est pars obligationis : & quam sit minus dubitabilis, clariùs liquebit in solutione contrariorum.

† Et primò non obstat quod adducitur de vulgata sententia,in qua se fundat Boeri.quia falsa et malè fundata,vt supra quçstio.93.in princ. Et si vera esset,adhuc non haberet locum hoc casu, vbi actum est de certo valore extrinseco,videlicet 27.solidorum cum dimidio pro quolibet coronato,cui stãdum est secundùm Bal.in terminis dotis, in cons.incip.punctus quæst. quod est cõs.339.lib.2.secundùm veterem, & cons.213.lib.5.secundùm nouam impressionem.& sequitur Soci.consil.298.libr.2. vbi inquit, quòd licèt obligatio incipiat à Florenis,vel certa specie monetę,tamen illa verba(ad computandum tot librarum vel solidorum)significant, quòd illa æstimatio reddi debet,& non maior,& sic augmentum deducendum, prout etiam diminutio, si qua esset supplenda. † Facit Bartol.in l.Paulus.in fin.de solutio.quem communiter in hoc sequuntur Docto.licèt ipse Bartol. contrarium velle videatur,in l.penul.§. si mancipia. solut. matrimo.quem ibi reprobant vterque Imol. Et quamuis Bartol.ibi loquatur, quando obligatio incipit à summa generali quantitatis, putà à centum libris reddendis in Florenis sub eadem æstimatione : nos verò hîc loquamur quando incipit à certa specie monetæ,putà à 150.aureis sub tali ęstimatione seu valore extrinseco: tamen hęc differentia non meretur nouam distinctionem fieri,nec inducit differentiam iuris, prout nec vllam implicat diuersitatē facti, sed consistit in sola transpositione verborum,quę idem vtrinque significant, videlicet vt debeat attendi valor extrinsecus, qui erat tempore contractus , & in eo expressus fuit. 795 20 21

Et ita rotundè, simpliciter & breuiter dicendum, quamuis super hoc Martinus Lauden.

Lauden. tractat. moneta. colum. final. & Curti. senior eodem tracta. quęst. 1. & Alber. Bru. tract. de aug. conclus. vltima. fallentia. 8. adeò sese inuoluant, vt vix certus sensus colligi possit. Non obstat, quod dicebam, vrgendo principium verborum obligationis, & qualitatem personarum & contractus matrimonij, quòd partes videntur habuisse respectum ad certam speciem & numerum monetæ tantùm, quia respondetur primò, quòd illa verba non excludunt considerationem valoris extrinseci, cùm sit de natura & substantia omnis monetæ, & æquè principalis, & etiam inter magnates, & in contractibus matrimoniorum solet expendi, teste experientia. Secundò, quòd non oportet vrgere vel expendere partem verborum tantùm, sed omnia simul, l. inciuile, de legibus. & consequenter ea, in quibus in eadem oratione fit determinatio ad certum valorem extrinsecum.

23 † Non obstat, quòd mentio valoris extrinseci & currentis sit causa demonstrationis, quia imò stat dispositiuè & taxatiuè, cùm sit in verbis dispositiuis, & etiam facilè censetur inesse dispositioni per prædicta: igitur multò magis valor expressus.

24 † Non obstat, quòd valor coronatorum non creuerit, nisi propter deteriorationem solidorum, quia dico, quòd licèt solidi posteà excusi sint deterioris materiæ, tamen sunt eiusdem valoris & æstimationis, vt veteres in foro & in omni contractu: nec veteres solidi plus valent, quàm noui in vsu communi. Et sic augmentum coronati verum & efficax est: valet enim triginta nouem solidos, siue de veteribus, siue de nouis indifferenter: & sic multum plus valet in effectu tempore solutionis, quàm valet tempore contractus. Et multum, non solùm ex inopinato, sed etiam contra tenorem contractus læderetur debitor, qui non fuit in mora soluendi in termino côuento, si teneretur soluere ad numerum secundùm æstimationem præsentem, & non secundùm æstimationem contractus. † Patet ad sensum & per ipsam rei euidentiam, quia nobiles non solent habere pecunias diu ociosas in arca, & si dictus Baro habuisset, verisimiliter non cauisset sibi de tot dilationibus soluendi, quis habere voluit, vt de fructibus & reditibus suis posset cum tempore summam conficere. 25

Cùm autum fructus & reditus conficiantur, & in pecuniam redigantur per solidum & libram, quanti plus valebit aureus, tantò minus aureorum ex reditibus suis conficere poterit: & contrà, quantò minoris valebit aureus, tantò plures aureos recipere & soluere poterit, sine exinanitione domus. Hinc satis apparet expressionem certi valoris dispositiuè & taxatiuè factam in gratiam vtriusque, ne si fortè crescerent aurei, debitor nimium damnum pateretur, & reditibus non sufficientibus cogeretur partem patrimonij vẽdere, vel vsuris succumbere, & pariter ne damnificaretur creditor, si interim decrescerent.

† Nec est somniandum taxationem illam referri ad bonitatem intrinsecam monetæ tunc currentis, quia hoc esset contra mentem & directam significationem verborum, quæ respiciunt numerum & cursum solidorum, & bonitatem extrinsecam, non autem intrinsecam eorum bonitatem, quæ etiam impertinens & inutilis esset, ad id, de quo agebatur, videlicet dotis debitæ solutionem, cùm in soluendis debitis, & rebus acquirendis, non plus valeant veteres, quàm noui solidi. 26

† Ex his promptum est nullo negotio secundùm quæstionis partem decidere, de dote restituenda, pariter enim dicendum est efficax augmentum deducendum, vel decrementum supplendum: saluo quòd cùm hic eadem sit æquitas, quæ in mutui restitutiõe, eadem limitatio adhibenda est, quæ suprà, videlicet, vt si augmentum superuenerit mox post dotem datam, ita quòd recipiens habuerit commodum 737 27

modum augmenti, non possit illud deducere: & pariter si decrementum statim superuenerit, non teneatur illud supplere.

28 † Et ita debet intelligi decisio prudentissimorum virorum Collegij Neapolitani, quam refert (licèt non sic declaret) eorum Collega Matth. Afflict. decis. Neop. 194. dotem mille centum florenorum, quorum valor extrinsecus interim decreuit, debere restitui secundùm valorem currentem tempore dotis traditæ, & sic supplendo superuentum decrementum: quæ est optima decisio, non in communibus Doctorum lacunis, sed in mera æquitate & iuris medulla fundata: quia gener habuerat commodum antiqui valoris diù ante superuentum decrementum.

29 Et eodem modo dicendum est in collatione. Vnde filia nubens accepit à patre myriadem aureorum, cùm aureus valeret 40. solidos, tempore verò obitus patris valet 45. solidos, non tenebitur cõferre præcisè myriadem aureorum, sed solùm in æstimatione, qua erant tempore dotis datę, & sic deducto augmento: alioquin sequeretur quòd pro viginti mille libris receptis teneretur conferre duo & viginti mille quingentas libras. Et pariter si sit in mora conferendi, casu quo debeat vsura currere, secundùm not. suprà quęst. 88. nõ current vsuræ, nisi pro rata viginti mille librarum: & hoc nisi augmentum superuenisset post dictam dotem, ita quòd filia, vel maritus eius percepissent cõmodum augmenti: & pariter decrementum superuentum post conuersionem in rem eorum secundùm veterem valorem supplebunt, vt modò diximus. Idem in similibus.

30 † His scriptis dum regesta mea voluo, reperi ante tredecim annos à me discussam q. quæ tunc erat in facto, Anno 1480. dum aurei non valerent, nisi 35. solidos, mulier dedit in dotem mille quadringentos aureos solares, cum pacto quòd in casum, quo non haberet communionem bonorum cum futuro sponso, redderẽtur ei vel suis soluto matrimonio, Gallicè (*au pris du denier Parisis*) hoc est, ad verbũ ad rationẽ denarij Parisiensis, vel ἐπιτετάρτως ad rationem sesquiquartam augmenti, videlicet quòd tanta summa, quanta viro data, & per eum recepta erat, redderetur cum augmento quartæ partis: postquàm autem matrimonium diù stetisset, tandem eo soluto cùm omissa communione dos repeteretur secundùm formam pacti, tuncque videlicet anno 1532. aureus solaris auctus esset de decem solidis, valebat enim ex edicto regio & communi vsu 45. solidos: dubitabatur an totidem 1400. aurei cum augmento quartæ partis, non deducto secuto augmento reddi deberent.

† Vidi ab antiquioribus & consultissimis huius supremi fori patronis responsum & conclusum, quòd totidem aurei in specie reddi debebant, non deducto augmento extrinseco, sed quantum ad augmentum conuentionale ad rationem denarij Parisiensis, videlicet proportionis sesquiquartæ, quòd debebat attendi non valor præsentis temporis, sed valor, qui erat tempore contractus, vt sic hæredes viri vltra prædictos totidem aureos soluerent hæredibus mulieris quartam partem summæ, quam prædicti aurei conficiebant secundùm valorem tempore contractus currentem ad solidum & libram, & sic in effectu pro bis mille quadringentis quinquaginta libris tempore contractus receptis, redderent ter mille septingenta sexaginta duas libras cum dimidia, videlicet, 3150. libras in dictis aureis pro sorte, & 612. libras cum dimidia pro dicto augmento conuentionali. 31

† Et sic quantum ad primum caput, videlicet sortis principalis aureorum, secuti sunt communem errorem adusque receptum, opinabantur eam esse meram iuris veritatem. Quantum autem ad secundum caput, videlicet augmenti conuenti ex magna & vrgente æquitate censuerunt limitandum ad valorem tempore contractus currentem: quia tunc non erat verisimile futurum tam magnum au- 32

reorum augmentũ,& vir promittens augmentum ſeſquiquartum, veriſimiliter inſpexit ad valorem currẽtem tempore contractus,& ſi cogitaſſet fore, vt aurei ſic augerentur, nullum promiſiſſet augmẽtum, ſaltem non tantùm Atqui ſi vera erat, & ſequenda communis opinio in primo capite, ſequenda etiam erat in ſecundo capite, non ſolùm ex vi verborum, ſed etiam de iure, & ex mente, & paritatis ratione.

33 † De vi verborum patet, quia vt verbum (principale & diſpoſitiuum redderentur) refertur ad eoſdem aureos numeratos. ita verba illa Gallica (*Au priu du denier*) & in eadem oratione poſita, & eodem verbo principali determinata, referuntur ad eoſdem aureos: igitur eodem modo & pariter determinari debent, non autem difformiter, l.iam hoc iure, de vulga.& pupill.cum vulga. Tum communis modus loquendi (denarius Pariſienſis) cum adiuncto (ad rationem ſiue proportionem) vt hic talis eſt, quod non refertur ad aliquot denarios in ſpecie, ſed indiſtinctè, & promiſcuè ad augmentum quintæ partis totius aucti, ſiue ad proportionem ſeſquiquartam ſummæ vel quantitatis, de qua agitur, ſiue de quantitate librarum in genere, ſiue de aureis, vel alia certa ſpecie monetæ agatur.

34 † Cum igitur fiat mentio denarij Pariſienſis per modum proportionis, ibi, (*Au priu*) id eſt, ratam ſeu rationem, non ſignificat, niſi augmentum ſeſquiquartum ſummæ, de qua agebatur, & tantò magis cùm non referatur ad ſolidos, nec ad libras vel aliam ſummam, ſed ad prædictos aureos in eadem oratione & determinatione eiuſdem verbi reddendi dictos aureos ad dictam ratam vel proportionem. Et ſic ipſa vis verborum ſonat, quòd eo caſu redderentur 1400. aurei cum augmento quartæ eorum partis, & ſic in totum mille ſeptingẽti quinquaginta aurei, qui tempore ſolutionis valebãt, & valent ter mille nongentas triginta ſeptẽ libras cum dimidia.

† De iure patet, quia de iure augmentum, ſiue additamentum ſequitur naturam aucti ſeu principalis, & vniformiter eodem iure tanquàm eius pars regulariter, l.etiam. & ibi Bald.C.de iure doti.l. quod in rerum.§.ſi quis poſt.de legat.1.latè Curtius ſen.conſil.56. Latius Albe.Bru. in tracta.de augmen.colum.27. And.Tiraquel.in repetit.l.ſi vnquàm vet.donatione largitus, num.181. & in tract.retract.p:ox. §.1.gloſſ.18. nume.51.tetigi in conſu.Pariſi. §. 22.numer.44. text.in l. inter ſocerum.§. cùm inter.ibi. nec ſperabitur portio, quæ data eſt additamenti cauſa, de pact.dotal. Igitur ſicut ſtante communi ſententia debebant totidem aurei reddi in ſpecie, non attenta variatione extrinſeca, ita neceſſariò ſequitur de iure, quòd augmentum illud conuentionale intelligitur de quarta parte totidem aureorum in eadem pariter ſpecie, & ſic in caſum augmenti extrinſeci, nõ deducto eo augmento, nec de principali, nec de additamento. 739 35

Similiter de mente partium & rationis paritate liquet: quia ſi iuxta communem ſententiam contrahentes intelligebant habere reſpectum ad numerum & ſpeciem aureorum, quòd redderetur dos in totidem aureis, non inſpecta variatione extrinſeca, ſequitur quod idem intellexerunt de augmento conuentionali, ex quo pacti ſunt de augmento in ſimilibus aureis, non autem in illa moneta: quia clauſula augmenti refertur ad proportionem ſeſquiquartam ſimilium aureorum: & conſequenter ſiue eorum valor extrinſecus minueretur, ſiue augeretur, ſemper reddi deberent 1750. aurei, tam pro ſorte, quàm pro augmento: & ſic dicta conſultatio, ſtante communi ſententia, in qua partim fundatur, non poteſt ſtare.

† Cùm autem dicta communis opinio ſimpliciter falſa ſit, vt probauimus, & contrahentes ad valorem extrinſecum aureorum ſtabiliter currẽtem tempore contractus, etiam alio non expreſſo, reſpexiſſe cenſeantur, per prædicta, nunc clarum eſt, augmentum tam de ſorte, quàm 36

de additamento deducendum esse. Plus dico, quòd etiam si prima communis sententia vera esset, adhuc idem dicendum esset in hac hypothesi, ex quo facta relatio ad denarios, & sic partes cogitauerunt de valore extrinseco, seu de quantitate denariorum resultante ex aureis, quo casu clarum est, quòd debet attendi valor, qui erat tempore contractus. Et sic hoc casu non tenebantur hæredes viri in effectu reddere vsque ad summam 3937. librarum cum dimidia, sequendo communem Doctorum errorem, nec vsque ad 3762. libras cum dimidia, secudum dictam consultationem, sed solùm vsque ad 3062. libras cum dimidia, videlicet, 2450. libras pro sorte, & 672. libras cum dimidia pro additamento conuentionali, vt pro toto suffecerit reddere mille trecentos sexaginta vnum solatos, cum quinque solidis Turonensibus: quia in aureis vtrunque, tam sors recepta, quàm additamentum reddi debet, ex tenore pacti, dispositione iuris, d.l. inter socerum, §.cùm inter. deducto superuento & inopinato augmento per prædicta: idem in similibus. Ad ea, quæ dixi suprà numero 392. quòd duo sufficiant, adde Petrum Paulum Parisium consil. 54. consil. 55. libro primo. Quinto loco occurrit quæstio sequens.

SVMMARIA

1. *Depositi in genere periculum ad deponentem spectat, nisi recipientis mora interueniat.*
2. *Depositum ad numerum abit in creditum.*
3. *Depositarius dominus est, si deposito vti potest.*
4. *Depositum cum facultate vtendi ad certum tempus naturam mutui sapit.*
6. *Augmentum an spectet ad Reum, qui est in mora, & nu.8.*
6. *Consignatio habet realis solutionis effectũ, & quando hoc verum. nu 10.*
7. *Deponens non sentit commodum depositæ consignatæ pecuniæ.*
9. *Negligens non debet esse melioris conditionis quàm diligens.*

QVAESTIO XCVIII.

Nonagesimooctauò, Quid in deposito, putà agens ad retractum, vel redemptionem fundi consignauit penes actuarium, vel mercatorem mille aureos, dum autem lis protrahitur eorum, æstimatio de quadraginta ad 45. solidos augetur? Respondeo, si est depositum primi gradus, de quo suprà quæstio. 83. nume. 632. nulla est quæst. cùm steterit in dominio & periculo deponentis, vel eius qui est in mora. 740 1

† Si verò est depositum secundi gradus, scilicet ad numerum, quod abit in creditum periculo recipientis, vt l. certi condictio. in fin. cum l. sequen. si certum peta. tunc si esset verum depositum, scilicet in meram custodiam, vt teneatur depositarius indilatè mox cùm petetur reddere, & sic non habet ius vtendi summa deposita & deposita, prout manet deposita, videlicet in genere quantitatis purè sic debitæ in abstracto. & non in concreto speciei seu corporum, per not. suprà numero 18. 2

† Et adhuc idem, quia licèt interim depositarius fuerit dominus corporum, quibus potuit vti, tamen astrictus fuit eadem corpora vel similia semper tenere parata: & sic non potuit vti, sed, vt verisimile est, semper totidem similes species ociosas & paratas tenuit, & sic non debet teneri, nec supplere quidem decrementum, si quòd interim acciderit, etiam si salarium custodiæ recipiat: nec poterit deducere augmẽtum quòd superuenerit, sed præcisè totidem numero similes species reddere tenetur, sicut obligatus ad tot aureos præcisè, cum pacto, vt nec augmenti, nec decrementi ratio habeatur. 3

† Si

4 Si verò est depositum tertij gradus, videlicet improprium, ita vt concessa sit facultas vtendi, vt non possit mox, nisi post tempus congruum tacitum vel expressum cogi reddere, & cùm sit simile mutuo, vt suprà num. 634. idem dicetur quod in mutuo suprà quæst. 92. Prædicta sunt clara ex parte actoris, qui succubuit, & sic consignationem repetentis. Quòd si vicerit, in casum quidem decrementi nulla etiam est quæstio.

5 † Sed in casum augmenti quæritur an spectet ad reum, qui fuit in mora? Videtur quòd sic: tum quia huiusmodi solutio, vel restitutio sortis trahitur retrò ad diem consignationis & iudicij cœpti, idque cum effectu, quia tenetur reus ad fructus fundi, vel rei retractæ ex eo tempore, tum quia ad eum spectauit periculum pecuniæ: ergo videtur quòd ad eundem spectet augmentum, præsertim fortuitum, & sine facto & sumptu deponentis superuentum.
6 † Tum quia dicta consignatio videtur quædam solutio, habet enim ipso iure effectum realis solutionis: quia ipso iure ex tunc liberatus est deponens ab omni alia restitutione sortis, l. acceptam. C. de vsur. l. obsignatione. C. de solutio. Sed si debitor soluere volens consignauerit, non dubium quin augmentum spectet ex tunc ad creditorem, sicut & decrementum & periculum.
7 † Tum postremò, vt consignans consequitur etiam retrò omnia commoda consignationis, ita videtur quòd non debeat interim capere aliquod commodum de pecunia consignata, alioquin censeretur consignationem reuocare: ergo non debet habere dictum augmentum, & sic spectabit ad reum acquiescentem.

8 † Breuiter his non obstantibus, dico quòd illud augmentum superuentum antequàm reus acquiesceret, & desineret esse in mora spectat ad consignantem, qui licèt vicerit, & omnia commoda cõsignationis & victoriæ habeât, potest illud deducere. nisi in casum, quo spectaret ad depositarium, vt diximus.
9 † Et moueor, tum per ea, quæ dicunt Doctores contra creditorem moratorem, in l. vinum. si cert. petat, per l. 3. in fi. de action. empt. Tum quia ad commodum moratoris non debet diligens deterioris esse conditionis, quàm negligens: sed si non consignasset, vel consignationem vt poterat recuperasset, posset deducere augmentum (loquor enim in themate huius quæst.) Secùs si debebantur præcisè certi aurei ad certum numerum non obstante quocunque augmento vel decremẽto ex pacto expresso (quia tũc cessaret hæc quæstio) ergo & nunc poterit, & morator suæ moræ imputare debet, quòd non prius eam purgauit.

† Non obstat, quod dictum est de solutione vel consignatione causa soluendi, qa illa fit purè & absolutè, & de eo quod purè debetur: & sic non est simile cum casu nostro, vbi pecunia consignata non debetur purè & absolutè, sed implendo respectiuè, & faciendo per reum id ad quod vicissim tenetur, quod cùm recuset facere pecunia antè consignata, non debetur ei cum effectu, nec debet ei tradi, sed stat velut sequestrata: & sic non debet habere commodum pecuniæ, sibi (ob suam moram, & non impletionem eius, quod debet) nondum debitæ cum effectu. Consequenter non debet habere illud augmentum, licèt propter iniustam suam moram debuisset ferre, moræque adscribere periculum, & omne incommodum, si quòd accidisset. Et sic soluta sunt omnia obiecta. Sexto loco occurrit quæst. 10

SVMMARIA.

1 Legati augmentum & decrementum an legatarium respiciat.

2 Quotiens agitur ex dispositione alicuius, attenditur tempus dispositionis.

3 Legatum factum pro legitima filia, si modicum attenta portione quam remittat, augmento continet.

4 Variata æstimatione pecuniæ, an attenditur tempus testamenti, mortis, aut solu-

QVAESTIO XCIX.

742
1 Nonagesimononò; Quid in legato, putà mille solatorum, qui tempore testamenti vel legati valebant singuli 32. solidos, sed tempore mortis 40. tempore verò petitionis vel solutiõis 45. Breuiter idẽ quod suprà diximus in contractibus, vt scilicet inspiciatur valor imposititius currens tempore dispositionis, siue contractus, siue testamenti, quia obligatio accepit suam certitudinem & limitationem secundũ quod, quale & quantum tempore dispositionis, nec ex post facto mutatur, l. Rutilia. de contrahen. emptio. & in testamentis sunt, text. in l. vxorem. §. testamento, de legat. 3. l. si ita. de auro & argen. legat. l. Aurelius. §. testamento. de lib. lega. † Hinc & pulchrè ait Bald. consil. pen. coram vobis, libr. 1. vbicunque agitur ex dispositione hominis attenditur tempus dispositionis, vt sciatur quid, quale, & quantum debeatur, non autem tempus solutionis. Ergo cùm valor imposititius pecuniæ, quem extrinsecum vocãt, sit de quãtitate & parte integrali, substantiali, & æquè principali legati pecuniæ, siue in genere quantitatis relictæ, siue in certa quauis specie monetæ, debet ea quantitas & valor legati secundùm tempus testamenti, nõ mortis, nec solutionis, attendi. † Limito, si legatum vel institutio facta esset pro legitima filia, quæ fortè hoc mediante per statutum vel consuetudinẽ loci excluditur: quia tunc si summa relicta est modica præ portione, quam filia iure communi habitura fuisset ab intestato, dico quòd decrementum benè debet suppleri, vt in alijs: sed tamen decrementum non deberet deduci, tum per ea, quæ in simili dixi suprà nume. 374. tum propter fauorem legitimæ, quæ debuisset haberi in corporibus hæreditarijs cum augmento, l. scimus. §. repletionem. C. de inofficios. testa. tum vt tantò minus recedatur à iure communi.

2
3

4 † Et in quantum dixi debere attendi tempus testamẽti, dices forsan nil esse noui, sed actum agi: quasi omnes Docto. & veteres & recentiores communiter teneant, in æstimatione monetæ, si variata sit, debere attendi tempus testamenti, non mortis, vel solutionis. Ita enim Oldrad. quæst. 31. thema tale est. Albe. post Guiliel. de Cu. in l. cùm quid. col. fina in l. vinum. col. fina. si cer. peta. Paul. l. 3. in fin. princip. C. communia de leg. Mart. Lauden. in tracta. monet. colum. penul. Curt. sen. eodem tract. quæstio. 4. Albert. Bru. in acta. de augmen.

men.in vltima conclu.amplia.9.

5 At ego dico,† quòd si rectè inspicias & expendas,longè aliud loquuntur, longè diuersa est mẽs eorum: non enim de cursu & valore impositito seu bonitate extrinseca loquuntur & sentiunt,sed de bonitate materiali & intrinseca, quam attendi & exigi volunt tempore testamenti, vel dispositionis,siue legata, vel aliter debita sit pecunia, siue nomine quantitatis genericæ,putà centum libræ, siue certa species monetæ,putà centum aurei solares,& pessimè, per ea quæ dicam in quæstione sequenti.

743 Cæterùm de † bonitate extrinseca sen
6 tiunt,tempus non dispositionis, sed solutionis attendi, non curando de augmento vel decremento,nisi à tempore moræ,prout adusque inualuit communis Docto.error. Et ita disertè explicat, & se declarat Paulus in d.l.3.in fin.princ. Alcia. post alios in d.l.cum quid.& malè,per ea quæ noue dixi in præcedentibus. Verùm est quod Socin.cons.6.lib.1.loquens de bonitate extrinseca, tenet debere attendi tempus testamenti: sed loquitur in longè diuersis terminis,videlicet quando legatum est factum de quantitate in genere, vel de florenis,qui secundùm communem modum loquendi loci tempore testamenti intelligebantur de certa quantitate in genere cuiuscunq; monetæ,non autem de certa specie monetæ,prout loquimur.

7 Oldra.† tamen, qui nondum saniorem quorundam veterum sententiam, de qua suprà,penitus exuerat, nõ vbique eodem modo sentit in hac materia,sed modò varius,modò obscurus:quia in cons.168.primùm quæsti.3. rectè tenuit in æstimatione & solutione pecuniæ, putà certæ summæ Turonensium, quod non debet haberi respectus ad valorem intrinsecum, sed solùm ad valorem extrinsecum, & cursum communem & vsualem:sed in dicto cõs. 31.in legato ducentarum librarum cùm testator superuixisset decem annis,& quęrat de qua moneta debeant solui ducentæ libræ,an de moneta, quæ currebat tempore testamenti, an quæ currebat tempore mortis, apparet quod non quærit de bonitate extrinseca, esset minus fatua quæstio, cùm non sit legata in certa specie monetę, sed in quantitate generica ab omni certa specie abstracta: & sic necessariò omnes species monetæ recipiunt functionem se-
cundùm omnes.† Quærit ergo tantùm de 8
bonitate intrinseca,quia interim facta est pecunia deterioris materiæ: & sic ibi censet soluendum etiam ad rationem bonitatis materialis & intrinsecæ, quæ erat tempore dispositionis,siue testamenti,siue cõ-
tractus.† Sed in cons.13.incip.cum quęstio 9
obscurus est facto, prout etiam cæteri assolent in hac materia: format enim quæstionem de arbitris, qui vni adiudicauerunt totam hæreditatem,& eundem condemnauerunt alteri ad soluendum duodecim libras Turonensium paruorum,deinde ex interuallo citra moram debitor vult soluere Turonenses grossos, computando quemlibet grossum pro quindecim vel sexdecim Turonensibus paruis, prout valebat & currebat tempore arbitrij lati. Creditor autem vult attendi Turonenses paruos hodie currentes, ex quibus Turonensis grossus non valet, nisi quatuordecim. Decidit Oldr. inspiciendum tempus lati arbitrij,& satis aperit quòd non quærebatur de mutatione grossi, & meritò: quia grossus non erat deductus in dispositionẽ,nec erat in obligatione, sed in facultate,siue de illo grosso, siue de alia specie monetæ conficeretur & præstaretur summa debita.

Et † nemo dubitat,quin inspiciendum 744
sit tempus solutionis vel consignationis 10
tantùm in specie monetæ, quæ non est in obligatione, sed in facultate. Et sic ibi tota quæstio erat super mutatione Turonensium paruorum,nec tamen aperit Oldr. an esset extrinseca siue intrinseca,quo fit, vt ea decisio Oldrad. sit incerta & inutilis. Nos ergo dicimus,nõ curandum de variatione bonitatis intrinsecæ,sed pręstanda, & sufficit bonitas extrinseca,quę erat tempore sententiæ:hoc est,soluendas omninò 12.libras de illis Turonensium paruorum libris,quæ currebant tempore sententiæ.

11 Hæc autem † vulgaris & numeralis libra non est semper & vbiq; eadem, sed quãdoq; etiam in eodem loco diuersa, vt Papiæ, vbi teste Curt.Sen.in d.tracta.q.12. est libra Papien.10.solidorum, & libra Imperialiũ, quæ est dupla, scilicet 20. solidorũ. Et etiam hoc regno. & ferè vbiq; licet libra sit 200.solidorũ, vt etiam testatur Ioã. Fab.in auth.hoc nisi.in fin.C.de solu.Cor. cons.135.litera d. li.3.tamen quædam libra Turonensis dicitur, quæ est 20.solidorum Turonensium, quædam in hoc regno libra Parisiensis, quæ est 20.solidorum Parisiensium, solidus autem Parisiensis est sesquiquartus ad solidum vulgarem.

12 Quemadmodum autem † si variari contingat mensuras agrorũ, solùm debet attẽdi illa, quæ erat tempore contractus, vt in l.semper in stipulationib.de reg.iur.ita variatis his libris siue earũ quantitate, quæ nõ sunt alia quàm mensura quantitatis pecuniæ, necessariò debet attẽdi illa libra siue quãtitas libræ, quæ erat tẽpore dispositionis, cui inesse dicitur, & eã limitasse, siue quãtitas librarũ mutetur in se, vt si statuatur quòd maior vel minor numerus solidorũ librã conficiat, siue solidi vel Turoni, ex quibus libra conficitur, augeãtur in valore siue intrinseco & extrinseco simul, siue extrinseco tantùm, retẽto pristino solidorũ numero ad conficiendam libram, q̃ sic in effectu maioris quantitatis & mensuræ vsualis efficiatur, debet attẽdi valor & quantitas existens tempore dispositionis.

745 Lud.autem Rom.† in cons.123.confun-
13 dit, & eadem fide denigrat & carpit omnia prædicta cõsilia Oldr.contendens simpliciter debere attendi non tẽpus testamẽti, sed tempus solutionis, per tex.in l.cum certum, de aur.& argen.leg.† sed valdè er-
14 rat, quia ille textus nõ est ad propositum in hac materia, quia nõ loquitur de certo precio debito, nec de certa quantitate pecuniæ debitæ etiã in genere, sed de precio alterius rei legatæ & debitæ, cuius potest æstimatio crescere vel minui: & sic attenditur quæ est tempore solutionis tantùm, nisi in quantum à tempore moræ inspici deberet, quanti ex tunc plurimi valuerit, secundùm regulas communes.

Brunus autem in loco prællegato soluit, quòd in d. l. cum certũ precium, est in solutione, quod est verum in casu d. l. sed non sufficit, quia potest esse quod sit æquè principaliter alternatiuè in obligatione: vt si testator legauit domum suam, vel eius æstimationem, quia noluit hæredẽ præcisè cogi tradere, debet attendi æstimatio, quæ est tempore solutionis fiendæ. Secùs est, si testator legaret domum, vel centum aureos, vel centum libras, & sic non se referendo ad æstimationem alterius rei variabilem, sed ad certã pecuniæ summã: quia tunc tempus testamenti attenditur, ad sciendum quanta sit ea quantitas.

Quoties autem † sunt plures aurei, so- 74
lidi vel libræ in vsu, intelligitur in dubio 15
de minimis, l.numis, de leg.3. Vnde etiã in vrbe Parisiensi nõ solùm in actibus priuatorũ, sed etiam in sententijs, intelligitur de solidis vel libris Turonensib. non autẽ de Parisiensibus, nisi expressum sit. Ad hoc vide si vacat Soci.cons.247. col.3.lib.2.vbi tamen malè limitat in debito piæ causæ, per not.Dec.in l.semper in obscuris.de regu.iur.& suprà num.212. Adde etiam Cor. cons.244.col.6.cum seq. li.2. vbi ex multis coniecturis pulchrè consuluit pro maioribus numis: & tradit Andr. Tyraq. in tract. retract. proxim.§.1.gl.18.q.10.

Rursus, quia † sæpè Doct.impertinen- 747
ter citant cons.11.Aret.& eò rem magis in- 16
tricant, quia illud cõsilium alienum est ab hac materia, vt hunc obiter scrupum studiosis eximam, sciendum est ibi talem fuisse hypothesin. Sal veniebat ad mensuram certo precio, putà 20. solidis pro quolibet medimno: quidam emit sal pro mille, putà florenis, id est, quantas mensuras precium mille florenorum æquaret. In loco erat statutum bis anno immediatè præcedenti cõfirmatum, quòd florenus non posset solui, nec expendi, nisi ad rationem solidorũ 42. tamen nihilominus omnes communiter etiam subditi obseruabãt, vt florenus permutaretur & curreret pro maiori summa, putà 45.solidis: prætereà emptor, qui erat exterus, ignorabat tale statutum, petit au-

tem

rem sibi mensurari 2250. medimnos salis, (totidem enim libras valebant mille flore ni secundùm communem obseruantiam, videlicet accipiendo quemlibet florenum pro 45. solidis.)

Contrà venditor non vult accipere nisi iuxtà præscriptũ statuti, videlicet pro 42. solidis, & sic tradere bis mille centumque medimnos salis dũtaxat: q̃situm fuit, quid
17 iuris? Consuluit † Franc. Are. pro emptore: tum quia ex quo tale statutum à subditis non recipitur, non ligat: ideò tanti valere censetur florenus, quanti publicè & communiter æstimatur ab omnibus. Tum quia si statutum ligaret, tamen ex quo emptor externus iustam illius ignorãtiam habuit, ne enormiter lædatur, videlicet ne perderet 150. libras, vel totidem medimnos, deberet aduersus tale statutum restitui per no. Inn. in rub. de consu. de quo plura dixi consu. Paris. in procemio. Et rectè consuluit, & hæc duo verba sufficiebant: sed is initio breuitatem professus, multa imper-
18 tinentia prolixè cumulauit. † Quæ enim infarcit de bonitate intrinseca & extrinseca monetæ, prorsus ἀπροσδιόνυσα sunt, sed solùm erat quęstio, vtra ęstimatio prępstet, an quæ communiter obseruatur, an quę statuto in vsum recepto taxatur: & habes communem vsum præualere, quod etiam Budæus luculento exemplo probat li. 3. assis. vt infrà. Ecce quàm multa quã breuius & clarius potui transuectus sum, nec vlterius immorabor in huiusmodi particularib. quæstionib. quũ prędicta abundè sufficiãt pro omnibus id genus rectè & expeditè decidendis.

748 Occurrit † tamen iucunda nec omittẽ
19 da quæstio. Victus & condemnatus in impensis litis ad 30. libras taxatis minutissimam & rarissimam cõquisiuit monetam, & solutionem obtulit in paruulis denarijs Parisiensibus & Turonensibus. Creditor recusauit, offerens recipere in aureis vel solidis duodenarijs aut simili, nõ adeò cõtemptibili moneta. Per sententiam præsidis Parisiensis dictum, quòd creditor teneretur recipere: appellauit ad senatum, vbi (vt [in] talibus rectè & laudabiliter fieri solet) consulti & aditi pręfecti monetales censebant malè iudicatum. Dicebant † e- 20
nim primò, hanc minutissimam monetam nigram denariorum paruorum siue Parisiensium siue Turonensium, non esse factam ad commercia exercenda, & soluenda debita, sed solùm ad commutandum maiores numos, vel supplendum quod excurrit, vt in l. Publia. §. Titius. deposi. quando minutum aliquid addendum vel detrahẽdum est summæ vel precio. Secundò † di- 21
cebant monetam hanc nigram ferè omninò esse æream, nimisq; ponderosam & onerosam in magnis summis.

Sed certè primum iuris est, † excedens 22
artem monet[a]lem, & falsum est: cum enim hęc minutissima moneta, quamcunque vilissima sit, publicè ad formam & definitionem publicam facta & approbata est vera & proba moneta, igitur in ea solutio fieri potest, siue in parua, siue in magna summa, cùm debitor non sit obligatus ad aliã certam speciem monetæ, sed ad quantitatem in genere.

Secundum verò in facto est, & spectat ad artem monetalem, sed sufficit præcedens solutio. † Prætereà (vt didici à doctis- 23
simo viro do. Francisco Beneuentio, causarum in hoc senatu patrono consultissimo, regioque in præfectura monetarũ aduocato) etiam in nigra & minutissima moneta tantum pro rata inest & datur materiæ argenti, quantùm in maiori alba moneta argentea, modò proba sit moneta, vt supponitur. Patet, quia in duodecim denarijs Turonensibus, qui valent solidum duodenarium, tantum est argenti, quantum in vno solido duodenario, & tantundem inuenietur, si seorsum denari[j], seorsum duodenarij conflentur.

Quòd autem duodecim denarij maioris sunt ponderis, illud est quia plus habẽt æris, vt possint in plures numos multiplicari: quantum ergo (si appendantur) pluris põderant, quàm duodenarius solidus, tantùm plus habent æris simul, quàm vnus solidus per se. Et † consequenter sol- 24
uẽs triginta vel centũ libras in hac minutissima moneta, tantũ dat argenti, quantũ si sol-

folueret in maiori argentea, licet minorē molem det ob maiorem ęris quantitatem. Quanquam de iure siue plus, siue minus argenti insit, non refert, modò publica proba & legitima moneta sit, vt dicam in quæst. seq.

25 Quod † autem hoc casu iustè creditoris (vtpotè profecturi) intersit non recipere in hac minutissima & pôderosissima moneta, non est in consideratione: quia illud solum cōsideratur, qn̄ debitor tenetur in certa specie, & offert in alia, licèt aliàs cōmuniter fungibili, vt in l. Paulus, de solut. Sed hic non debetur nisi quantitas in genere, qua semel ablata in quacunque proba non reprobata moneta, licèt rara & minus frequenti (vt sunt denarij Parisienses) debitor obtulit quod debet, nec ad rem pertinet, quod debitor ex indignatione hanc minutissimam monetam conquisierit: ex quo enim eam habet, & de ea solui potest, quid ad rem de origine? Immò si peccauit debitor dicta indignatione, magis peccat creditor, qui est in vltima mora & culpa, dedignando & auersando probam & legitimam monetam: & ita tandem rectè prudenterque pronunciauit supremus noster senatus, benè iudicatum. ADDE. Videat cui placet REN. BVDEL. suprà quæst. monet. cap. 10. longè aliter concludentem.

Additio Ren. Budelij LL.

Humanissime Lector: Cum hoc caput centesimum, quod inter vndecim postremò loco est positum, præcipuamq; & notabilissimam de Monetis materiam continet, Summarijs suis destitui, quibus pręcedentia capita videntur condecorata, animaduertissem: existimaui me tibi rem nō ingratam præstiturum, si per me hæc colligerentur, & huic cap. pro more præscriberentur. Hinc enim mens Molinæi in hac difficili & argumentosa (vt ipse fatetur) quæstione exactius cognoscetur, & quid pro vtraque parte in hac discepteturac proponatur, perfectius intelligere & summatim tandem ad Indicem omnia redigere licebit.

Pro pleniori etiam intellectu eorum, quæ præcedunt & quę sequuntur, hic rursus repeto & inculco. Quod præter alia, quæ in pręsenti cap. tractantur, agatur hic de intrinseco & extrinseco valore Monetarū, de obligatione speciei & generis, de certis generibus contractuum, in quibus vel summa semel, vel quotannis soluenda agitur: tandemque Auctor concludit, vt etiam passim in præcedentibus, in his Monetarijs quæstionibus propè omnibus, nō ad valorem intrinsecum sed extrinsecum, hoc est indicaturam, quam etiam magis substantialem dicit, respiciendum, & secundùm illum, qui contractus, non verò solutionis tempore frequentabatur, quæstiones obuenientes dissoluendas & decidendas esse, contra Doct. communem, vti etiam nostram sententiam, contendit atq; concludit.

SVMMARIA.

1 *Intrinseca bonitatis ratio quopacto inuestiganda.*
2 *Intrinsecum valorem attendendum, cōmunis habet sententia.*
3 *Obligationem generis & speciei distinctā esse.*
4 *Intrinsecam bonitatem esse substantialem.*
5 *Materiam in pecunia considerari.*
6 *Intrinseca bonitas in pensionibus annuis debet attendi.*
7 *Creditor viliorem pecuniam quam exposuit, recipere cogi non potest.*
8 *Pecunia in Gallijs vilior facta, Anno 1525.*
9 *Intrinsecam bonitatem considerandam docet experientia.*
10 *Rem vitiatam reddere non licet.*
11 *Extrinsecam bonitatem esse substantialem.*
12 *Pecunia signata materia considerationem excludit.*
13 *Moneta vt iusta sit. quæ requirantur.*
14 *Adulterina moneta pro legitima non habetur.*

15 Aug-

Molin. valoris extrinseci erga intrinsec.

112 *Communem sententiam DD. de tempore contractus refutat Molin.*

113 *Communem sententiam de valore intrinseco quoad tempus contractus, tribus argumentis corroborat.*

114 *Contra cõmunem Molin. sententiam corroborat.*

115 *Indicatura potior est ipsa materia.*

116 *Valoris intrinseci interesse non considerari.*

117 *Demonstrationibus pro sua opinione efficatioribus vtitur Molin.*

118 *Qui sentit commodum etiam incommodũ sentire debet.*

119 *Ampliationes & limitationem de intrinseco valore pro sententia Molinai.*

120 *Romani & Geminian. contra communem sententia de valore intrinseco.*

121 *In annuis redditibus etiam quoad intrinsecum valorem solutionis tempus inspiciendum, & quare secundum Roman & Gemin.*

122 *Exemplis iudicandum non est. Nec quod factum quam quod fieri debet considerãdum.*

123 *In dispositione legis, statuti, consuetudinis, intrinsecæ bonitatis mutationem non considerandam.*

124 *In summa semel soluenda tempus contractus quoad extrinsecum valorem inspiciẽdum.*

125 *In Mutuo distinctionem notandam.*

126 *Speciei in obligatione intrinsecum valorẽ minus curandum.*

127 *Sic etiam in contractu de rediemendo.*

128 *Contractus tempore, si valor intrinsecus melioratus, hoc deducendum.*

129 *Augmentum paulatim & sensum superueniens.*

130 *Limitationes Regulæ de valore intrinseco adiunguntur.*

131 *Pactum interpositum siue de bonitate intrinseca, siue extrinseca persoluenda nũ valeat.*

132 *Non valere talẽ pactum explicat.*

133 *Contractus aleatorij sunt impromissi.*

134 *Moneta in intrinseco valore non facile augetur.*

135 *Regis & Tiranni epitheta bona & mala.*

QVAESTIO C.

CEntesimò † discutienda necessaria occurrit ardua illa q. an intrinsecæ bonitatis ratio exigi possit? Hæc de se ad præcedentium quorundam differentiam magis iuris est, quàm voluntatis vel facti, & nullã prima facie videtur habere dubitationem. 1

Omnes enim & veteres & medij & recentiores (vno solo scilicet Ioã. Fab. excepto, infra nu. 765.) vna voce vbiq; siue legendo, siue repetendo, siue in tractatibus, siue in consilijs, tenuerunt & tenent semper & indistinctè, siue debeatur pecunia in genere abstracto quãtitatis, putà tot libræ, vt per Old. quęstio. 31. siue certa species monetæ, puta mille aurei, debere attendi & exigi bonitatem † intrinsecam, 2 quæ erat tempore contractus, siue cuiuscunq; dispositionis: & cùm sit plusquam communis, velut præiudicata opinio, superfluum est authores citare. Vide si vacat quos citat Do. Andr. Tiraq. (qui cum eis transit) in tractat. retracta. proxi. §. 1. glo. 18. nume. 27. & latissimè omnium Alber. Brun. tractat. de angmen. conclus. vlti. limita. 1. nouissimè etiã, sed animosius Iohannes Regnaudi in tractat. moneta. censet, quod si nulla esset lex, ita tenendum esset, quia hoc (inquit ille) dictat naturalis iustitia.

Sed certè hæc quæstio omnium huius materiæ difficilior & argumentosior est, vt non solùm sit dubium, quando de hoc non fuit actum, vt omnes loquũtur, sed etiam (quod magis mirum est), si expressè conuentum sit de certa bonitate intrinseca, vt ex sequentibus apparebit.

Cùm autem plures diuersos casus hæc quęstio respiciat, qui ad tria genera reducuntur: primum, quando de summa semel soluenda agitur, puta ex empto, vel legato: secundum, quando de summa recepta restituenda, puta mutuo, vel in redemptione reditus vel fundi: tertium, quando agitur de reliquis reditibus continuandis, in quibus omnibus quandoque† quã
3 titate in genere, quandoque de certa specie monetæ agitur, quandoque speciali-
2 ter pactum est de certa bonitate intrinseca, quandoque non. Causas quidem ex quibus debetur, siue ex contractu siue ex testamento, sententia, vel statuto, nil moror, quia in his non est vis: licèt multi, dũ sese aliter extricare nequeunt, vim in his temerè faciant.

Verum vt breuius & clarius defungamur, nec sit opus prolixè singula singulatim discutere, vtriusque partis in genere potiores tantũ loco summatim collatos expendemus, deindè totam materiam decisiue concludemus. Vt ergo hæc res non minus adusque confusa, quàm diffusa, & Euripo mari volubilior, certis velut alueis congrua methodo conclusa & astricta iam velut teneri, palpari & discerni queat, breui hoc ordine procedemus: ab vtraque parte iuris ciuilis locos pertinentes duntaxat & ad rem, in duos contrahemus, & primo secundoque ordine locabimus: iuris verò canonici locos in tertio ordine, circunstantiarum autem facti locos in quarto & vltimo loco, vbi citabuntur obiter aliquot eius partis assertores. Idemque argumentationis, & literariæ aciei ordo, in vtraque concertationis parte seruabitur, & reciprocabitur.

De bonitate intrinseca, illam semper inspiciendam pro communi, per 4. argumenta comprobatum.

750 † Et primò pro communi sententia vi-
4 get, quòd bonitas intrinseca est de substãtia omnis monetæ, & saltem non minus principaliter, quàm extrinseca consideratur & exigitur, per not. supr. nume. 303. cùm autem consistat in pondere seu quãtitate, & in bonitate seu qualitate materiæ, necessariò sequitur, quòd ea quantitas, & qualitas, quę erat tempore contractus, attenditur: vbicunque enim contractus expressè vel tacitè respicit materiam, necessariò præcidit ad eam, quæ erat tempore contractus. l. cùm quid, si cert. pet. l. Rutilia de contrahen. empti. ad hoc omnia iura, quæ volunt tempus contractus attendi, & ab initio obligationem fieri certam secundum quid, quale, & quantum, tempore contractus inspecto. l. certum. si certum pet. & secundum limites tunc insitos, qui posteà tractu temporis non mutantur. Bald. d. c. quanto, col. fi. & passim, sup. nu. 742.

Secundò, quia iura volunt pecuniam
esse debiti ponderis & speciei, † quòd so- 5
lam bonitatem materiæ respicit, quodq; aliter non teneatur quis recipere, quantumcunque principis character impressus sit. text. in l. 1. C. de veter. numisma. potesta. libr. 11. & in l. 1. & 2. de pond. libr. 10. vbi non tenetur quis recipere etiam pecuniam principis auream nisi appensam & probatã in pondere & qualitate. quod procedit etiam si recipiens sit ipse princeps vel eius quæstor. tex. in d. l. 1. & text. in l. creditor. in princ. de solut. vbi fortius probatur, quòd non tenetur quis recipere pecuniam ærosam, hoc est, pecuniã plus æris habentem, & minus auri vel argenti, quàm ex publico & generali decreto inesse debeat.

Quòd ampliatur per d. l. 1. dupliciter vel tripliciter. Primò, nõ solùm si de certa preciosa monetæ specie agatur, vt in l. 1. de vet. nu. potesta. sed etiam si de quacũque moneta, vel de simplici quantitate in genere, vt propriè loquitur. d. l. creditor. Secundò etiam in ciuitate, in qua contrahentes pecunia illa ærosa promiscuè vtebantur in tantum & tertio quòd etiã si creditor aliàs fuerit in mora, & interim iussu præsidis ea pecunia tanquam minus

minus

minus proba sublata sit, non est credito-ris, sed debitoris periculum. Igitur bonitas intrinseca præcisè requiritur & exigitur, & consequenter ea, quæ ex publico generali compacto requirebatur tempore dispositiõis. Cùm enim dispositio, quæ fit de pecunia, debeat referri ad certam bonitatem intrinsecam, necesse est (nisi aliud expressè cautum sit) vt determinetur ad eam, quæ erat tempore dispositionis, cùm aliter determinari & certificari non possit. Et hæc tantò fortiùs procedũt in creditore, qui bonam pecuniam numerauit, vt suprà quæst.90.91.95. cum sequ. idem tamen in quocunque creditore cõcludunt dictæ rationes & iura, & hæc de rationibus iuris ciuilis.

751 Tertiò, hoc etiam secundùm omnes volunt iura Canonica in c.olim causam, in c.cùm Canonicis, de censibus, quæ omnes Canonistæ ibi & vbique intelligunt,
6n vt non solùm in summa semel soluenda. sed etiam in pensionibus & obligationibus successiuis debeat solui pecunia secundùm æstimationem intrinsecam, quæ erat tempore dispositionis, ita quòd etiam si defecerit vetus moneta, non sufficiat soluere de noua deterioris materiæ, etiam eodem valore extrinseco, nisi suppleatur ad bonitatem extrinsecam, quæ erat tempore dispositionis: quod etiam innuit d.c.quanto, de iureiuran. vbi dicitur, propter defraudationem legitimi ponderis (& sic bonitatis intrinsecæ) pecuniam ipsam diminutam, & minoris valoris effectam cum magno populi scandalo & damno.

Si igitur diminutio intrinseca facit da-
7 mnum † populo, ergò non tenetur creditor recipere pecuniam nouam intrinsecus tantùm diminutam, ne damnum incurrat, per d.l.Paulus. ita etiam tenet & dicta capitula intelligunt Legistæ vbique, vt in locis citatis suprà in principio huius quæstio. Corne. consil.279. consil. 287.lib.1.consil.321.colum.fina.lib.3. Guido.Pap.decis.Delphin.493.Bertrand.consil.289.si moneta, libr.3. Anton.Rube.consil.148. ita etiam scio aliquoties fuisse iudicatum etiam in supremo hoc senatu, & memini me scripsisse in quadam causa, cùm in contractu matrimonij facto anno millesimo, quadringentesimo, octogesimo septimo vir constituisset sponsæ octoginta libras annui reditus in ἀντιφερ-νὰ (vulgò doarium vocant) quod per cõsuetudinem est hæredum filiorum illius matrimonij, qui posteà non fuerunt hæredes, sed dictum reditum præstari tutòque assignari petierunt, idque secundùm valorem & bonitatem monetæ, quæ tempore contractus currebat.

Facta verò æstimatione per Præfectos monetarum, anno sesquimillesimo vice-
simoquinto, inuentum est, † quòd mone- 8
ta currens deteriorata erat intrinsecus de quinta parte, à tempore contractus, ita quòd octoginta libræ monetę currentis tempore contractus, habito respectu ad bonitatem extrinsecam, valerent centum libras ex moneta currente tempore æstimationis, & arresto lato die vicesima septima Martij anno sesquimillesimo vicesimoquinto, damnati fuerunt hæredes constituentis ad soluendum & assignandum dictum reditum secundùm valorem & æstimationem monetæ, quæ tempore contractus currebat.

Et posteà simile arrestum in alia causa, vbi petebantur antiqua aurea numismata pecudis vellosæ. Gallicè (*Moutons à la grande laine*) quæ non erant amplius in vsu, nec ad æstimationem extrinsecam olim currentem, sed ad intrinsecam auri puritatem, nulli numismati secundam (vt refert) respectum fuit. Ex quibus hæc sententia non solùm probata, sed prǽiudicata videt.

Quartò vrgent etiam circumstantiæ 9
facti, quia rerum experientia semper docuit & docet bonitatem intrinsecam considerari, & hoc rei vtilitas, & ipsa rei subiectæ iustitia & legalitas exposcit, quum pecunia deteriorata in materia, re ipsa vilior fit, & ex nunc quoad multa minoris vtilitatis. præter id quod periculum imminet, vt mox in toto tollatur, vt

vt in d.l.creditor. vel vt mox publico(vt fit) edicto, aut saltem sensim in valore quoque extrinseco minuatur. † Vt igitur
10 in cæteris omnibus non licèt rem vitiosam vel deteriorem effectam soluere, ita nec pecuniam saltem notabiliter intrinsecus deterioratam, vtcunque valor extrinsecus nondum minutus sit, præsertim cùm debitum pecuniæ stet periculo debitoris.

Et hæc generalis experientia & circũstantia facti quandoque speciali circunstantia magis vrgetur, vt quando creditor est alterius ciuitatis, in qua pecunia ærosa vel extrinsecus deteriorata non recipitur, nec toleratur. & sic etiam extrinsecus in totum vel in parte reprobatur, licèt in ciuitate, in qua est debitor, remaneat adhuc & de facto toleretur in veteri cursu extrinseco. Idem si creditor, qui bonam pecuniam numerauit, erat tunc eiusdem ciuitatis, sed aliò migraturus, vel negociaturus vbi pecunia deterior non recipitur vel minoris permutatur.

Extrinsecam bonitatem esse substantialem prosequitur.

713 11 † Nunc contrariæ partis acies eodem ordine educenda est, interiectis obiter breuitatis causa responsionibus quibusdam ad prioris partis argumenta. Et primò pro secunda parte vrgent omnia ferè argumenta, quæ suprà quæstio 91.nu.694. cum seq. contra communem adduximus, & præcipuè quinque priores rationes, videlicet, prima quòd non materia vel forma naturalis ipsius corporis monetæ, sed valor imposititius est forma & substãtia monetæ, in quantum moneta, quæ etiam non est corpus physicum, sed artificiale ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστί, inquit Aristot. Et hic libr.5. Secunda, tertia & quarta, quòd semper est & eiusdem potestatis & æquipollentiæ cum alia moneta: quæ omnia non possent stare, si certo eodem valore & cursu exigeretur etiam bonitas materiæ, qualis erat tempore dispositionis. Et quinta ratio, quòd non videtur deduci nisi sub ratione valoris imposititij: reliqua pariter adaptari possunt, non repeto. Et ita quòd bonitas essentialis monetę sit in æstimatione, scilicèt extrinseca, non autem in materia, sentit Anton. Butri. in capit. quanto. de iureiuran. & nouissimè Hierony. Butigel.d. repet.l.quod te.columm.10.nume.19. si certum petatur. idem sentit Bald. in l.singulari a. column. 4. in 9. speciali. si certum petatur. dicens quod in pecunia potius attenditur vsus, quam materia.

Secundò vrget, quod de iure licet appellatione auri vel argenti veniat omne aurum & argentum, etiam factum, vt vasa argentea. l. quæsitum. §. illud. de leg. 3. l. cùm aurum. in princ. de auro & argen. le. non tamen veniunt numi aurei vel argentei, etiam ex pura materia. d. l. cùm aurum. l. Quintus. 1. §. 1. de auro & argen. lega. † Et sic patet speciale esse in pecunia 12
signata, vt iam non materia attendatur, sed tantùm forma & indicatura imposita, vt nec habeat locum regula d. §. illud. quòd appellatione materiæ veniat materiatum, quòd ad sui materiam reuerti potest. Igitur si in pecunia signata non amplius attenditur materia, sequitur quod si offertur solutio in pecunia proba & currenti & quæ tantum valet in valore imposititio & currenti, quantum in pecunia, quæ currebat tempore contractus vel dispositionis, quod sufficit, & tenetur creditor recipere, licèt pecunia nunc currẽs sit in materia & bonitate intrinseca deterior ea, quæ tempore dispositionis currebat.

Et hic non controuertitur, qui in debitor soluere debeat in eadem specie monetę (si ad certam speciem tenetur) non in alia eiusdem valoris, si creditoris intersit, nec species indebita sit in vsu iuxta l. Paulus. de solutio.

Nec etiam quęritur an debeat solui secundum valorem imposititium temporis contractus, vel temporis solutionis, de quo satis in precedentibus decem quęstionibus: sed solum quando offertur

solutio

ſolutio in eadem ſpecie, ſi certa ſpecies monetæ debeatur, vel ſi tantùm quantitas in genere debetur, offertur ſolutio in qualibet proba moneta, ſed non materia tam proba, ſicut erat pecunia currens tẽpore diſpoſitionis: quòd non videtur de iure in conſideratione per nuper dicta, cùm in monetis, non materia, ſed forma & indicatura publicè impoſita & approbata attendi debeat.

Et ſic non obſtant de iure ciuili adducta pro communi ſententia, quia ſunt vera & procedunt in terminis ſuis, videlicet ad hoc, vt moneta ſit proba & legitima: debet enim habere bonitatem intrinſecam, tam in qualitate, quàm in pondere, ad hoc publicè inſtitutam, præfixam & requiſitam, quę etiam eſt de ſubſtantia: alias non eſt de legitima, ſed improba moneta, nec tenetur quis eam recipere, ſed iuſtè poteſt probare, & appendere an talis ſit.

At ſic illa duo & omnia ſimilia, & indè dependentia argumenta, quantumque vrgere videantur, non probant aliud, niſi quòd moneta debet habere non ſolùm formam, ſed etiam bonitatem materiæ

13 publicæ præſtitutam, † definitam & compactam, antequam ſit proba moneta, & antequam habeat bonitatem extrinſecã, & valorem de publico inſtitutum, quòd non eſt in controuerſia.

14 † Probant etiam conſequenter, quòd ſi adulterina moneta à falſarijs fabricetur, vel vera moneta radatur, aut alio machinamento à priuatis vel caſu, legitimo pondere defraudetur, quòd non habetur pro legitima moneta, quod etiam non eſt dubium: quia tũc non habet requiſita ad legitimam monetam. Nec de hoc quæritur, ſed de longè diuerſo caſu, videlicet quando publicè, vel per eum, penes quẽ eſt poteſtas & adminiſtratio Reipub. ſtatuitur minor modus materiæ (pedem monetarij vocant) in pecunia, quàm eſſet olim, ſeruata eadem indicatura ſeu valore impoſititio.

Hæc propriè eſt noſtra quæſtio, in qua moneta noua eſt vera & legitima moneta, cùm habeat ea, quæ publicè ad hoc requiruntur, nec eſt inconueniens in ſe, quòd tantum valeat, quantum valebat antiqua, quæ erat melioris vel maioris materiæ, ex quo publicè hoc & generaliter inſtituitur & approbatur: quemadmodum ab initio non fuiſſet inconueniens, ſi pecunia fuiſſet eadem publica authoritate leuiori materia excuſa.

Verum eſt, quòd ſi iſtud publicum decrementum materiæ ſit notabile, quod quanto noua moneta in bonitate materiæ minuitur, tanto vetus monetæ neceſſariò augetur in precio & bonitate extrinſeca: quod non videtur inconueniens, nec ex parte veterem monetam poſſidentium, cùm potius excommodetur, nec ex parte creditorum, nec ex parte debitorũ, quia nec illorum melior, nec horum deterior conditio efficietur.

† Probo, quia cæteris paribus paria 15
ſunt & in idem recidunt, certam nouam monetam publicè minore materia eadem indicatura cudi & conſequenter veterem expreſsè vel tacitè extrinſecus augeri, vel minui certam monetam materia non mutari, ſed extrinſecus tantum augeri, quod non eſt inconueniens, ſi publicè & permanenter fiat. Patet, quia primo non eſt inconueniens ex parte eorum, qui pecuniam poſſident, cum non fiat eis iniuria, ſed potius beneficium: eorum enim augetur patrimonium. Secundò, nec ex parte eorum, quibus huiuſmodi ſic auctæ pecuniæ debentur: quia non accedit eis lucrum, nec decedit, cùm ſit verum augmentum: ſed ſeruantur iura eorum in ſtatu valoris antiqui, nec cogent debitores ad ſoluendum niſi deducto augmento.

Tertiò, nec conſequenter ex parte debitorum: quia ſoluendo deducent augmẽtum nec maiori labore, ſumptu, vel commutatione opus erit, ad quærẽdum tantũ dictæ monetæ, quantum ad ſoluendum ſufficit, vt ſupr. numer. 709. vt clariſſimè pro-

756 probauimus 10.quæst. præcedentib. Nec noua sunt exempla pecuniæ extrinsecus tantùm augendæ, vel eadem indicatura manente, minori seu viliori materia publico decreto excudendæ: quo vltimo tanquàm necessario in rebus aduersis Reipubl. subsidio Romani vsi sunt secundo bello Punico ab Annibale illato, quo tantùm non ad internecionem vsque deleti sunt, sub cuius initium, vt populus ære alieno liberaretur, & Respublica maximis & crebris impensis vtcunque sufficere posset, publico senatus ac populi decreto.

16 As libralis (quæ erat communis & vsualis moneta ærea libram,† hoc est, duodecim vncias æris pendens) sextantarius factus est, id est, ad sextam partem seu binas vncias redactus, manente veteri indicatura seu valore extrinseco.

As enim nouiter fabricatus, licèt in materia dextante minor & leuior priore, tamen tanti locabatur, quanti vetus & integer as, & sic dissolutum æs alienum, & Respubl. interim sine ciuium iniuria, dextantem siue quinq; partes de sex, hoc est, decem nouos asses super quolibet nouo asse lucrata est, vt hinc publicis impẽdijs occurreret.

Et rursus Annibale arctius vrgente, cùm Italia bello flagraret, ætriumq; iam exhaustum esset, ille nouus as dimidiatus est, & è sextantario vncialis factus duodecimam tantùm veteris assis partẽ pendens, eodem tamen valore: & sic Respubl. iterum super singulis nouissimis assibus dimidium, respectu sextantarij & immediati assis, deuncem autem, respectu veteris, lucrata est, vt ex Plinio lib.33. cap.3. Festo, & nouissimè Budæo lib.5. assis colligitur, refert & Volaterran. lib.30. de numis.

Nunc ergò quis dicere audeat pecuniam illam vsualem primum dextante, deinde deunce diminutã intrinsecus & deteriorata non fuisse in Romana Repub. id temporis legitimam, cùm haberet bonitatem & quantitatem materiæ tunc publico Senatus & populi decreto definitam? Quis dubitat creditorem, cui cẽtum asses debebantur ex legitimo contractu, fortè etiam ex mutuo facto ante illam imminutionem monetæ, coactum fuisse recipere 100. nouos sextantarios asses, post primã imminutionem, vel 100. nouissimos vnciarios asses post secundam imminutionem pro veteribus integris, & syngraphã tanquàm exolutam reddere, vel recautã dare, nec tamen vllo magno aut cõsiderabili incõmodo creditoris affici, vt testatur Festus, cùm noui & diminuti asses tãtum valerent, quantum veteres.

Quis etiam negare audeat eosdem debitores iure optimo semel & perpetuò liberatos fuisse, soluendo vel consignando nouos vel nouissimos asses? Consequenter liquet tunc nullam rationem bonitatis † intrinsecæ tam luculenter imminutę habitam fuisse, idq; generaliter & iure optimo, nõ solùm in stipendijs militum & in commercijs, sed ne in veteribus debitis exoluendis, etiam de fortiori moneta in veteribus assibus mutuata contractis, easq; solutiones & liberationes ratas fuisse etiam post bellũ finitum, licèt (quod est) interim, præsertim ab initio, speraretur imminutionem illam monetarũ non diu duraturam, prout finito statim bello in pristinum statum redijt, vt ex Festo refert Budæ. lib.5. Assis. Bellum autem id septendecim annis confectum est, vt Liui. & omnes Chronographi, Paul. Orosl. lib. 4. Sabelli. Ennead. 5. lib. 5. ad finem testantur. 17

Ex his iam non tam argumentis aut dilemmatis, tamquam in clara luce supernacuis, sed ipsa rei euidentia & experiẽtia probatum est, † solam publicam indicaturam, quam valorem extrinsecum vocant, vtranque paginam, seu totum facere in re numaria, hoc est, materiam nõ amplius attendi, quàm ex publico cõpacto pro tempore vsus requiratur. Et sic soluta est quæstio: non enim quæramus de vitijs, si quæ falsariorũ dolo vel casu quodam emerserunt contra formã & substantiam monetæ publicæ definita. 757

Tertio loco probatur etiam de iure Canoni-

nonico idem esse, cùm diuersum non reperiatur in eo statutum per regulam c. 1. de oper. nou. nuncia.

19 Non obstat d.c. quāto. quia responsio in prōptu est, quia ibi nō fuerat publico decreto cōstitutū aliud legitimū pondus monetæ: imò manebat antiquum decretum, & definitio legitimi ponderis à Rege & populo publicè facta. Sed clanculum sine legitima & pragmatica forma, & irrequisito populi consensu, defraudata fuerat moneta legitimo pondere: & sic in effectu illegitima & fraudulenta moneta excusa erat per auaritiam & tyrannidem Principis, proditorúmue suorum, qui nil aliud agunt, quàm vt sacrosanctam Regis maiestatem, quàm intemeratæ fidei, veritatis, iustitiæ, & tot sacramentis deiuratę populi charitatis radijs perpetuò fulgere, & à cunctis suspici & amari dicebat, omni genere libidinum, scelerum, scurrilitatum, fraudum, & expilationum populi deturpatam, infamem & odibilem reddant.

Vnde vt ibi dicit Innoc. 3. magnū scandalum & detrimētum populi oriebatur: quoniam manebat vetus norma & definitio monetæ, à qua populus discedere nolebat, & sic quæ de noua contra id cudebatur, erat illegitima, & tamen per officiales, seu magis proditores Regis de facto spargebatur in vulgus incautum, & sparsa nō poterat nec debebat habere cursum, vtpote illegitima: habentes aūt veterem bonam monetam nolebant expendere, metu ne sibi periret, maioríque metu detrectabant nouam recipere, simpliciores autem & incauti circumueniebantur.

Quare Rex Arragoniæ, ad quem illud rescriptum Inn. 3. dirigebatur, illum abusum non solùm correxit, sed tandem (vt scribit Petrus Belleg. in Spe. prin. rub. 36. de mutatione monet.) lege lata vna cum proceribus regni & ciuitatum in pragmatica forma, & per modū contractus à proceribus & ciuibus accepta Valentię, 18. Calen. Maij. Anno. 1265. diffiniuit certam, perpetuam & immutabilem formā, pondus & puritatem materiæ monetæ Regalium Valentię, ita quod de libra seu marca argenti definitæ puritatis non possent fieri nisi 68. Regalia argenti. Subdit tamē postea arrosos modulos, ita vt in singulas marcas fierent. 72. Regalia bonitate materiæ diminuta contra formam dictæ sanctionis.

Non obstat d.c. olim causam, quia ibi non agitur de bonitate intrinseca, sed de quantitate ipsius summæ debitæ, pro qua minor summa [illegible]lia specie certis annis citra præscriptionem soluta erat. Patet ex hypothesi d. c. vbi debebantur & ab antiquo soluti fuerant tres denarij Papienses, pro quibus à triginta sex annis cœperant solui sex denarij Lucenses, videlicet tres Lucenses pro quolibet Papiensi: tunc autem cùm cœptum est hoc fieri, nouem Lucenses circiter æquipollebant summæ debitæ. Sed lapsu temporis, declinatione monetæ Lucensis, quæ ferè dimidio deteriorata fuit in triginta sex annis, accidit quod quinq; vel sex denarij Lucenses non valebant nisi tres Lucenses, ex eis, qui ante triginta sex annos currebant, & tamen debitor, quia ex tunc solitus erat tantùm nouem Lucenses soluere, videlicet tres Lucenses pro quolibet Papiensi, nolebat deinceps plus soluere: quo non obstante, quia creditor erat ecclesiastica persona, contra quam non sufficit præscriptio minor quadragenaria, damnatus fuit debitor ad soluendum denarios Papienses, vel eorum æstimationem. 758. 20

Hæc est tota hypothesis d. c. & sic nulla erat mutatio, nec alteratio speciei monetæ debitæ, videlicet denariorum Papiensium in intrinseca, nec in extrinseca bonitate: sed solùm acciderat mutatio & deterioratio tam intrinseca, quàm extrinseca, vt verisimile est: vel saltem extrinseca monetæ Lucensis, quæ non erat debita: licet in ea fuisset admissa solutio, primùm vsq; ad quantitatem & æquipollentiam Papiensium debitorum, deinde per errorem, non aduertendo ad diminutionem monetæ Lucensis in multo puta dimidio minore summa, dū non soluere-

tur maior numerus Lucensium, quàm initio & tamen sensim ita deteriorati fuerant, vt tandem minus dimidio valerent.

741 Cùm autem nihil esset præscriptum nec mutatum in summa & specie monetę debita, certum erat & indubitatũ, quòd in denarijs Lucensibus debebat attendi valor & æstimatio quæ erat tempore singularum solutionum: ita quod licet olim, quando tres Lucenses valebant vnum Papiensem, potuerint solui tres Lucenses pro vno Papiensi, & ita diu solutum fuerit tamen nunc quando ita deteriorati & vilificati sunt, vt sex non valeant communi vsu nisi vnum Papiensem non sufficit soluere tres modo solito pręscriptione nondum firmato, sed soluendi sunt sex Lucenses pro quolibet Papiensi, & in summa Papienses ipsi vel eorum æstimatio.

22 Quoties enim quædam species monetæ est in solutione, vel pro alia soluitur, tũc necessario attẽditur ipsius, q̃ soluitur, monetæ æstimatio tẽpore solutionis existens dũtaxat, quo fit ad æquatio, ad summam debitam, & hoc apud omnes indubitatum est, vt sup. nu. 744. Hic est clarus & nudus casus d. c. quod Canonistæ suis commentis obscurarunt, quas tenebras cæteri turmatim auxerũt, Andabatarum more, citantes illum text. ad probandum quod bonitas extrinseca non debeat attẽdi, sed tantùm intrinseca, quæ est tempore contractus: quorum neutrũ ibi probatur, sed potius oppositum. Patet, quia text. solùm expendit æstimationem monetę debitę, & sic valorem extrinsecum.

Quod autem non expendat valorem intrinsecum debitæ monetę scilicet denariorum Papiensium, patet dupliciter: primo, quia de valore eorum intrinseco nulla mentio in toto text. secundum quia nõ vult præcisè solui denarios Papienses, sed solum vel eorum æstimationem ad debitoris electionem. Ergo non exigitur materia, seu bonitas intrinseca sed solum antiquus valor: & sic ille text. magis facit pro hac parte.

Quantum ad d c. cum canonicis certè multum prima facie vrget pro communi 759
sententia, quia ibi non certabat creditor 22
de exigenda maiori summa, sed solum de exigendo eandem summam in noua meliori moneta: & sic noua moneta erat solum melior intrinsecus, & tamen dicitur quòd debitor potest deducere valorem intrinsecum superadditum veteri monetæ, vel quòd non tenetur soluere de noua meliori, sed tantùm veterem, vel æstimationem veteris quod in idem recidit, ac si solueret de noua, deducendo augmentum nouę. Ergo casu conuerso sicut debitor potest deducere superuentum valorem intrinsecum, sequitur quòd si valor intrinsecus decreuerit, tenetur supplere ad rationem valoris intrinseci, qui erat tempore contractus vel dispositionis: & sic videtur ibi casus in effectu pro cõmuni sententia, sed non est ita: imò longè alius est intellectus, quàm vulgo Canoni-
stæ & alij putent: quia ille tex. non loqui- 7
tur quando noua moneta est aucta intrinsecus duntaxat, vel falso supponunt sed quando etiam extrinsecus proportionabiliter ad augmentum intrinsecum (vt semper fieri solet) aucta est.

Probatur primò, quia vetus moneta non erat abrogata, nec diminuta, sed stabat in veteri & solito cursu suo, & sic erat proba legitima, vt prius: alioquin non diceretur in tex. quod debitor potest de-
inceps soluere de veteri moneta, vt pri- 8
us: & tamen pecunia noua erat maioris æstimationis, & sic maioris, cursus, quàm prima. Patet in fine text. vbi dicitur, quod si debitor soluat de meliori moneta, non tenetur excedere æstimationem pensionis antiquæ, sed poterit deducere quantum æstimatio nouæ excedit æstimationem antiquę monetę vel pensionis in antiqua soluendę: ergo moneta noua erat aucta etiam extrinsecus Probatur secundo, quia à communiter accidentibus nõ solet cudi noua aliquatenus fortior moneta, quin etiam in cursu eatenus

vel

vel pluris augeatur, quantum de meliori fit mater a.

23 Imò non solùm hoc nõ est institutum, sed nunquam à mille annis fuit visum, & esset velut prodigiũ, cùm omnia ferè regimina à mille annis, videlicet à tempore Iustiniani magni, declinauerint ad auaritiam & tyrannidem & sic d. c. non debet adaptari ad id, quod nunquam vel rarò accidit, sed ad id, quod frequẽter. l. ex his. cum l. sequent. de legib.

Probatur tertiò, quia si de facto fuisset ex pensis Regis vel Reipub. noua melior excusa, non aucto valore extrinseco, tunc necessariò vel fuisset reprobata vetus tãquam illegitima, vel ipso facto cœpisset esse minoris æstimationis & indicaturę, quorum neutrum est in d.c. fin. imò oppositum: quia vetus moneta nec reprobata erat, nec incursu dimiuuta.

Ergo omninò dicẽdũ ꝙ noua fuerat in tãtũ extrinsecus quãtũ intrinsecus aucta: & sic ibi nõ agitur de deducẽdo per debitorẽ simplici augmẽto intrinseco, si vellet soluere de noua meliori moneta, sed deducẽdo augmẽto extrinseco & maiori æstimatione. Consequenter ille tex. nihil prorsus facit pro cõmuni sententia, quicquid adusque omnes glos. Docto. putauerint, sed superficialiter (more suo) non autem analyticè ad viuum textus expendentes.

760 Non obstat quòd ibi creditor non certabat de maiori, sed de eadem summa, (ibi summam illam) quia dico, quòd illa verba referũtur ad numerum numorum qui erat idem, non autem ad quantitatem indè resultantem, quæ erat maior, vt probant verba finalia ibi (æstimatione pensionis antiquæ) & totius cap. phrasis, & ipsa rerum huiusmodi experientia.

Et sic vt omnia congruant in mente & verbis & sensui communi, necesse est intelligere, quòd in d.c. illa pensio debebatur in certa specie monetæ, putà in centum grossis, qui tempore pensionis constitutæ habebant, putà semissem argenti puri, & valebant singuli, putà 15. denarios Turonenses: posteà illis in suo statu & cursu manentibus, noui grossi eiusdem nominis & characteris facti sunt, sed de puriori materia, & proportionaliter maioris precij & valoris, putà habentes heptuncem argenti puri, & singuli valentes 16. denarios Turonenses cum semiobolo, id est, quarta parte denarij, vel habentes bessem argenti puri, & singuli valentes 17. denarios Turonenses cum dimidio: vel habentes dextantem argenti puri, & singuli valentes viginti denarios Turonenses, manente videlicet libra argenti infecti in eodem circiter precio: alioquin de facili præfecti monetales augerent valorem extrinsecum non aucta, vel etiam quandoque diminuta bonitate materiæ.

Huiusmodi grossi Turoni hodiè non sunt in vsu, nec vulgò visuntur, nisi picti & suspensi in intersignijs apothecarum quorundam mercatorum, sed ante ducẽtos annos, temporibus filiorum Philippi Pulchri, & sub Philippo Valesio fuerunt frequentes in hoc regno, varijs temperaturis & indicaturis, vt ex monumentis monetalium didici.

Huiusmodi exempla ex fide historiæ malui adducere, quàm noua fingere: quanquam non referat si pensio debeatur in tot testonis vel cuiusuis speciei numis aureis vel argenteis, qui posteà sub eodem nomine & charactere melioris materiæ (prioribus in statu suo relictis) cuduntur.

Si igitur creditor petat dictam pensionem centum grossorum vel aliorum numorum speciei debitæ, & velit eundem solitum numerum numorũ sibi solui de nouis, qui meliores sunt, non autem de veteribus, decidit ille text. quòd non tenetur debitor soluere de nouis, nisi ad æstimationem veterum, hoc est, deducto augmento nouorum: sed potest soluere de veteri moneta non reprobata, vt prius, vel de noua ad æstimationem pensionis antiquæ.

Et valdè ponderanda sunt ea verba (æstimatione pensionis) ob duo, quia pri- 761

mò clarè ostendunt veram speciem facti, videlicet quod moneta noua in eadem summa, vel numero numorum seu corporum dictæ, seu prioris eiusdem speciei, erat maioris æstimationis, etiam extrinsecæ, & maiorem pecuniæ quantitatem valebat, quàm moneta vetus in pari numero numorum eiusdem speciei.

Secundò, clarè probant sententiam nostram contra communem in hac quæst. & præcedentibus, videlicet quòd debet attendi valor extrinsecus, qui erat tempore dispositionis, & quod si posteà stabiliter auctus sit, deduci debet, etiam si certa monetæ species debeatur.

24 Et pariter probat idem textus, quod etiam si certa species monetæ debeatur, & eius vsus, vel valor extrinsecus (quod idem est) decreuit, non potest debitor de illa pecunia soluere, nisi decrementum seu veterem æstimationem suppleat.

Patet ibi (vel si non sit in vsu) quę conditio non opponitur in fauorē debitoris, sed creditoris: declarat enim & qualificat priorem partem alternatiuæ, iuxta l. 3. de reb. dub. & ostendit id quod dictum ibi fuit, debitorem posse soluere in priori pecunia, intelligendum esse dummodo pecunia manserit in veteri suo vsu: secus si reprobata sit, vel eius vsus seu æstimatio diminuta. Habes nouum, verum & γνήσιον intellectum dic. c. & vides quàm ad legum & canonum intelligentiam necessaria sit historia, scientia & experientia earum, de quibus tractant artium.

762. Quarto & vltimo loco probatur à circumstantijs & æquitate facti in quo sufficerent luculentissima illa exempla obiter adducta supra numer. 756. in dilutione locorum iuris ciuilis primæ partis, sed vt domesticis & quotidianis exemplis res clarior fit, aspice vectigalia ex concessionibus fundorum, vel similibus causis, ante octoginta vel centum annos constituta non est opus alia hypothesi, res ipsa sese ostendit quàm sit durum & inciuile, imo quàm perniciosum vt in vniuersa Repu. & turbulentum, eos qui vnam vel duas, decem vel centum huiusmodi libras debent, non solùm cogi ad soluendum & cōtinuandum tantam summam reditus, sed etiam ad soluendum 25
in moneta intrinsecus æquè bona, sicut ea, quæ ducebatur & currebat tempore contractus, vel ad æstimationem intrinsecam veteris promiscuæ monetæ, quæ fortè tunc erat ad rationem semissis vel dodrantis argenti puri vel regij: nunc autem vix cuditur ad rationem quadrantis vel sextantis argenti regij: quo fit, vt si conferatur, vel penes materiam æstimetur, minus dimidio valeat.

Hoc autem perquam iniquum esse in fortioribus terminis arguit exemplum illud Romanæ Reipub. supr. numer. 816. vbi tum repentina, tum maxima, tum verisimiliter non diu duratura erat intrinsecæ bonitatis diminutio, siue, vt pressius loquar, approbatio numi diminuti: tum longè maior diminutio, vtpotè de asse ad sextantem, & vnciam, hic autem tantùm de asse ad semissem, adhuc non subito, sed sensim obrepsit, nec spes quod noua hæc emendetur vel reprobetur tanquam minoris materiæ, sed potius quod tanquam iustior deinceps minuatur. Si igitur ibi non licebat petere supplementum veteris bonitatis intrinsecæ, quanto minus hic? Si non licet in reditibus tam iustis & fauorabilibus ex perpetua datione fundorum constitutis, quanto minus in locationibus pecunia constitutis, aut alio quouis debito siue momentaneo, siue successiuo?

Forsan dices multum referre inter nos & illos, quia in illo Romano exemplo 763.
interuenerunt primo iustissimæ & ineluctabiles causæ vtilitatis & necessitatis Reipublicæ plusquam extremæ, vtpote post Trasimenensem, deindè Cannensem cladem. Secundo, non solùm Senatus authoritas, sed etiam totius populi consensus. Tertio, raritas exempli, quod mox cessante causa dictæ calamitatis ve-

veteri forma monetæ restituta desijt, nec vnquam in ea Repub. repetitum fuit.

Contraria verò hic omnia vbi non solùm ignorante & inuito populo, sed etiam spreto bonorum consilio, non ob vtilitates Reipub. sed quorundam libidine, auaritia & tyrannide fieri solet identidem intrinsecæ monetarum bonitatis imminutio, & quòd deterius est, plerunque post occultam & fraudulentam imminutionem imminet periculum repentinæ abrogationis, tanquam illegitimæ monetæ. Et sic tum ob non publicam & authoratam, sed fraudulētam imminutionem, tum ob periculum reprobationis in totum vel in parte, non videtur minus illegitima moneta, quàm esse pronunciatur in c. quanto. de iureiur. quantumuis ex argyrocopio regio (vt ibi) exierit. Quare non esse mirandum, si hic magis ad materiam, quàm ad speciem fallacem vel cursum instabilem attendatur. Consequenter non esse iniquum, sed iustum exigi rationem vel supplementum bonitatis intrinsecæ.

764 Sed ad hanc obiectionem respondeo quod etiam quantumcunque mutatio vel deterioratio monetę malum & iniustum habeat initium, si tamen nihilominus pe-
26 cunia deteriorata vsu † publico comprobetur, eo ipso satis authorata & legitima facta censetur: & sic eadem est ratio, licèt non tam iusta, sicut in exemplo Romano & verè politico. Saluo quod si probabile periculum immineat reprobationis certæ monetæ in totum vel in parte, tum iustè recusari potest, tanquam res mox peritura. Non tamē proindè sequitur, quòd æstimatio bonitatis intrinsecæ pecuniæ veteris peti possit, sed solùm quod potest peti solutio in bona, tuta, & proba moneta, quæ longè differunt.

Et sic eodem medio apparet responsio ad circunstantias facti adductas pro parte prima: non enim concludunt nisi specialis adsit circunstantia propter imminens periculum reprobationis, vel aliud iustum interesse creditoris, de præsenti quibus casibus non loquimur, sed quando creditor tenax & auidus, cui debitum offertur in pecunia communiter approbata & expendibili, & de qua non imminet periculum, quin commodè tanti locare possit, si velit, causatur diminutionem bonitatis intrinsecæ, quæ sensim facto vel cōniuentia Principum siue iustè, siue iniustè emersit, hoc demum non solùm inhumanum, sed iniquum nobis videtur, siue ex iustis causis ea diminutio emerserit (quo casu nemo sanæ mentis dubitat) siue ex iniustis, quia tunc † fal- 27
tem casus est fortuitus respectu debitorum: imò plusquam casus fortuitus, vt potè communis quædam clades Reipub. ab omnibus tanquam eadem naui existentibus ex æquo participanda & ferenda, nō autem mutuò, ab altero in alterum regerenda, quòd non esset aliud quam frustra mutuo laniatu confici: eadem enim damnatio creditori à creditoribus suis, & è contrario imminet.

Prætereà quum ipsa communis & stabilis approbatio monetæ currentis, licèt intrinsecus deterioratæ faciat eam in cōmercijs & omni vsu, ad quem pecunia inuēta est, veteri monetæ æquipollere, hoc sufficere debet, præsertim cum non sit inuenta vt seruetur vel conflettur, sed vt expendatur. Nec audiendus est desiderans & exigere volens à debitore pecuniæ vtilitatem à natura æstimatione & pecuniæ diuersam.

Nulla hoc loco iura cito, quorum etiam vim nō singulatim deducere, sed quā paucissimis complecti volui in prioribus locis, eo consilio ne nimia copia legentium ingenia & iudicium obruerem, sed ut ea maturarem, & velut apertis Musarum ianuis omnia, quæ ad rem faciunt præcipuè circumstantias historiæ & facti, ex quibus & legalis æquitas oriuntur, l. si ex plagis. §. in cliuo, ad leg. Aquil. l. bona fides. depos. oculis exponerem, & velut in rem præsentem adducerem. 765

Circa easdem circunstantias facti pro hac secunda parte facit, quòd secundum

veteris & recentes constitutiones huius regni nulli priuato licet pecuniam regiam non solùm radere, vel quauis arte leuioris bonitatis aut ponderis reddere (quòd & iure communi prohibitum est l.quicunque ad l.Corne.de fal.) sed nec conflare aut in massam redigere. Et si non hic videretur esse in commercio priuatorum tãquam massa, siue respectu materiæ simpliciter, sed solum respectu publicæ indicaturæ, & ad vsum commutandi destinatum. Igitur non cadit in obligatione respectu materiæ, sed respectu indicaturæ, quæ consequenter sola attendi debet.

Sed certè etiam si in alijs locis extra regnum sint similes constitutiones (vt puto) non tamen concludunt dominum pecuniæ non esse dominũ materiæ, nec posse esse in commercio respectu materiæ, prout nec sunt promulgatæ ad auferendum vel limitandum priuatis dominium pecuniæ, sed ad coercendas fraudes: quas quidem faciunt omnes ponderosiores & puriores numos diligenter conquirendo & segregando: deinde conflando, & colludendo de parte lucri cum inde deteriorem monetam cudentibus, vt quidam à non multis annis depræhensi sunt Lugduni, & conuicti bonis malè partis exuti. Vnde cessante fraude nullum est crimen, si quis fortè medicinæ causa, vel vasculorum conficiendorum, vel inauraturæ paucos numos conflauerit, & his quomodocunque conflatis vel fractis remanet dominus materiæ. Et sic hæ constitutiones non concludunt sed ipsa publica destinatio pecuniæ & finis principalis & rationes præcedentes concludunt.

128 † Et hanc secundam partem disertè tenet Ioann. Fabr. Authent. hoc nisi, C.de solutio. vbi dicit, quòd si princeps statuit monetam debiliorem currere pro alia, quòd subiecti seruare debent, & quòd satis hoc statuit eo ipso, quòd ordinauit nouam monetam cursum habere pro solido & libra, sicut alia fortior currebat: & ita tenendum firmat, siue princeps pecce, siue non, in quo de conscientia (inquit) viderit ipse. Subdit etiam, quòd curia Franciæ consueuit statuere & tenere, quòd quando Rex monetam debilitat, recipitur pro forti, sed quando fortificat, habetur respectus ad tempus contractus: quòd vltimum intellige, id est, ad cursum seu valorem impositicium, qui erat tempore contractus: non autem quod possit deduci æstimatio augmenti intrinseci, si fortè duntaxat intrinsecus aucta sit. Hoc enim non vult Ioann. Faber, nec loquitur de pecunia duntaxat intrinsecus fortificata, quòd etiam non solet fieri in Francia, nec alibi: sed loquitur de intrinsecus & extrinsecus aucta, & dicit, ꝙ non tenetur debitor soluere, nisi ad valorem scilicet extrinsecum, qui erat tempore contractus. Et quòd ita intelligat, patet ex his, quæ idem Ioan. Fab. tradit Inst. quibus modis sol. obli. in fin. prin. vbi ita clare tenet, & sic in hac secunda parte simpliciter residet.

Ludo. autem Rom. consil. 123. & Geminia. consil. 137. in speciali casu cuiusdam reditus † annui constituti inter duos Abbates ex homologatiõe Papæ tenuerunt, quòd potest solui in moneta vsuali & currenti tempore solutionis, etiam intrinsecus diminuta, & quòd non tenetur debitor supplere bonitatem intrinsecam, quæ erat tempore dispositionis. Et mouentur particularibus quibusdam rationibus, videlicet eo quod ille reditus debeatur ex statuto Papæ, quòd vltimæ voluntati æquipollet, in qua Ludo. Roman. putat speciale esse tempus solutionis attendi, cæterùm communem sententiam sequuntur. Sed nihilominus communiter cæteri Doctor. etiam nominatim in casu dicti reditus, eos reprobant, & per Albe. Brun. tractat. de augm. conclus. vltim. in 11. & 12. ampliatione. Nouissimè verò Hier. Butigel. in Rep. d. l cum quid. & l. quod te. si cert. pet. tenet solam formam & æstimationem extrinsecam in monetis attendi, & quòd vno potest solui pro alia, nisi aliud actum sit: modo creditor non 766 129

non sit passurus damnum aliter, quàm materia sit diuersa. Et in d. l. cum quid. colum.9. num.28. animosius dicit quod etiam plumbea vel de corio (modo publicè approbata) solui potest pro quacúque pecunia, etiam in auro vel argento numerata. Verùm, idem Butigel. sibi parum constat, quia in eadem Rep. d. l. cum quid. colum.10. num.30. tenet communem sententiam, videlicet quod non sit curandum de variatione valoris extrinseci, & quod mutuum pecuniæ non potest reddi in minori numero & minori materia, nec reperi in maiori numero & materia: & licèt ibi loquatur quando certa species monetæ, putà decem aurei debentur, tamen non potest rectè compati cum his quæ prius dixit. Et pariter in Rep. dict. l. quòd te, colum.10. numer.18. multa comminiscitur, quę non sunt vere quid dicēdum.

Quanquam ex prædictis satis colligi possit, secundæ parti contra communem standum, tamen vt semel ab imis rerum fundamentis excutiamus, & penitissimè discussam veritatem eruamus, velut obryzum septies purgatum & exploratum.

Bonitatis intrinsecæ rationem explicat.

767 Placet expendere quæ sit ratio intrinsecæ bonitatis pecuniæ, & quænam sit & esse debeat extrinsecæ bonitatis ad intrinsecam habitudo & proportio. Hic necessario præmittendi sunt & declarandi aliquot termini seu voces artis monetalis: & sunt præcipuè quatuor, scilicet Primo, materia, quæ consistit in auro, argento & ære. Secundo, probitas quæ consistit in publicè definita qualitate & quātitate dictæ materiæ. Tertiò, character. Quartò, indicatura siue æstimatio. Duo priora ad intrinsecam, duo posteriora ad extrinsecam bonitatem spectant, quorum vt iucundior & clarior sit explicatio, obiter historiam & circunstantias facti attingamus: primum tantum tres species complectitur aurum, argentum, æs: quoniam hæc tria tantum metalla subintrant. Quanquam enim argento copij in miscendis & secernendis metallis, in liquefiendis & probandis monetis plumbum adhibeant, non tamen incorporatur, sed partim exhalatur, partim separatur.

† Omnis ergo proba moneta ex ære, argento vel auro constat, etiam iure ciuili, vt clarè innuit Vlpian. in l. lege Cornelia. versic. eadem lege. de fal. vbi vetat vsum & commercium numorum stannorum & plumbeorum. Innuit etiam Pompon. in le.2.§. deinde cum esset de origin. iur. vbi meminit de triumuiris monetalibus Romæ quos vocat æris, argenti, auri flatores. sic dictos, quòd his tribus metallis flando seu flatu calefaciendo cudunt monetam: quemadmodum ad eorum instar in hoc regno præfecti monetarum, sed plures numero, & in multis locis huius regni. Sunt enim viginti quinque argentocopia, seu officinæ cudendis monetis destinatæ, in viginti quinq; ciuitatibus huius regni, literis & notulis alphabeticis distincta. Quanquam ex constitutione anni sesquimillesimi quadragesimi in septemdecim tantum locis (quæ abundè sufficiunt) cudatur. Omnibus tamen & fide & authoritate præcellit argento copium huius vrbis κατ᾽ ἐξοχήν, cuius etiam præfecti reliquis præsunt. 31 32

Habent enim præfecti monetales Parisiorum cognitionem & iudicium pixidū, hoc est explorandæ probitatis monetarū quæ in toto regno fabricantur: quod iustum & necessarium est, vt in toto regno sit idem cuneus, eadē symmetria, forma & probitas monetæ, & adulteratores arctius compescantur, & minus fallere queant. Itaq; ars facta denarios probare, quæ vt ait Plini. lib.33. cap.6. tam iucunda fuit olim Romanę plebi, vt Mario Gratidiano (qui legem rogauerat de ea schola Romæ instituenda) totas statuas vicatim dicauerit.

Non tamen intelligas, quod ex singulis his metallis per se singulæ monetarum species cudātur: nulla etiam cuditur ex

ex puro putoque auro, nisi fortè essent
33 aurei liberales, velut massa, † quales imperatorem Tiberium Secundum munificentissimum excudisse, & quinquaginta inter alia munera dono misisse ad Chilpericum Francorum regem scribit Sabelli. Ennead.8.lib.5. Cæterùm nec argentum, nec plumbum, nec æs Cyprium, nec vllum aliud metallũ latius diducitur malleo, & numerosius diuiditur, quam aurũ: vtpotè (vt inquit Plin.lib.33.cap.3) cuius vnciæ in septuagenas & quinquagenas pluresque bracteas quaternum vtroq; digitorum spargantur, & super omnia netur ac texitur lanæ modo, & sine lana, vt ibi subdit Plin. dicens, tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum, seq; vidisse Agrippinam Claudij Principis, edēte eo naualis prælij spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materia.

34 † Quorũ ratio est densitas & soliditas, quæ in auro maior est, quàm in cæteris metallis, cui⁹ peculiaris soliditatis & dēsitatis plures sunt insignes effectus. Primus, quòd aurum cæteris minus obnoxium est transmutationi, adeo vt ibi inquit Plin. vt huic vni nihil igne depereat, tuto etiam in incendijs rogisq; durante materia quæ difficillimè accenditur & funditur ab igne: tamen adhibita palea citissimè ardescit, & quo plus vritur, eo plus purgatur. Præterea secundum eundem Plini. non rubigo vlla, non erugo, non aliud ex ipso, quod consumat bonitatem, minuatue pondus, nec salis, nec aceti succo atteritur. Secundus, similis effectus, quòd quàm minimum vsu deteritur aurum, cùm argento, ære, plumbo lineæ nigræ producantur, manusq; sordescant decidua materia. Tertius, quòd cæteris, etiam plumbo grauius est: in quo malè scripsit Plin. in loco præallegato, quòd aurũ pondere & mollitie materiæ cedat plumbo: quia experientia docet contrarium, videlicet aurum præponderare, licèt plũbum mollius, sed rarius, atq; ideò friabilius, & operi minus idoneum, itaq; aurũ quo purius, eo dilatabilius & mollius.

† Ita vt ex purissimo auro non possint 769
35 artifices commodè operari subtilia vasa, quia non ferrent attrectationem & vsuram propter mollitiem. Et eadem causa nequeunt commodè cudi numismata ex mero auro: quanquam nõ sit dabile prorsus merum purum aurum vel argentum: inquit enim Plin.libr.33.cap.4. Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. In vno tantùm Galliæ metallo, quod vocant Albicratense. trigesima sexta portio inuenitur, ideo cæteris præest. Hactenus Plini.

Cæterùm de antiquis aurifodinis Galliæ & Hispaniæ, quæ iam dudum defecerunt, plura ex Strabone refert Budæ libr. 4. Aliis libr. verò 3. ait. culmen bonitatis auri esse in quarto & vicesimo † ceratio 36
ad quadrantem absoluto, id est, vt quadrans tantum ceratij in tota massa æreus aut argēteus sit, id est, vt nonagesima sexta duntaxat pars totius massæ sit alterius metalli: & hoc nisi summa & rara industria, ita vt ad bonitatē numeris omnibus absolutam nihil præter dicti quadrantis quadrantem, siue sextam decimam partem vicesimi quarti ceratij desit, id est, trecentesima octogesima quarta pars totius massæ, nulla arte excoqui aut expurgari possit. Et mox subdit, argentum ita decoqui posse, vt nihil præter merum argentum supersit: quòd ex diametro contrarium est ei, quòd eodem loco supra viginti lineas melius scripserat Budæ. id esse auro & argento commune, vt quantumcunque purum & excoctissimum, semper tamen aliquid habeat alieni metalli, quòd decoqui non possit, quod verum est. † Aurum tamen plenius exco- 37
quitur, † & ad maiorem puritatem redu- 38
ci potest, quam argentum. Sed vsque adeo excoquitur auripigmento, vt nullus propter nimium damnum tentare audeat.

Est enim auripigmentum, vulgo Arsenicum, summè causticum, & secundùm Dioscoridem omnia metalla adurit & deuastat, dempto auro. Refert etiam

Iã.

Plin. libr.33.cap.4. Caium Caligulam auidiſsimum auri periculum ſuo damno feciſſe, cùm auri cupidine iuſſiſſet excoqui magnum pondus cum auripigmento, & planè feciſſe aurum excellẽs, ſed tam parui ponderis, vt detrimentum ſentiret, nec poſteà tentatum à quoquam fuerit. Solent monetales (vt inquit Brun.tract. de augm. concluſ. vltim.colum.3.) in auro æs vel argentum, & ſæpius vtrunque ſimul admiſcere certa proportione: ne argentum tantùm immiſcendo aurum nimis albeſcat, vel æs tantùm admiſcendo nimis rubeat. Ideò de eo quod miſcetur aliqui faciunt duas partes argenti, & vnam æris, vt color auri minus alteretur. Iſtud monetales Gallicè vocant (*Alloyer*) vt infrà numero 782.

770 Quod ſpectat ad † ſecundam vocem,
39 videlicet ad probitatem, ad quam priuſquam deſcendam, non minus vtile, quàm iucundum erit paulùm digredi ſuper intellectu. §. ſed ſi plumbum, in l. idem Pomponius, de rei vendicat. Quamuis enim ille textus ſit in ſe facilis & clarus, ſi ſanè ſimul cum ſuperioribus eiuſdem authoris reſponſis conferendo expendatur: veterum tamen gloſſula, & Doctor. non tam hiſtoriæ reique metallicæ, quàm legalis æquitatis imperitia ſalebroſus & obſcurus effectus eſt, tantumque abeſt, & aduſque ſecuti lucem attulerint, vt magis impegerint.

Ex eo autem omnes potiſsimum offenduntur, quòd ille textus experientia repugnante negare videtur, æs & aurum miſta ſeparari poſſe. Glo. autem Accur. Iac. Butr. Albe. & veteres ſeſe breui ſubauditione expediunt, videlicet ſubaudito verbo (facilè) tam in primo reſponſo, vbi text. agit deduci poſſe, quàm in ſecũdo, vbi text. negat deduci poſſe. Intelligunt enim de facili, quæ ſubauditio vt commentitia, ita perquam frigida eſt: non ſolùm enim non congruit menti & ſcopo legis, vt mox oſtendam, ſed nec experientiæ, nec rei metallicæ, vt notum eſt: & multò minus alijs textibus iuris, vt l. adeò, §. cùm quis. de ac
40 quir. rer. do. & Inſt. de rer. diuiſ. §. cùm ex aliena. vbi pro explorato habetur vaſa cõflata auro, vel argento, vel ære ad rudem maſſam auri vel argenti, vel æris reuerti poſſe, & ſic æquè diduci. Bart. autem cum ſequentibus differentiam iuris & deciſionis ſtatuit in ſecundo reſponſum, & intelligit miſtum communicari, & pro parte quota indiuiſa ſicut res communis vendicari poſſe: conſequenter locum eſſe cõmuni diuidundo actioni, quod non ſolùm eſt textum obſcurare (quod fecerãt veteres) ſed prorſus contrarium & oppoſitum ſenſum inuehere.

Nuper autem Petrus Auellanus cenſuit expungendam negatiuam, & ſic omnia fore planiſsima: ſed certè expuncta negatiua maior, quàm antea inſurgit textus ſalebroſitas, tum primò ob naturam aduerſatiuæ, ſed quæ hic inuerteretur: non enim aduerſaretur verſiculo immediatè præcedenti, ſed eundem caſum continuaret. Tum ſecundo ob reſponſum textus decidentis pro parte eſſe vendicãdum: quod prima facie non quadrat, niſi quando facta eſt communio, l. Marcellus. §. fi. eo. tit. quam communionem idem textus ſatis apertè negabit ſublata negatiua. Auellanus autem vtrunque præſentiens incommodum, vt primum diluat, dicit Vlpianum in verſiculo referre verba Pompon. cuius authoritate ſententiam ſuam confimat, & ſic tacitè innuit quod dicta (ſed) non meritò aduerſetur hic, cùm ſit continuatiua & recitatiua. Sed certè ſi eundem caſum recitet, putà ſublata negatiua, non erit aliud quàm περισσολογία & ſuperuacaneus ſermo. Secundum verò apertè diſſimulãs, ſed occultè præueniendo inuertit, dum initio text. ipſum ita ſibi format & nouis ex compoſito punctis interſecat, vt commento ſuo (quod mox aſſuit) congruat, ſed inde maior veteris tum lectiõis, tum ſenſus legis mutatio inſurgit.

Nouiſsimè verò Alciatus in l. 2. §. mutui datio. ſi certum petatur. & parergon libro ſeptimo, cap. quarto, obiter hunc tex- 771
tum attingens putat (ſubdubius tamen) veteribus facilè ſeparari potuiſſe argentum ab auro, ſicut æs ab argento: aurum

verò ab ære non item: si tamen (inquit) vera est Pomponij sententia in hoc textu. Sed hodie esse artifices, qui vt chrysulcæ aquæ id faciant, vt Mediolani, Venetijs, & in hac Lutetia: Verùm Alciat. hic non imperitia iuris, sed facti, siue artis monetalis, & metallicæ labitur: non enim per aquam chrysulcam separari solet, nec potest merum æs ab auro, vel contrà, sed per ignem, vt infrà nume. 775. Nec est nouum, sed antiquissimum, tam aurum ab ære, quàm à quouis alio metallo vel materia per ignem separare. Quoties enim Moses vetustissimus author meminit purissimi tum auri, tum argenti, & conflaturæ vaso-
42 rum & ornamentorum tabernaculi † opera artificis, vt Exod. cap. 38. & per totum? Vt manifesta sit vanitas Plin. qui inuentionem auri & conflaturę refert ad Cadmum Phœnicem, & alios obscuriores & fabulosos authores, quum duobus millibus annorum ante Plin. id vulgare fuisse constet ex Mose.

Quinetiam multis antè seculis tempore Abrahæ, vt Genes. 24. vbi fit mentio copiæ auri & argenti, vasorumque id genus. Et pulchrè ostendit Ieremias, dum obstinationem impiam principum & populi aduersus verbum Dei carpens alludit ad conflaturam, dicens Ierem. 6. in fin. Omnes isti principes declinantium, ambulantes fraudulenter, vt æs ferrum vniuersi corrupti sunt: deficit conflatorium, in igne consumptum est plumbum: frustrà conflauit conflator, &c. Et ante eum Regius Psaltes Psalm. 12. versi. 6. Eloquia (inquit) domini purissima, velut argentum incendio à terra repurgatum, & septies liquatum. Et Malachias cap. 3. vaticinans de officio CHRISTI, quòd sit purgator & expilator, Ipse (inquit) quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum. Et Ezechielis cap. 24. alludit ad liquefactionem & detractionem æris & rubiginis per ignem. Et alias in sacra pagina passim, vt Prouerbior. cap. 17. Idque omnium temporum historiæ scriptaque tam clarè ostendũt, vt superuacuum sit alios authores citare.

Ego verò priusquam de his iudicium
facerem & scriberem, peritissimos præfe- 772
ctorum monetaliũ huius vrbis, antiquiores aurifices, qui in causis suis opera mea & consilio vtuntur, consului, & didici, & partim experiri vidi, non solùm argentum à plumbo vel ære, vel aurum ab argẽto, sed etiam ab ære, quinetiam quatuor hæc metalla vel alia simul mista separari posse, & quotidiè separari, non tamen æquali lance: quoniam fortiora metalla minus, debiliora verò magis in hoc consumũtur: vnde maximè omnium plumbum, vtpotè mollissimum absumitur, deindè æs: auri verò minimum deteritur, vt supr. nume. 768.

Vndè si sint multæ massæ ex his quatuor metallis conflatæ (non enim ob modicum pondus accendi solet conflatorium ob nimias impensas) primò separabuntur & liquefacta per canales collabuntur æs & plumbum simul mista, manente & residente adhuc in igne auro & argento simul misto, & interim maior pars æris & plumbi, multò verò maxima plumbi exhalatur & absumitur: residuo verò æris & plumbi (quod reseruari & colari potuit) igni rursus iniecto, separatur quod colari potest plumbi, quod citius liquefit, & fluere potest. æs autem expurgato, partim colato, partim absumpto plumbo statim ab igne extrahitur, non sine magno intertrimẽto, plumbi verò longè plus absumitur. Aurum verò & argentum mista, & reliquis metallis, vt suprà, purgata, rursus alio ingenio ab inuicem separantur, deinde si opus sit ad summam puritatem separatim exufflantur. (vt eorum terminis vtar) siue reducuntur, quod nolo specialius prosequi nec immorari, nisi quatenus ad plenũ & absolutum huius §. intellectũ opus est, quem vt habeas, ante omnia (quod semper peculiariter obseruare soleo) tota ipsa lex siue omnes eius partes eiusdem materiæ simul exactè inspiciendæ & expendendæ sunt, iuxtà l. inciuile: de legib.

Hic autem quatuor occurrunt conti-

nui, §§. eiusdem authoris, scilicet Vlpian. incipiendo à §. Pomponius, scribit. vsque ad finem huius §. Enimuerò. quo quidem casu est velut idonea quædam parenthesis à compilatoribus ff. interiecta, quæ continuitatem dictorum Vlpian. nullo modo soluit, nec interrumpit. Totus autem & perpetuus sermo hic est de rebus diuersorum dominorum confusis vel commixtis: quæ voces licet aliàs differant, tamen in toto hoc textu promiscuè pro eodem accipiuntur. In duobus autem primis §§. videlicet vsque ad §. idem scribit. loquitur Vlpianus de commistione rerum eiusdem naturæ. In duobus autem vltimis §§. loquitur de commistione rerum, quæ sunt diuersæ naturæ vel speciei.

773 Vtque summatim hæc πάρεργα expediam, summa est, quòd hæc mista ex ipsa mistione non fiunt communia, nisi vno solo casu, videlicet quando vtriusq; misti substantia manet: tamen separatio prorsus & naturaliter impossibilis est: tunc enim vel sola mistio, etiam citra voluntatem dominorum communionem absolutã inducit, vt in §. Pomponius scribit. Si enim argentum Titij, & argentum Caij † mista

43 sunt: quia sunt homogenea, & substantia vnius substantiam alterius subintrat & penetrat, cum vtrumque sit eadem substantia, impossibilis separatio etiam naturaliter: siue enim scindendo, siue liquefaciendo, fieri non potest, quin in qualibet particula vel gutta sit de argento tam quod fuit vnius quàm alterius domini, & sic necessariò massa communis est.

Secùs si ambo mista sint quidem homogenea (vt duorum frumenta, de prædicamento eiusdem substantiæ) tamen priora corpora naturaliter integra, & in priori forma & numero maneant. nec vnum penetret substantiam alterius, vt naturaliter quidam separari possint, non autem facilè vel commodè, quatenus spectat ad cõmoditatem & vsum hominum, vt in frumentis mistis liquet.

Hæc enim separandi difficultas vel incommoditas necessariò non infert veram communicationem, cùm singula corpora per se naturaliter maneant, ideò non fit communio sola confusione, d. §. idem Pomponi. quem nunc voco. §. quia non est lex separata, nisi propter dictam accidentalẽ parenthesin ex Paulo. Idem multò magis, si mista quæ integra manent, & in priori forma & numero naturaliter q́uæ separabilia, sint heterogenea, vt frumẽtum & siligo vel hordeum. Quando igitur miscentur heterogenea, siue res diuersæ naturæ vel speciei, aut non manet prior substãtia, sed corrumpitur & transit in generationẽ tertiæ speciei. & loquitur §. idem scribit. vt cedat bona fides specificanti, non autẽ mala fide. l. de eo. §. si quis, ad exhiben. Aut verò manet prior substantia, & loquitur §. sed si plumbum. vt non obstante etiam confusione quisq; remaneat dominus suæ materiæ, non solùm si separabilis sit, vt in 1. responso, sed etiamsi non sit separabilis, vt in 2. responso.

Nec erit idem, quod de mulso superiori §. dictum est, quia ibi neutra materia manet, sed vtraque in nouam substantiam & speciem transit: sed hic vtraque licet confusa manet & tam naturaliter, quàm substantialiter, licet non tangibiliter aut visibiliter distincta est: ideò non mutatur dominium. Hic est verus & literalis sensus.

Sed triplicis ordinis contraria mirabiliter obstare videntur. Primi ordinis extrà hunc textum. Secundi & tertij ex hac eadem litera. Contraria primi ordinis sunt l. adeo. §. sed etsi sine voluntate. de acquir. rer. dom. §. si duorum. in fin. Institu. de rer. diuisione, l. arbor in principio. communi diuidundo, l. pro regione, de acquiren. re. domi. Sed quanquam frigida sint, nec quadrare possint, quęcunque glo. & Doctores omnes hactenus pro cõciliatione horum iurium comminiscuntur, nolo tamen nũc tantam Ἰλιάδα super hac Ἰλιάδι ingredi: multorum enim iurium nouam explicationẽ complectitur. & satis est hic, in his, quæ rem monetalem aut metallicam concernunt, digredi. 774

Quare conciliationem nostram, in regestis meis tã minutis literulis & notulis

 scri-

ſcriptam, vt nullius quantumuis Lyncei Amanuenſis (quod iam in quibuſdam paſſus ſum) furtum timeam, in nouis intellectibus reſeruo, libenterque experiar, ſi quiſquam alius interim inuentum noſtrũ præripere & præuenire queat, priuſquam mihi ſit ocium primas centurias edendi. Nunc igitur diſſoluere ſufficiat, quæ ex eadem litera emergunt, incipiendo à faciliori, ibi (pro parte eſſe vendicandum) hoc enim multis omnium præſupponere videtur rem communẽ effectam, vt ſuprà §. primo Pomponius ſcribit, ſed non eſt ita: quia intelligendum eſt pro parte, id eſt, pro rata ponderis ſeu materiæ, prout textus in ſimili, Inſtit. de rerum diuiſione. §. quod ſi frumentum. in fine. dicit frumentum vnius cum frumento alterius miſtum non ob id eſſe communicatum, ſed pro modo vendicandum, id eſt, pro parte ſeu rata quantitatis, habita etiam ratione bonitatis, vt in d. §. Pompon. ſcribit, in fin. cum l. ſeq.

Non ergo refertur ad partem quotam maſſæ ſeu materiæ, cum non ſit cõmunis, ſed ad partem contingentem ſeu ſpectantem ad actorem, videlicet ad totam materiam ſuam, quæ ante cõfuſionem erat corpus ſeparatum. Reſtat vltimum, & adusque indiſſolubile contrariũ, quòd textus contra experientiam negat æs & aurũ miſta ſeparari poſſe. Ego dico facilimum, ſi quis ad materiam ſubiectam, ſcopum & praxim legũ reſpiciat, quę non ſunt factę, vt ſunt mathematicæ ſpeculationes, ſed vt ſint æquabiles cauſarum deciſiones vſibus & commodis hominum accommodę.

Dico ergo, quòd Vlpia. hic non loquitur de diuiſione vel ſeparatione phyſicaliter aut merè naturaliter, ſed ciuiliter & vtiliter, prout vſibus & commodis hominum in praxi cõgruit. vnde quamuis quælibet domuncula, imò omne corpus & omne punctum ſit naturaliter diuiſibile in ſemper † diuiſibilia, vt in libris Phyſicorum: tamen ciuiliter quò ad iudicium cõ- 44
muni diuidundo, de quo in hac lege nulla res dicitur diuiſibilis vel ſeparabilis, niſi hoc commodè fieri poſſit, §. ſi familiæ. §. eadem. Inſtitutio. de offic. iudic. l. 1. fin. regundor. l. ad officium. C. communi diuidundo.

Licet autem ex not. ſuprà num. 771. conſtet vel ante quater mille annos in vſu fuiſſe artem conflandi vel ſeparandi quælibet metalla, non tamen id ſemper commodè fieri poteſt. Ad quod reſpiciens Vlpia. dum in primo reſponſo huius §. loquitur de metallis ſeparabilibus ponit exemplũ in plumbo & argento miſtis. Argentum enim originaliter cum plumbo generatur, & eruitur ab argenti fodinis, nec ibi inuenitur argentum niſi cum plumbo miſtum: erutum autem & pluries ad terram excutiendam lotum & contritum, tandem igne ſuppoſito commodè ſeparatur plumbum ab argento. Vnde ſi rurſus ſiue caſu, ſiue conſilio miſta ſint, æquè commodè ſeparantur: quod tamen non eſt generaliter accipiendum, vt ſtatim dicam.

Aurum autem licèt originaliter ſem- 775
per habeat aliquid argenti admiſtum, vt per Plinium lib. trigeſimotertio, cap. 4. tamen nihil habet commune cum ære, & admiſtum æri non minus imò facilius ab eo ſeparatur, quàm ab argento. Sed vt argentum conſeruatur, ita æs perit, & vi ignis abſumitur, & ſic non poteſt ſeparari ad finem diuiſionis, de qua in iudicio communi diuidundo.

Faciunt tamen aurifices † & monetales 45
genus quoddam cementi ex lateribus contuſis & medicatis cum argilla, vbi aurum incluſum, & viginti quatuor horis igni immiſſum ab omni ære penitiſſime purgatur, nec non ab argento & alio metallo, quæ non pereunt, ſed inueniuntur immerſa cemento, vnde extrahuntur & ſeparantur, modico quidem materiæ intertrimento, ſed tanto ſumptu, vt magis expediat aurum aliter, putà per aquam chryſulcam, vel per ignem & plumbum amiſſo ęre purgari, quàm æs conſeruare tanto ſumptu in triplo vel quadruplo excedente æſtimationem æris. Rectè igitur negat hic Vlpian. diuidi poſſe maſſam ex auro & ære conſiſtentem, cùm ſiue æs abſumatur, non

non sit diuisio, sed peremptio: siue æs reseruetur, non commoda, sed damnosa sit diuisio.

46 Sic in fortioribus terminis agrum, qui commodè diuidi nequit, planè negauit idem Vlpianus diuidi posse in l.ad officium.C.communi diuidun. Non magis enim ea l. Alexandro Seuero vt authori tribuenda est, quàm Vlpian. vt dictanti vel consulenti, quum Alexandro semper fuerit à consilijs, & scriniorum magister, quem nunc Cancellarium vocant, & præsertim in legibus condendis præfuerit.

Quòd autem dixi argentum & plumbum separari posse, id non pro regula accipiendum est, quasi semper commodè fieri possit, sed pro exemplo, quòd sufficit certo casu verum esse: quando plumbum est in magna quantitate, modicum verò argenti, vel argentum stanno, vel alia viliore materia dilutum est, nec tam patiẽs ignis, vt sic paruo sumptu possit fieri separatio, modicoq; intertrimento materiæ. Secùs si multum inesset argenti, vel si aliàs esset purum, vt maiori incendio opus esset, quo plumbum pro maiori parte absumeretur.

47 Et sic † nulla est difficultas in hoc tex. non enim ignorabat Vlpianus, æs ab auro naturaliter deduci posse, sicut & ab argento, l.locus. in fi. de acquiren.rer.dom. sed hîc non ad naturalem, sed ad vtilem & vsibus hominum accommodam separationem respexit. Erat enim præ cæteris πολυίδρις καὶ πολυΐστωρ, omniumque & politicarum & œconomicarum etiam minutissimarum rerum & sciẽtia & vsu callentissimus, vt passim in toto iure leges eius ostendunt, vt in l.si quis vinum.de triti.vino vel oleo lega. vbi omnia propè infinita genera vini, etiam peregrini & exotici se nouisse ostendit. Et in l.vestis.in l.argu. de auro & argento lega. omnium vestium & ornamentorum etiam muliebrium, peregrinorum.& in l.quæsitum. de instruct. & instrumen.lega.omnium rusticorum & domesticorum instrumentorum. Et in l. qui pœnum.de pœnu lega. totius rei pœnuariæ.& in l.cùm aurum. de auro & arg. lega. omnium specierum auri vel argenti facti vel infecti. & in l.sed addes.loca.omnium instrumentorum coloni. Et in l.1.de censib.prouinciarum, & in lib.1.ff.in omnibus ferè rubricis, magistratuum, vbi & potiores, vberiores leges sunt Vlpian. vt absurdissimum esset dubitare, quin sciuerit æs ab auro artificum opera deduci posse: sed iure consulti more ad id, quod commodè fieri potest, respexit: prout & d.l.officium.C.communi diuidun.

Et sic concludo verissimam esse, & inconcussè retinendam veterem & literam & punctuationem huius §. ab omnibus gloss.& Docto.receptam: quam etiam plurimis vetustissimis exẽplaribus olim exactissimè manu scriptis diligẽter à me tam in priuatorum amicorum scrinijs, quàm in publicis bibliothecis conquisitis & excusis conformem inueni. Quare colon, quod ex suo sensu indidit Holoander, post verbum (nequaquàm erit dicendum) reijciendum censeo, similiter & parenthesin, qua sequentia verba, videlicet (quod in mulso dictum est) ineptè & sine ratione inclusit, reijciendam, & vno spiritu sine aliqua interpunctione legendum (nequaquàm erit dicendum quod de mulso dictũ est) prout habent omnes libri & veteres & noui.

Et multò magis explodendum, quod Auellanus censuit, dictam negatiuam expungendam, corrumpendo communem, verum & ab omnibus receptam literam. Frustrà verò vnius vetusti & ignoti exemplaris fidem citat, cùm vnius etiam viuæ vel notæ voci credendum non sit, l. iurisiurand.C.de reb.cred. quantò minùs mortuæ & ignotæ.

Et multò minus contra omnium & veterum & recentium fidem vniformem & notoriam, quinetiam totius textus series dictæ expunctioni reclamat. Anton. quoque Augustinus, qui Pandectas Florentinas excusit, & diligẽter in libris emendatio. notauit loca, in quibus in vulgatis nostris libris deest vel abundat negatiua, tamen super hoc textu nihil mouit. Et

pariter reijcienda est noua interpunctio, quam commentus est Auell. qui hæc verba (pro parte esse vendicandum nequaquàm erit dicendum: (eodem spiritu & sensu legenda censet, subiecto commate siue hypostigmate post verbum dicendum: hinc enim sequeretur multò maior euersio textus veteris & communis, quàm per dispunctionem dictæ negatiuæ. Patet, quia illa negatiua respicit factum & narratiua duntaxat: sed hæc punctuatio respicit ius & decisionem iuris, & reddit sensum prorsus oppositum: quia secundùm communem punctuationem, secundùm quam post verbum (vendicandum) punctus est perfectus, sensus est, vendicandum esse pro parte: sed prout Auellan. inuertit, sensus est diametraliter oppositus. Omitto quod tunc clausula sequens, videlicet (quod de mulso dictum est) si per se absolutè staret (vt vult Auellan.) oratio hiulca esset & imperfecta: & sic textus non esset planus, prout secundùm communem literam & punctuationem planissimus, & in optima & vsibus hominum accommoda ratione fundatus, quàm nouiter ex ipsius rerum experimentis eruimus. Vnde magis ac magis palàm fit, quàm sit necessaria Iureconsulto cæterarum artium & rerum notitia, de quibus leges interpretandæ loquuntur.

777 Succedit secunda lex monetalis, scilicet probitas, in qua versatur συμμετρία, & tota ratio seu definitio bonitatis & legalitatis monetæ.

48 Cùm enim aurum & argentum non possit essentialiter haberi: prorsus purum & putum, vt diximus, nec adhuc ponatur in monetis ita purum, vt communiter fieri & excoqui potest, sed aliquid ex industria partim ad tutiorem fabricationem monetæ, partim ad lucrum cudentis admisceatur: & tamen omnis moneta legitima debeat habere certam publicè definitam & permanentem bonitatem intrinsecam, certumque pondus seu quantitatem materiæ, ad dictæ bonitatis definitionem temperatæ (vtrumque enim exigitur, ad hoc vt indicatura, siue valor currens sit & perpetuus, prout esse debet) necesse est tum certum gradum puritatis materiæ cuiusque monetæ, tum dictæ materiæ certum pondus, vel quantitatem publicè definiri, quem minuere & excedere non liceat: alioquin non sit proba & legitima moneta. Igitur † bonitas intrinseca monetæ, & eius temperatura seu proportionis definitio circa duo versatur, & duas partes habet, videlicet qualitatem & quantitatem: quibus terminis præcipuè & aptissimè vtuntur monetales. 49

50 Prima pars, scilicet qualitas, spectat ad bonitatem essentialem & intensam materiæ, quàm monetales aptè interiorem vocant, & est text. in l.1.C.de ponderato. lib.decimo. vbi nomine qualitatis intelligit hanc essentialem & interiorem bonitatem, quam monetales peculiari διαλέκτῳ vocant (*Alloy*) verbo Gallico aptissimo, vt infrà nu.782.

Secunda † pars, scilicet quantitas spectat ad bonitatem quantitatiuã seu extensam ponderis, quàm monetales exteriorem, id est, apertam & patentem bonitatem vocant. Vtraque tamen est bonitas ipsius materiæ naturalis & intrinseca, & vtramque certis, iustis, perpetuis & præiudicatis finibus publicè definitam esse oportet, vt sit iusta & legitima moneta, certam perpetuam & vniformem habens æstimationem, stabilemque & commodum functionis vsum. Huius secundæ bonitatis proportionem, quæ per se patet, & sua mole se prodit, monetales non alio quàm ponderis nomine vocant. 51

778 Et circa hæc sciendum est, quòd vt bonitas intrinseca exterior, scilicet quantitatis, diuiditur exterius naturaliter in diuersos numeros ponderum, vt mox obiter dicetur: ita bonitas intrinseca interior, scilicet qualitatis, diuiditur non naturaliter, sed interius & intangibiliter in diuersos gradus, qui tactu immediatè nõ percipiuntur, sed magis intellectu, siue iudicia sensus communis. Horum autem graduũ diuersa est habitudo & summitas inter

inter aurum & argentum.

52 Summitas † enim huius bonitatis in auro est ad 24. gradus, quæ ceratia, vulgò caracta, peculiari & apta ἀναλογίᾳ vocant. Et sic graduum bonitatis auri habitudo dupla est ad argentum, in quo duodecim tantùm gradus numerantur, quos monetales peculiari sermone Denarios vocant: cuius differentiæ ratio est, non solùm maior preciositas auri, quod tantò minutius diuiditur, & parcius tractatur, sed etiam natura & proprietas auri: tum quòd latius diducitur, & in numerosiores partes spargitur: tum quòd purius excoquitur, & purius ab omni extranea macula repurgatur quàm argentum.

53

54

Et sic ea differentia & habitudo quam non leui, sed graui solidaque ratione meriti sunt veteres ἀργυρώνοι, diligenter retinenda est non solùm ratione, non solùm vetustatis & consuetudinis authoritate, sed etiam ne termini, quos singulæ artes peculiares habere debent, confundantur.

Summa igitur & absolutissima bonitas, & vt specialius & pressius dicam, puritas & probitas auri, seu culmen & ἀκμὴ est in 24. caractis. Magis enim in his placet vulgatum vocabulum caracti, quum sit ad hoc natum & inuentum, quàm Græcum κεράτιον, translatum μεταφορικῶς à granis siliquarum, quas Itali *charobas* vocant, quanquàm vulgare nostrum à Græco & Italico non abundat. Græco tamen magis accedit, & ab eo deriuatum videtur.

55

Absolutissima verò probitas & culmen argenti, est in duodecim denarijs. Rursus singula caracta auri puri, & pariter singulos argenti puri denarios in quatuor & viginti grana partiuntur. Et rursus singula grana subdiuidunt in 24. partes, quas vulgò vocant *charobas*, & has rursus per 24. minutissima secant, non curo referre: quia vt nimis prolixum, ita minimè necessarium. Monetales etiam vulgò non solent vti his minutijs partium caractis auri, sed simplicibus nominibus quotæ, putà quarta vel octaua, aut alia quota parte caracti.

† Duplicem nota hic Molinæi errorem ex sinistra haud dubiè aliorum informatione conceptum. Ad eandem enim simplicitatem & puritatem argentum quàm aurum excoqui potest. Item licèt argentum recipiat denarios 12. & quilibet in 24. grana sit diuisibilis, tum etiam sit verum, quòd marca puri auri habeat caractos 24. non tamen singuli ex ijs, vt ipse, in 24. gradus seu partes, sed grana siue gradus 12. diuiduntur, vti latius tradidimus suprà lib. 2. quæst. monet. cap. 10. L. Budel. 56

Auri ad argentum proportio quæ sit.

Extrinsecæ verò æstimationis auri ad argentum proportio olim varia fuisse legitur, hodiè tamen ferè vbique circiter duodecupla habetur, paulò tamen minor, vt tradit Budæus lib. 3. Assis. Idem ferè refert gloss. pragma. tit. de anna. in verbo, aureorum. Alcia. in l. cùm quid. in fin. ff. cert. peta. Valet ergo libra auri paulò minus 12. libras argenti, & iam multis annis hæc proportio perseuerat in hoc regno: ita vt aucta vel minùs æstimatione auri, eadem circiter proportione augeatur vel minuatur æstimatio argenti. Vt enim anno 1508. vncia auri 16. Fràcis & quadrante, vncia verò argenti 37. solidis & semisse Turonensibus edicto regio taxabatur, & consequenter marca auri centum triginta, marca argenti vndecim libris Turonensibus: ita hodiè cùm moneta intrinsecùs imminuta creuerit, auri vel argenti facti vel infecti, sed non signati æstimatio noua super hoc edita constitutione anno 1540. mense Martio, taxata est marca auri 165. libris, septem solidis, & denarijs Turonensib. marca verò argenti regij 14. lib. Turonensib. & sic manet eadem circiter proportio paulò minor duodecupla, etiam ad argentum regium vicesima quarta sui parte dilutum.

779

57

Sed ad merum putumque argentum adhuc paulò minor esset auri proportio: quia

quia si argentum regium valet 14. libras, argentum purum valeat ad minus 14. cum
58 dimidia. Sed nunquàm in authoribus legi moinorem decupla proportionem auri ad argentum: quæ proportio olim fuit in vsu, vt ex comœdia Menãdri, quæ sponsio dicitur, testatur Pollux libr.9.de vocabulis, ad commodum. Quidam in hoc parum cautè citant quod Liuius libr.8. quartæ Decad. scribit in conditionibus pacis Aetolis concessum fuisse, vt si pro argento, quod certis pensionibus soluere Romanis debebant, aurum dare mallent, id liceret, dum pro argẽteis decem, aureus vnus valeret.

Atqui non loquitur ibi de certa auri vel argenti massa, sed de numis argenteis & aureis illius temporis, quorum proportio nobis incerta est, cùm eorum multa essent genera, vt Budæus, Portius, & Alciatus, testantur, & latius Robert. Senal. de mensur. & ponder. tomo 7. vt non solũ crebrò labantur, sed nonnunquàm sibijpsi contradicant, qui incerta & obsoleta hæc certò definire tentant, vt vsu venit Alcia. qui dispunct. libr.3. cap.9. vbi sestertium duas olim libras argenti, & semissem valens definit nostram monetam libris centum plus minus valere: sed posteà in Annot. ad Cornel. Tac. scripsit valere circiter 25. coronatos: & sic plus dimidio minus. Herodotus autem scripsit aurum τρισκαιδε-
59 κασάσιον ad argentum, id est, tridecuplum, siue ter & decies superualuisse argento. Ex eo autem quod Plin. libr.33. cap.3. scripsit, quòd scrupulum auri valeret sestertijs vicenis, tempore quo primùm Romæ numus aureus post annum 62. quàm argenteus, percussus fuit, sciitè colligit Budæus lib.3. Assis, eam tum fuisse auri ad argentũ proportionem, quæ quindecim ad vnum. Quæ analogia auri ad argentum non inuenitur in authorib⁹ maior, nec multum recedit ab ea, quæ fuit tempore Alex. Seuer. & successorum, tribus ad minus seculis vsque ad Iustinia. Magnum, & quæ habetur & comprobatur in nostro iure ciuili, videlicet in l. quotiescunque, est præfati Aurelij Alexandri. C. de suscept. & Archid. lib.10. iuncta l. iubemus. C. de argen. precio. libr.11. quæ est Constanti. & l. vnica. quæ est Arcad. & Hono. C. de colla. æris, lib.11.

† Ex quibus euidenter colligitur argentum ad æs centuplum fuisse, hoc est libram vnam argenti centum libras æris va- 60
luisse, dextantem autem vnciæ auri valuisse libram argenti: & sic libra auri valebat 14. argenti libras, & ferè dimidiam, videlicet duas partes ex quinque partibus facientibus totam libram argenti. Et sic diminutè colligit Anto. Augusti. emendatio. libr.2. cap.8. libram auri tunc æstimatam argenti, libris quatuordecim sescuncia sicilico, quia imò valebat 14. libras & 4. vncias, cum 4. quintis partibus vnciæ. Patet, quia libra auri 72. solidis aureis æstimabatur: & sic erant sextulares solidi, vtpotè quorum sex conficerent vnciam, & duodecim vnciæ, siue 72. solidi libram Romanam. Igitur 70. solidi aurei iam valebant adæquatè quatuordecim libras argenti, cùm quinque solidi valerent libram argenti, d. l. iubemus, duo verò restantes solidi valebant libram argenti, dempta quinta parte selibræ tantùm.

Sed ex regestis monetalibus apparet olim quandoque in hoc regno adeò raritate argenti euiluisse aurum, vt non vale-
ret nisi 8. marcas argenti: quandoque adeò 61
rarum factum, vt valeret 16. libras argenti: quæ extrema mutatio non solet accidere, nisi quãdò principes cauponatione rei monetalis abutuntur ad quęstum, vt olim sæpius factitatum constat.

De libra & ponderibus.

Et quia de libra ponderali, quæ mul- 780
tiplex est, incidit sermo, simul, vt de rati- 62
one ponderum, quatenus ad rem facit, videlicet ad secundam partem bonitatis intrinsecæ (quæ est quantitas) breuiter disseramus, notãdum triplicem esse libram. Prima Romana & Græca, quæ, 12. vnciatũ est, sicut as in iure nostro. Vncia verò habet 8. drachmas seu grossos. Drachma vel grossus

grossus habet tria scrupula, seu tres denarios. Scrupulum autem vel denarius duos habet obulos: & sic libra siue as vel pondo, habet 12. vncias, seu 96. drachmas vel grossos, seu 384. scrupula vel denarios, seu 768. obulos. Hanc libram priore loco dixit Romanã, quia vox Romana est, sed posteà & libram & vnciam simul cum infinitis alijs vocibus Romanis Græci vnà cum imperio Romano à tempore Constãtini Magni acceperũt: λίτρα enim. i. libra, & οὐγγία, id est, vncia, verba Romana sunt: quemadmodũ infinita alia iuris nostri ciuilis vocabula quæ commemorare non libet vnâ cum iure nostro ciuili receperunt Grçci, malueruntque ea facilioris & doctrinę & commercij causa in linguam suam paucis literis corruptis, eodem ferè sono quadã ὀνοματοποιΐα vtcunq; deflectere quàm noua vocabula fingere, vel è ditissima sua lingua ἑλληνικωτέρᾳ accipere, vt patet in Nouellis Iustin. & in Institutionibus Theophili, & ἐν προχείρῳ, hoc est, manuali seu enchiridio iuris Constantini, & aliorũ Græcorum Iureconsultorum scriptis.

Cæterùm ab antiquo etiam Græci hac libra & partibus suis vtebantur: quin etiam medici non solùm posteriores Latini, sed etiam priores, eorumq; didascali Grçci, hac libra & partibus suis vtebantur, nõ solùm in ponderibus, sed etiam in mensuris compositionum suarum, vt Galen. lib. 4. de sanit. tuend. in compositione diacalaminthes, & abietis. Dioscorides in lib. de mensuris & ponderibus, & ex recentioribus, Georgius Agricola medicus doctissimus lib. 5. de mensu. et pond. Iacob. Siluius medicus peritissimus, & publicus huius artis professor in hac vrbe, de medicamẽ. simplicium natura, lib. 1.

61 Secunda libra est Gallica, quam Regiam vulgò vocant, qua negotiatores & omnes, qui merces appensas venditant,
64 quam Budæus libr. 3. Assis, zygostaticam rectè vocat, quæ 16. vncias habet, & sic sesquitertia est ad libram Romanam & Græcam: huius zygostaticæ centupondium Galli vocant *Quintal*, quod centum libras regias pendet, siue ducentas marcas.

Tertia libra est monetariorum, campsorum, & aurificum, quam Marcam vocant, quæ est octo vnciarum, & sic est semis regiæ nostratis libræ, & bessis Romanæ.

Hac vltima libra seu marca in re monetaria vel campsoria, & vbi de ornamentis aut vasculis aureis vel argẽteis tantùm 65
agitur, non solùm in hoc regno vtuntur, sed etiam Mediolanĩ, vt testatur Bru. tract. de augmento, conclus. vlti. col. 3. & etiam vbique. Sed interim non omittendum, quod vulgò apud nos verbum, libra, vbi de numis & numorum quantitate agitur, non accipitur pro aliqua librarum ponderaliũ ex tribus prædictis, nec pro libra aliqua mensurali, sed pro libra numerali, videlicet pro certo numorum numero: & hæc numeralia & numeralis libra, est viginti solidorum duodenariorum.

Itaque variè libra accipitur, & cauendum ab æquiuocatione, non solùm in re- 78
centiorum, sed maximè si fieri queat, in 66
antiquorum scriptis. Et placet quod censet Budæus noster lib. 4. Assis, non vbique in voluminibus iuris auri argentique libram eodem modo exaudiẽdam, nec semper pro iusta ponderali libra 12. vnciarum accipiendam, sed pro paucorum numismatum numero, longè minoris æstimatinis. In quam sententiã vltra ea quæ adducit, impellor, per l. fin. C. de cupress. lib. 11. vbi in singulas nouellas cupressi, luco Daphnensi (vbi erat asylum, vnde Onias dolo extractus & occisus est ab Andronico. 2. Machab. 4.) vel littori Antiocheno implãtatas, decernuntur ei qui plantauit singulæ libræ auri: quinquaginta verò librarum auri mulcta in eum, qui vel vnam cupressum è sylua tulerit.

Nulla autem esset neque precij, neque pœnæ proportio, sed plus quàm cẽtuplus excessus, si intelligeretur de iusta illa põderali libra, quæ 72. solidorum aureorum, quorum sex vnciam auri faciunt, esse definitur in l. quotiescunque de suscepto. & arca. lib. 10. C. Pleraque huiusmodi passim in iure occurrunt, quæ breuitatis causa omitto.

Definitionem igitur dictæ l. quotiescunq;.in materia demùm, in qua loquitur, videlicet vbi agitur de massa auri, vel vbi aliàs de hoc clarè constat, obseruandam puto.non autem aliàs vbi non de massa, sed de numis seu de quadam pecuniæ, siue aureæ siue argenteæ summa agitur, cùm id temporis secundùm omnes varia, & variæ æstimationis aureorum & argenteorum genera fuerint.Consequenter verisimile est, vulgò tum in vsu fuisse librã quandam numulariam numeralem certorum numorum, quemadmodum hodiè in vsu est vbique, & à quingentis annis in vsu fuisse legitur vulgaris nostra libra numeralis, quæ est 20. solidorum duodenariorum.

67 Quanti autem fuerit vetus illa numeralis libra, & cuius proportionis cum moneta nunc currẽte, nondum inueni à quoquam inuentum & detectum fuisse, nec probat Budæ. quòd definit circa tempora Iustiniani librã auri staterem aurum fuisse non magni ponderis. Satis autem probatur libram illam vulgatam numeralem longè minorem fuisse iusta & ponderali, de qua in d.l.quotiescunque: sed quanto maior fuerit,non liquet, nec in quantitate,nec in qualitate,nec in indicatura, seu extrinseca æstimatione.

Quamobrem doctæ illæ & elaboratissimæ veterum auri et argenti librarum ad horum temporum monetam æstimationes Robert. Senalis Abrincensis Præsulis de mensur.& ponder.tomo 5.& 7.vbi libram auri, ducentas libras & triginta solidos Turonens.libram verò argenti 16. libras, & totidem solidos Turonenses, & viginti libras auri, quater mille duas & triginta libras valere censet, non sunt temerè. ad pœnas, mulctas, vel appreciationes, quæ passim in iure nostro ciuili certis auri, argentive libris definiuntur, extendendæ.

781 Redeundo ad rem de ponderibus materiæ, seu quantitatis extensæ prædicta abundè sufficiunt: plures alios ponderales terminos sciens omitto, vtpote magis onerosos quàm necessarios ad plenam huius materiæ intelligentiam. Sed valdè operæpreciũ est diligenter discernere hos 68
terminos & numeros ponderum bonitatis exterioris, seu quantitatis extensæ, à terminis & numeris graduum bonitatis interioris seu qualitatis, de quibus suprà num.778. quæ non ineptè dici potest quantitas intensa, alioquin his confusis sequeretur inextricabilis error. Pondus enim & mensura bonitatis extensæ nihil de se commune habet cum gradibus vel mensura bonitatis intẽsæ: quia simile est, si quis meracissimum vinũ dicat esse 12. graduũ, & sic absolutissimæ puritatis, vinum autẽ ad æquilibrium aqua mistum esse ad sex gradus,id est,dimidio purum: vinum autem cuius tertia pars est aqua, esse purum ad octo gradus, vel ad decem gradus, in quo sexta tantùm pars est aqua.

Hi gradus nihil habent commune cum mensura ipsius liquoris, siue sit dolium, siue sextarius,sicut nec cum pondere,si q̃s fortè liquorem appendere vellet:quia eadem est symmetria in qualibet minima gutta. Verbi gratia,argentum vsque ad 12. denarios purum dicitur,quod est omninò purum nihil æris vel alterius metalli habens admistum, quantum tamen per industriam fieri potest: argentum autem vsque ad sex denarios purũ dicitur, in quo dimidia tantùm cõfusa pars est argentum, reliquum ex ære vel alia materia. Argentum verò ad decem denarios purum, hoc est,ad dextantem, videlicet quando sexta tantùm pars est de alio metallo, & sic de alijs. Item attendendum,quòd à monetarijs & aurificibus multiplex dicitur argentum.

Crebriùs autem tres faciunt species, 785
quoddam argentum Regium,quod semisse denarij dilutum est 11.denarios, & 12. grana puritatis habens, & 12.tantùm granis distat à culmine, & istud vocãt etiam 69
argentum Parisiense: cùm enim de Parisiensi loquuntur vel paciscuntur ,de isto intelligunt. Quoddam verò verò ciner aceum,quod purius est: & inter cineracea 70
Parisinum solet esse præstãtius, & sex granis seu quadrante denarij duntaxat distat à cul-

à culmine, non quin quandoque sit purius aut dilutius, sed quia quãdo de cineraceo Parisino conuenit de isto intelligitur, quod est 11. denariorum, 18. granorum, quæ est definita cineracei Parisini probitas. Quoddam purum, scilicet merum putum. Gallicè vocant *Argent fin:* & istud sem-
71 per est 12. denariorum, id est, ad summum gradum puritatis. Argentum autem quod est dilutius Regio, videlicet infra duodecim denarios & semissem, dummodò tamen ad minus sit decem denariorum, vocant argẽtum simpliciter quasi minimum & infimum, prout appellatione simplicis in dubio intelligitur de minimo, l. numis. de leg. 3.

Si igitur conuenerit de argento simpliciter, debet ad minus esse decem denariorũ probitatis, vt sextans duntaxat massæ sit aureus, vel alterius materiæ, quòd si dilutius sit, non vocatur argẽtum, sed vulgari Gallica voce *Billon,* & est commu-
72 nis modus loquẽdi aurificum & monetariorum, cui standum est. Budæ. autem lib. 3. Assis, dum dicit argentum ad summam bonitatem excoctam, quo purius inueniri nõ possit, esse & vocari cineraceum Parisinum, fallitur, siue intelligat istud esse merum argentum, vt dictum est, siue intelligat nullum cineraceũ esse purius Parisino, quod est ad vndecim denarios, & 18. gradus: ea enim probitas (vt dixi) non definitur, nisi vt de certa probitate intelligatur, quando simpliciter de cineraceo Parisino conuenit. Alioquin quandoque inuenitur cineraceum, non solùm Parisinum, sed etiam exoticum purius, quod quatuor, vel etiam quandoque duobus tantùm granis distat à culmine, quandoque verò distat plus sex vel circa.

784 Budæus autem non malè sentit argentum vi aquæ chrysulcæ ab auro erutum esse, & vocari cineraceum: sic enim meritò vocatur, & cineracei appellatione venit, quia non solet probitatem cineracei, quæ est vndecim denariorum, 18. granorum excedere, nec minoris probitatis esse. Tamen non est regularis modus conficiendi cineracei: fit enim regulariter, quando argentum à terra erutum crebriùs contusum & lotum, igni tandem inijcitur, & à plumbo, stanno, vel alia materia separatur & purgatur, vt suprà 772. inde argentum à fornace erutum & purgatum vocatur cineraceum.

Rursus autem (cùm purum putum habere volunt) purgatur, & ad summam puritatem excoquitur, quod Galli vocant *Affiner,* non per aquam chrysulcam, sed per ignem feruẽtissimum, in vasculis conflatorijs ad hoc compositis, quibus feruentibus immittitur argentum in paruulis vasculis: cùmque feruet modico plumbo 74
illito, purgatissimum, & duodecim denariorum efficitur, & id vocant argentum compellatum, quod fieri vidi. Sed inuenerunt etiam alium modum meri puti argenti conficiendi per aquam chrysulcam, iniecto & priùs in ea ferueñti aqua dissoluto puluere, quod Salmoniacum vocãt, & citius fit quàm per capellam, & æquè purum.

† Aurum autem ad summam purita- 75
tem excoquitur per dictam aquam chrysulcam, cuius proprium est officium, & ad hoc peculiariter inuenta est: nec non per quoddam cementum medicatum, de quo suprà numer. 775. ita vt (quod mirum est) numismata aurea illi cemento immissa, postquàm deferbuit extrahantur in eadem forma & figura, charactere nullatenùs mutato, sed minuto, sed solo pondere diminuto, vtpote omni ære & argento & extraneo ab auro metallo, velnti per resudationem separato, & à cemento (in quo mistum inuenitur) exorto.

Quod autem Budæus eodem loco putat chrysulcam aquam nouum esse inuentum nostratis Cointij, non est ita, sed antiquum inuentum, & in libris antiquissimis manu scriptis eius compositionem legi: sed cùm superiori ætate negligentius versarentur numularij in argento & auro purgando, vt etiam moneta argentea nonnihil auri haberet, Cointius

rurſus ſummè excoctum eſt purum, putumque factum, & pariter è capella in aquam iactum & extinctum. Primus modus non congruit aurificibus, præſertim in arte excellentibus: quia bonus artifex non minus poſſet tale rude argentum purgare, quàm alius: ſed non vult operam pre cioſiori aurificio deditam in hoc conſumere, nec argentũ ipſe præparare, ſed præparato vti: quale non eſt iſtud quod prius purgandum eſt, & à craſſiori materia plũbi ſtannique ſeparandum.

Tertius verò modus, etſi congruat, imò neceſſarius ſit, quando aurifex argento mero & puriſſimo operatur: tamẽ quia rarior eſt, minus frequenter congruit. Et ſic ſecundus ille modus eſt congruentiſſimus, aptiſſimus & frequentiſſimus, & eſt verum exemplum d.l. in naue Saufel. Ita enim iuxtà vetuſtiſsimam & communem literam, quam diligenter excuſſi, legere placet, quamuis Holoand. nulla ſolida ratione legendum velit, Sophei. Argentum puſillatum ſecundùm primum modum non vocatur à monetarijs & aurificibus argentum, ſed Gallicè (Billon) vt ſupr. numer. 783. cùm ſit impurum, & multum infrà decimum denarium. Secundò autem & tertiò modo vocatur Granallium. Et ſic patet quod Granallium non eſt ſpecies argenti, ſed nudum accidens: quia per accidens (vt dixi) quod ſit in illas minutiſſimas & inæquales partes diuiſum, & eſt verum argentum, ſiue purum, ſiue cineraceum, ad varia pondera & opera artificum idoneum.

787 Cùm igitur argentum paulùlum dilutum magis ſit operi frequentius idoneum, meritò emerſit ſpecies illa prima argenti viceſima quarta parte diluti vel miſti, quod ideo Regium, Gallicè *Argent de roy* vocatur, quod Regio ſtatuto ab an-

80 tiquiſſimo tempore ea ſit & monetali, † & fabrili argento præfinita puritatis meta, & nota, vt duodecim denariorum culmine, non niſi ſemiſſe, hoc eſt, 12. granis, ſiue viceſima quarta parte ſolidæ & abſolutæ puritatis abſit. Quo ſit, vt hæc ſpecies vide licet argentum Regium tanquam æs argẽti monetalis & fabrilis, in 12. denarios, velut vncias, diuidatur, & denarij rurſus diuidantur, & ſubdiuidantur, vt ſuprà num. 778. Itaque ex veteribus inſtitutis adhuc hodie nõ licet apud nos aurificibus & vaſcularijs in artificijs ſuis (demptis cælaturę iuncturis) deteriori argento, quàm Regio vti, nec ſubtiliſsimi quidem artificij prætextu, etiam ſi materiam opus ſuperet: ſed ad communem fraudem & impoſturam vitandam, iubentur ſeorſum materiam, ſeorſum operam & induſtriam vendere & æſtimare.

Verùm, quia difficile eſt præfinitam puritatis metam tam exactè obſeruare, quin modicum quiddam excedit vel deſit, interuallum quoddã, † ſeu latitudo eis 81
indulgetur. (Remedium vulgò vocãt) infrà quod defectus dictæ definitæ bonitatis nõ imputatur, ſed toleratur. Quòd ſi defectus maior latitudine concesſa inueniatur, mulctantur, vel vaſa & opera à viſitantibus franguntur, vt cauetur conſtitutionibus de artificibus editis, quæ ſunt in veteri libro viridi archiui Caſtelleti Pariſienſis.

Sunt autem duæ antiquæ inſigniores, quarum exemplar habeo: prior edita à Philippo Valeſio, huius nominis ſexto, cognominis primo, an. 1343. menſe Augnſto, qua cauetur, nulli aurifici licere minore argẽto vti, demptis dictis iuncturis, quàm Regio, quod definitur eſſe vndecim denariorum & ſemis puritatis in libra ſeu marca argenti, & non plus, idq; in vaſis & ſupellectili argentea, & prioribus ornamentis, ſed in folliculis, leunculis, clauiculis, & ſimilibus acceſſorijs artificiorum, vt illa acceſſoria ſint duriora & firmiora, indulgetur defectus 5. granorũ puritatis in marca argenti, & non plus. Poſterior conſtitutio edita à Carolo V. eius nepote, anno 1378. menſe Martio, idem omninò ſtatuit & definit, niſi quòd non meminit prædictæ particularis indulgentiæ quinque granorum in acceſſorijs, ſed tantùm generaliter indulget trium granorum puritatis defectum in marca argenti.

788 Verùm aurifices, quod principali in-
dulgentia intra ſpem veniæ relictum erat,
pro iure vſurpauerant, nec operabatur ar
gento ad rationem vndecim denariorum,
& ſemis puro, ſed ad rationem vndecim
denariorum, & nouem granorum dunta-
82 xat, quod à culmine puri puti argēti quin-
decim granis, & ſic ferè beſſe vnius dena-
rij abeſt. Sed conſtitutionibus editis circa
annum ſeſquimilleſimum decimum quin-
tum interuallum illud ſeu remedium gra
no vno reſtrictum eſt, in opere ſolido, &
duos denarios: in appendicibus autem,
quas Gallicè vocant *Moulures* ad quatu-
or denarios. Et ſic hodie tenentur apud
nos reddere vaſa argentea ad rationem vn
decim denariorum decem granorum pu-
83 ritatis, ſaluis dictis acceſſorijs, quę debent
eſſe vndecim denariorum & octo grano-
rum ad minus.

Aurifices autem ſeruata neceſſaria pu
ritate argenti, pro reliquo admiſcent vnū
vel duo ex tribus diuerſis metallis videli-
cet æs ſiue Cyprium, ſiue Caldarium, ſiue
Coronarium, & ſtannum, & plum-
bum, prout artis & operis ratio expo-
ſcit.

Argentum enim temperatum ære ſoli-
dius quidem ductibilius eſt, ſed minus lu-
cidum & ſpecioſum propter æris rubo-
rem, vel citrinitatem: pulchrius verò ex
ſtanno vel plumbo dilutum, ſed operoſi-
us, quia minus cohærens & ſolidum eſt.
Plumbum autem Monetarij & aurifices
94 non immeritò vocant cæterorum metal-
lorum Regem: ſeſe enim (quod quàm ve-
rè regium eſt) impendit & conſumit pro
vtilitate & decoratione omnium aliorum
metallorum, quę purgat, dulcificat & per-
ficit, vt ſe bonus rex gerit populo ſuo.
Contrà, ſtannum vocant cæterorum om-
nium inimicum, quæ amara & acria red-
dit & inficit. Monetarij verò æs duntaxat
admiſcent, ſed hic licentioſius à puritate
materiæ defecerunt, non monetalium vi-
rorum culpa, qui nil niſi ad nutum Regis
audent, ſed principum facto, qui ſiue ne-
ceſsitate temporum, ſiue ſuis, ſiue alienis
cupiditatibus acti, artem monetalem & re
liqua publica, plerunque etiam Rempubl-
quæſtui turpiter habent.

Cùm enim veteribus conſtitutionibus
eadem puritatis argenti lex eſſet in re mo 789
netaria publicè definita, ad Regium argē-
tum duodecim denariorum præciſè, ita vt
Rex ſingularum librarum argenti puri
puti viceſimam quartam partem tantùm
lucraretur, ſuper qua impenſæ æris pro
rata dictæ partis argenti detractæ ſupplen
di, & totius monetalis ſcholæ fierent, pro-
ut antiquitus obſeruabatur: cumque tem-
pore Philippi Pulchri, circa medium reg-
ni ſui, anno 1300. (propter duas incurſio-
nes Anglorum & Flandrenſium, & ingen
tes clades regno illatas, & tyrannidem Bo
nifacij Octaui, qui fuit acerrimus hoſtis
Regis, & non ſolum, vt omnes chronogra 85
phi, ſed etiam vt Baldus quoque in c.1.co-
lum.1.de natur. feudi: Intrauit vt vulpes,
regnauit vt leo, mortuus eſt vt canis) de-
teriorata fuiſſet intrinſecus moneta, tan-
dem poſt multas populi querelas, & inſig
nem illum plebis Pariſienſis motum anno
1306. in Stephanum Barbetum, cuius deli-
cioſos hortos & domum furens diripuit,
quod is prædiues cæteris diuitibus ſcele-
rato inuento & exēplo ſuo author fuiſſet,
vt à pauperibus, quibus domos, officinas,
ergaſteria locauerant, penſionem exige-
rent in veteri fortiori moneta, vel ad eius
æſtimationem intrinſecam.

Idem Philippus circa annum milleſi-
mum triceſimum octauum veterem pro-
bitatem monetæ reſtituit, & in vſum re-
duxit ad prædictam antiquitus definitam
notam & bonitatem argenti regij, duode-
cim denariorum, vt ex antiquis monumen
tis comperi. Et eſt illa mutatio & reſtitu-
tio, de qua in indiuiduo loquitur Oldra.
q.249. factum tale eſt, vbi librarum errore
temporis data vitiatur. Quod enim ibi
ſcribitur eam reſtitutionem factam anno
1302. impoſſibile eſt, cùm adhuc ea deterio
ratio ferueret an. 1306. quo prædictus ple-
bis motus exarſit.

Et ex dictis Oldr. apparet deteriora-
tionem illam monetæ enormiſsimam fu-
iſſe, videlicet de duabus partib. ita vt tres
dena-

denarij nouæ & debilis monetæ non valerent nisi vnum prioris monetæ. Et sic verificatur quod Anto. histo. tit. 20. cap. 8. §. 16. cum seq. scribit dictum Philip. malo quorundam consilio ita alterasse & falsificasse monetam, vt reduceret ad valorem tertiæ partis priori monetæ. Addit Ant. Philippum bis hanc adulterationem monetæ fecisse, ad ingentes impensas belli, bis magno sed euanido apparatu coacti, ad Flandrienses opprimendos, & quod ex ea mutatione qualitatis monetarum Rex quolibet die superlucrabatur sex millia Parisiensium & hac de causa multos mercatores & trapezitas, præsertim Italos in Francia commorantes, ad extremam paupertatem redactos.

86

790 Testatur autem Oldr. monetam priori bonitati restitutam, quod etiam monetalium regesta ostendunt, factum prædicto anno 1308. & aliquot annis perseuerauit, sed posteà sensim diminuta, vt redacta fuerit ad semissem, videlicet ab asse seu duodecim denarijs argenti Regij, ad sex denarios, deinde ad quinq; postea ad quatuor, & sic ad trientem seu tertiam partem, vt bes æreus sit: nouissimè verò pede (vt vocant) subinde mutato, ad tres denarios & sexdecim grana.

Porrò longè maiorem, & crebriorem mutationem & deteriorationem fieri comperi in moneta argentea, alba & nigra, quàm aurea: non enim ita de facili percipitur & attenditur in argentea, sicut in aurea: & cum extraneis magis in pecunia aurea, quàm in argentea exercentur commercia, quæ impedirentur, aut maximo regni damno tandem exercerentur, si nimium vitiaretur aurea: consequẽter argentea cupiditatibus expilatorum magis idonea est, ad exhauriendum subditum populum, manente exterorum commercio.

87 Sed non est nouum monetam sic à principibus adulterari: inquit enim Plin. lib. 33. cap. 9. Miscuit denario Triumuir. Anto. ferrum, miscuit æri falsæ monetæ. Sic eum infamat, multis alioquin criminibus infamem, quippè parricidam nec ebrium modò, sed ebrietatis professorem & assertorem, qui paulò antè prælium Arctiacum iã ciuium sanguine ebrius, librum de sua ebrietate euomuit, vt referr Plin. lib. 14. cap. 22.

Multis autem antè seculis Arist. libr. 2. Oeconomicon multa huiusmodi sordida & tyrannica exempla refert, philosopho indigna, vt putem librum illũ secundum supposititium esse: nimis enim degenerat à præceptis & documentis, quæ Arist. tradit in lib. politicon. Plin. autem lib. 33. ca. 3. queritur principes paulatim imminuisse pondus auri, & Leonar. Port. de ponde. & mensu. lib. 2. queritur quotidie detrahi & de pondere & de qualitate. Multùm aũt refert id fieri fraudulenter, vt ille Ant. Triũuir, & in d. c. quanto. an verò palam & ex publico compacto, vt refert Plin. in d. loco, Liuium Drusum in tribunatu plebis octauam partem æris argẽto miscuisse: erat enim penes tribunos plebis ex l. 12. tabul. signandi numi potestas, vt testatur Cic. de legib. lib. & in exemplo. sup. nu. 756.

Sed non multùm referret de pondere & qualitate, modò staret eadẽ vniformis proportio vbiq;, & eadem vbiq; potestas, vt de iure esse debet. l. ideò, de eo quod certo loc. l. fin. C. de vet. numis. potest. Probitas igitur monetę requirit certam, stabilẽ, publicè definitam & qualitatem materiæ, & quantitatem ponderis. Qualitas autem nihil aliud est, quàm quantitas intensa, seu gradus bonitatis, monetales nostrate lingua vocant *aloy* aptissimo rei subiectæ vocabulo, quod potest accipi vt deriuatũ quidem à gallico infinitiuo *allouer* quod in discussionibus rationum freques est, & significat non temerè, sed serio consultoque debita subductione facta dati & accepti siue excessus & defectus ratione habita probare. In hoc Gallicum verbum *aloy* non significat simpliciter qualitatem metalli, sed ἐμφατικῶς qualitatem debitam & lege præfinitam, quasi publicè laudatam & probatam. Aprius autem & rectius accipitur vt primitiuum, & significat commistionem, siue com-

commensurationem metalli: quæ acceptio frequentior, & sic ab hoc deriuatur infinitum Gallicum, *alloyer*, quod certa ratione cōmiscere, temperare, & cōmensurare metalla significat. Itali & Doctores nostri vulgò vocant (ligam) apta, licèt barbara voce, quasi ligamen. Vt enim vult Ioan. de Vicomercato in c. quanto, colum. 4. dicitur liga, quando componitur vna cū alia. Quidam, vt Petr. Bellig. in spec. Principum, rub. 36. vocant legem, Latino & extenso vocabulo, quasi definitionem siue præfinitionem qualitatis materiæ legitimam. Nouissimè Budæus libro tertio Assis vocat indicaturam, sed eleganti vocabulo abutitur.

Indicatura enim est solida & vera æstimatio totius rei, vel quælibet æstimatio voluntaria: & sic propriè bonitatem extrinsecam, seu impositìtiam significat, nō autem solam bonitatem intrinsecam, videlicet qualitatis: quanquam hæc qualitas non nudum abstractum significat, sed substantiam qualem certa quantitate de-
788 finitam. Vnde monetales verbo *aloy* nō intelligunt nudum qualitatis abstractū, vel ideam, sed vel definitionem substantiæ qualis & quantæ, vel ipsam substantiam qualem & quantam: & sic non solùm recipit gradus intellectuales, sed etiam verum pondus. Vt dum dicunt vnum denarium *d'aloy* pendere sexdecim denarios ponderales, vel vnum grossum *d'aloy* pēdere 32. grana ponderalia: & sic de aliis, nō volunt aliud dicere, quàm tantam partem marcæ, vel substantiam materiæ puræ, tantum pendere. Vocant autem denarium *d'aloy* vnciam duodenariam marcæ, puri argenti materiæ, vt suprà numer. 778. denarium verò ponderis centesimam nonagesimam secundam partem marcæ ponderalis, seu meri ponderis, vt suprà num. 782.

792 Et hic postquam incidit non grauabor
89 obiter dicere, quòd verbum (denarius) à monetariis quadrupliciter accipitur. Primò, pro vocabulo certi ponderis vel quātitatis extensæ, & sic est vicesima quarta pars vnciæ octonariæ, siue 192. pars marcæ, & continet 24. grana ponderalia. Secūdò, pro vocabulo qualitatis seu gradus bonitatis, vel quantitatis intensæ, & sic est duodecima pars integræ seu totius puritatis materiæ, hoc est, marcæ monetalis materiæ puræ, quę marca in duodecim denarios, velut vncias duodenarias diuiditur. Tertiò pro certa quantitate valoris impositìtii seu cursus pecuniæ. Quartò, pro corpore cuiuslibet numismatis in genere, Petiam vulgò vocant. Adde quintò, & vulgò pro minutula specie monetæ nigræ, denarium vocant, qui in obulum & semiobulum diuiditur. Verbi gratia, si Gallicè dicatur fieri monetam *à dix deniers de cours vn denier de poix, à cinq deniers d'aloy, & à six solz huict deniers de taille*, sensus est, quod singula numismata valent decem denarios monetæ currentis, & singula sūt ponderis vnius denarii, siue vicesimęquartæ partis vnciæ, & singula sunt ad rationē quinque denariorum puritatis, siue habēt quincuncem materiæ seu argenti regii, residuum verò materiæ ex ære, & quod ex libra numularia seu marca ad prædictam rationem conficiuntur & resultant octoginta numi.

Nunc adest vox tertia (character) quod 793
est signum publicum, siue publica autho- 90
ritate impressum & authoratum, ad certificandum publicè & vniuersaliter de probitate qualitatis publicè definitæ & requisitæ in numismate taliter signato, & consequenter de valore publicè imposito tali numismati. Et sic forma monetæ nihil aliud est, quàm quædam testificatio veritatis & iustitiæ ipsius monetæ, scilicet quòd sit veræ substantiæ & iusti ponderis, & princeps, vel Respublica, imprimens characterem æquè censetur testificari, sicut ex publico, ad hoc deputato sigillo chartæ seu diplomati apposito, vt tradunt omnes etiam Theologi in quarto sententiar. distinctio. 15. & ibi Gabrie. quęstione 9.

Grauissimè igitur peccant principes & 91
qualescunque, qui de qualitate vel pōdere

re debitis subtrahunt, & enormissimam omnium falsitatem committunt, nisi prius publicè consensu populi, alia probitatis in qualitate & quantitate nota definiatur, Cùm enim numus omnia metiatur, vt supr. num. 441. & sit generalis omnium mensura, iure gentium introducta, omnia iura diuina & humana, quæ damnant & execrantur falsificantes & mutantes mensuras, damnant & execrantur falsificantes & defraudantes monetas, siue principes sint, siue priuati, vt etiam Thomas Aqui. disertè ait libr. 2. de regimi. princi. cap. 13.

Nec ad rem pertinet, si quidam adulatores nugentur pecuniam esse principis: non enim eius est, postquam expensa est, & adhuc priusquam de argyrocopio exeat, ipsa probitas definita non magis est illius, quàm quælibet regia mensura. igitur nec hanc, nec illam pro libito deteriorare aut mutare potest, nec est minor perfidia, quàm proprium sigillum vel syngrapham falsificare vel negare.

92 Omnium autem fraudationum & cauponationum monetæ nulla tetrior & execrabilior est, quàm cum pecunia semel probata & expensa in totum vel in parte reprobatur in cursu seu indicatura: tunc enim non solùm publica fides & mensura abrumpitur, sed etiam furtum manifestum, non in vnum aut alterum, sed in omnes committitur: quod tamen sæpè perpetratum est in hoc regno, non solùm ab hostibus, vt sup. num. 719. sed etiam à nostratibus. Quod improbum καπήλευμα, & sceleratissimum inuentum Bud. noster lib. 5. Assis, meritò execratur: nondum tamen septem anni in Armoricis & vicinis regionibus, circiter decem millia pauperum reprobatis quibusdam monetis, quibus vacca inscripta erat ann. 1537. hac scelerata arte fame necata sunt.

794 Non nego, quin quandoq; causa incidat certam monetam mutandi vel reprobandi in totum vel in parte: sed qualiscunq; ea causa sit, si Princeps eam monetam fecit vel probauit, nullo modo reprobare nec mutare potest, nec cursum publicè semel datum minuere nisi aliam bonam & æquiualentem monetam det & realiter commutari faciat illis, qui monetam, quæ reprobatur, habent: nec sufficeret mensem vel aliud tempus (vt quidam nimis diluto colore factitare vetiti non sunt) ad expendendum indulgere. Quis enim acciperet pecuniam iam post modicum tempus reprobandam? Sed in singulis municipijs præstituendi essent argentarij, qui de publico & sine vllo commutantium sumptu bonam & puram monetam pro reprobanda dare tenerentur, non ad modicum sed ad tam congruum tempus, vt omnes indemnes redderentur.

Idem si Princeps non cuderit, nec dederit eam monetam, sed recipi & expendi pro bona publicè & scienter permiserit, & sic ipso facto semel approbauerit & approbari à populo permiserit. Non enim debet fidem publicam irritam facere, nec fortunis subditorum insidiari: sed eos non solùm tutorio, sed etiam paterno affectu ab omni damno vindicare. 93

Plus dico, quod etiam si citra vllam approbationem, sed per errorem fraude quorundam falsariorum reproba moneta irrepserit, & sparsa sit, quam inhiberi & reprobari oporteat, debet Princeps subuenire deceptis qui falsam vel adulterinam monetam ignoranter receperint aliam bonam & probam de publico reddendo. Cùm enim commoda confiscationum huiusmodi falsariorum habeat, preter commoda publicę monetę, iustum est eum ferre incommoda. l. secundum naturam. de reg. iuris. Saltem hoc in dubitatum est, quod pro rata bonorum, quæ indè sibi confiscantur, tenetur læsis satisfacere, text. in l. 1. de capit. dimutio. in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. si vt proponis C. de bonis proscripte l. si ademptis. C. de sen. passis. 94

Quanquam autem Romani, qui initio erant manipulus pastorum & fugitiuorum, & hominum nouissimi, non fuerint statim vsi proprio ęre signato, sed tantùm ære graui, id est, rudi & ponderali (ferè

vt olim Lacedæmonij ferro rudi molis in
eptæ, post accensionem aceto extinctæ, vt
Plutarch. in vita Lycurgi) nisi sub Seruio
Tullio sexto & penultimo rege, sub quo
æs signatum, deinde argentum signatum,
quinque annis ante bellum Punicum,
& post 62. annos aurum signatum, vt testa
tur Plini. libr. 33. cap. 3. tamen cæteræ gen-
tes etiam duobus annorum millibus an-
te Romanos vel argento signato vsæ sunt.
Theseus enim qui regnauit Athenis tem-
poribus iudicum Israel, plus mille ducē-
tis annis ante Christum natum numum,
bouis signo percussit. Porrò inuentio nu-
795 mi non ad Aeginetas vel Lydos (vt Cœ-
lius antiqui. lectio. lib. 5. cap. 13. & libr. 11.
cap. 4. Alxand. Alexandrius Geniali. dier.
lib. 4. cap. 5.) referenda est, sed ad primas
gentes, quæ communibus commercijs vti
96 cœperunt: hinc in sacris Biblijs Siclorum
& argentorum tam crebra mentio. † Est
autem Siclus, Hebraicè antiquum
verbum & numisma Hebraicum, vt testa-
tur Iosephus lib. 3. Antiquita. ca. 7. & Sui-
das, quo nec Græci, nec Latini vsi sunt, vt
per Budæ. lib. 4. Assis. Et secundum Iose-
phum in loco præallegato quatuor dra-
chmas Atticas habet, & sic est idem quod
stater, vt inquit Hieronym. Ezech. 3. siue
semiuncia & tetradrachmum, quæ idem
sunt, vt patet Matth. 17. ad finem, vbi Do-
minus iussit Petro expiscatum staterem
dare pro se & illo petentibus didrachma
à singulis.

Cùm autem Genes. 23. fiat mentio sic-
lorum, vel argenteorum transeuntium
per mercatores, vt ex Hebræo ad verbū
vertit Santes Pagninus: Chaldeus autem
Paraphrastes vertit, Argenti quod reci-
piebatur pro mercimonijs in vnaquaque
97 prouincia, verisimile est Abrahę quoque
tempore in vsu fuisse pecuniam, non so-
lùm argenteam appensam, sed etiam si-
gnatam, alioquin commodè currere non
potuisset per negociatores & prouin-
cias.

Et sæpè sacra vetus scriptura mentio-
nem facit simplicis argenteorum seu nu-
morum numati, sine pondere, vt Genes.
20. Ecce dedi mille argenteos fratri tuo.
& Genes. 37. Vendiderunt eum (scilicet
Ioseph) Ismaelitis viginti argenteis, &
alibi passim. Nec solet facere mentio-
nem ponderis propter se, sed ob aliam
grauem causam, vt Genes. 23. Appendit
Abraham ipsi Hephron argentum. Ibi
non fit mentio de appensione, eò quòd
non daretur pecunia nisi appensa, sed ad
ostendendum maiorem legalitatem A-
brahæ. Et Esaiæ 45. Qui confertis aurum
de loculo, argentum statera pondera-
tis, facit Propheta mentionem stateræ,
non quando pecunia signata esset, sed
ad conuincendam furiam idolamaniæ,
dum dementi idolatræ non putant deuo-
tioni suæ satisfactum extrahendo au-
rum & argentum de bursa, nisi illud
appendant, vt quo preciosius, eo sa-
crius simulachrum conficiant & co-
lant.

† Ex prædictis verum esse conuinci- 98
tur, quòd innuit Aristoteles. lib. primo,
politicon. cap. 6. characterem pecuniæ, si-
ue pecuniam signatam & eius fidem &
stabilitatem esse de iure gentium, licèt
formula seu figura characteris varia esse
possit. Et ad prædicta facit quod Exodi
30. Leuiti. vltim. Numer. 3. Ezechi. 45. di-
citur, Siclum sanctuarij viginti obulos
habere, ad differentiam videlicet Sicli
vulgaris subdupli ci. Erat enim duplex
siclus scilicet ecclesiasticus, qui diceba-
tur siclus Templi seu sanctuarij secun-
dum Hebræos, nec erat vncialis, sed se-
miuncialis vt dixi. Alter siclus vulgaris
dimidio minor qui duas tantùm drach-
mas, & sic quadrantem vnciæ pendebat,
& decem obolos Hebraicos valebat. Pa-
riter talentum templi capiebat centum
& viginti libras: prophanum vero, quo
vulgo vtebantur, sexaginta tātum id est,
dimidium. Sic Pollux lib. 9. Siclum talen
tum duplex fuisse refert, vetus quatuor
& viginti numorum: nouum vero duo-
decim. Plura de Siclo si vacat legere po-
tes

tes apud Robert. Sena. de vera mensura, ponderumque ratione, tom. 5.

795 99 † Sed interim omittendum non est sacrum illud mysterium, quòd Exod. 30. figuratur vbi Dominus iubet omnes Israelitas à 20. annis & suprà offerre dimidium sicli, iuxta mensuram templi, siue ad pondus sanctuarij, ita vt diues non addat, nec pauper diminuat de dimidio siclo. Quòd enim omnes & diuites & pauperes æqua lance censentur, quid aliud significat, quàm omnes peccatores esse, & æquè indigere gratia Dei, æquè eodem precio sanguinis Domini Iesu Christi redemptos, eadem fide saluandos (de electis enim & fidelibus est sermo) nec esse exceptionem personarum apud Deum.

Quòd autem iubentur omnes fideles, non integrum siclum, sed dimidium offerre Deo in sancta, quid aliud repræsentat, quàm omnium fidem & charitatem imperfectam quandiu peregrinantur in hoc seculo, perficiendam autem in cælo, & interim seruos se inutiles semper agnoscere debere? Quod autem iubentur offerre ad mensuram sanctuarij, quæ etiam ibi certo obolorum numero specialiter definitur, quid aliud est, quàm omnino offerendum, nec vacuos nos & infructuosos esse debere coram domino (tollitur enim qui non fert fructum. Ioann. 15.) nec tamen offerenda esse figmenta capitis nostri, etiam quantumcunque speciosa videantur sapientiæ humanæ quæ stultitia est apud Deum, cui abominatio est quod hominibus excelsum, sed tantum offerenda esse, quæ Deus præcepit, sibique placere definiuit, iuxta præscriptum verbi sui, quòd est verum pondus & mensura sanctuarij? Quę ergo præcepit tibi Deus, illa cogita semper, Ecclesiasti 3. nec abeas post adinuentiones tuas, quoniam melior est obedientia quàm victimæ. 1. Reg. 15.

Et rursus quod iubentur offerre in sancta, non de siclo vulgari, sed tantùm de siclo sanctuarij iuxta mensuram eiusdem, quòd Santes vertit secúdum siclum sanctitatis, nonne clarè designat, nos non nostra, seu à nobis profecta offerre posse summo illi omnium cōditori Deo: sed tantum ab eo gratis accepta, prout vnicuique iuxta mensuram fidei diuidit & donat? De bonis enim operibus agitur, de vera obedientia mandatorum Dei, & veris fructibus fidei, qui non sunt palmitum, sed veræ vitis, quæ est Christus, Ioann. 15. vt nemo glorietur coram domino, sed ab eo recognoscat, iuxta illud 1. Corinth. 4. Quid habes quod non accepisti? quòd si accepisti, quid gloriaris? & Esai. cap. 26. Omnia enim (ait) opera nostra operatus est in nobis. Qui ergo sua vel suam iustitiam offerre se putant, iam nō de sicso sanctuarij offerunt, sed de sua immunditia pannum menstruatæ, Esaiæ 64. Hæc obiter iuxta regulam fidei dixisse sufficiat.

† Succedit quarta vox, æstimatio siue indicatura, quæ quidnā sit, per se liquet. 797 100 Pendet autem valor iste imposititius non à priuata cuiusquam, sed à publica duntaxat æstimatione & impositione. Publica autem æstimatio & valor currens, non à solo principis in monarchia, vel optimatum in Republ. dicto pendet, sed etiam à consensu & vsu populi, & consuetudine commerciorum. Quod si leges & statuta nisi communi vtentium vsu comprobata non ligant, vt omnes vtriusque iuris Doct. probant in l. de quibus, de legib. in c. 1. de treug. & pace. hoc maximè verum est in commercijs numorum, eorumque cursu & indicatura, quæ non est iuris facti, & necessariò in vsu & cōmercio vniuersorum etiam exterorum, & omnium quibus cum communia sunt cōmercia, & iura gentium, cōsistit. Et quòd sensus populi in his dominetur & ius faciat, multis exemplis probat Budæ. lib. 3. & 5. Assis, vbi refert multa edicta præconialia dirè minātia de vsu abrogādo probi & recepti numismatis, etiā ab homine

minaci & iræ impotentissimæ manantia, cuius tunc ferociæ recta & vtilia cedebant consilia, publicum tamen cõsensum peruincere non potuisse, & iure optimo neglecta esse. Probat etiam sacra pagina Gene.23. eam esse probatam monetã, quæ transit ad negociationem, & in vsu publico existit. habet enim Hebræum, id est, ad verbum quadringentos siclos argenti transeuntis ad mercatorem, vt etiam tetigi num. 695. Et sic ibi moneta probatur esse proba & iusta, ex eo quòd mercatoribus in vsu existit: est enim pecunia & eius vsus & publica comprobatio iuris gentium, vt sæpè
798 probatum est.

Super est videre an & quæ esse debeat
101 extrinsecæ bonitatis ad intrinsecam habitudo & proportio. † Et in summa tres sunt sententiæ. Primi præcisè tenent æqualem omnino esse oportere, ita vt tantundem valeat in massa, quantum in pecunia signata & expensæ cudendi fiant de publico. Ita tenet glo. & Bart. in l.1. per illum textum, de contrah. emp. Bart. in l. qui falsam. ad l. Cor. de fal. in l.1. de vete. nu. pote. li.11 C. & vbiq; Bal. Lancelo. Deci. l. non amplius. §. fin. col.4. de lega.1. l. Ii tia. §. fi. de annuis leg. Curt. Iunior l.1. §.1. colum.3. num.13. si cer. pet. tex. in l.1. C. de pond. li.10. Et in hanc sententiã, licèt sub obscurè, inclinare videtur Budæ. li.5. Assis dicens, quòd nisi argentum infectũ & numisma parili ratione congruerent, cõmercia hominum expediri non possent. Secundi post Inno. in c. quanto de iureiu. & omnes Canonistæ ibi censent detrahi posse impẽsam, quinetiam aliquid vltra, vt cudi faciens modicum non multũ lucretur. Et sequitur Imol. in l. Paul. in fi. de solu. Petri. Belliga. discipulus eius in Speculo principum Rub.36. Phi. Dec. l.2. §.1. si cert. pet. Bru. tract. de augmen. concl. vlt. in princ. & est crebrior sentent. in quam etiam inclinant Theologi in 4. sent. decisio.15. vbi Gabriel Biel. q.9. col.2.

Tertiò nouissimis quibusdam videtur prorsus nõ referre, ita vt in pecunia nullo modo attendatur materia, nec eius bonitas intrinseca, siue qualitatis, siue ponderis: sed sola æstimatio publicè imposita, ita vt possit fieri moneta plumbea, vel de corio, modò sit publicè approbata & tunc possit solui pro quacunque pecunia aurea vel argentea, etiam ex mutuo debita, & ita tenet Hier. Butigel. repeti. l. cum quid, col.9. nu.28. si certum petat.

Sed hæc sententia prorsus irrationabilis est, & ridicula. eadem .n. ratione posset fieri pecunia de papyro arte impressoria, quòd non minus esset ludicrum & ridiculum, quàm ludus puerilis: & est non solùm contra originem & definitionem monetæ, sed etiam contra experientiam & sensum communem. De origine patet, cum sit de iure gẽtium, & sic requirit subiectum delectæ & idoneæ materiæ, quæ in breui quantitate sit solida & congrui valoris: alioquin non posset deseruire vsibus commerciorum, nec eundem vsum & valorem & functionem diutius retinere vbique locorum. De definitione patet per l.1. de contrahen. emptio. vbi licèt gratia commodioris & breuioris vsus superuenerit signum, vt onere probandæ qualitatis, & ponderandę quantitatis materiæ defungeremur, vt supr. num.694. tamen non est sublata vetus substantia & materia, nec eius definitio requisita: quãquam propter fidem publici characteris magis deinceps præbeat vsum & functionem ex quantitate impositititia, quàm ex substantia.

† Sensus etiam communis ostendit, ne 799
cessariam esse aliquam materiæ bonitatẽ 102
intrinsecam correspondentem, alioquin non posset esse vsui vbique locorum, cõtra l. ideò de eo quod cert. loco. Imò nullibi nulloq; modo fungi posset munere pecuniç publicç, licèt posset esse notula seu tessera priuata, cuius non posset esse vsus, nisi inter paucos priuatos, vt in certo collegio, quò tesseram afferendo daretur diurnum vel mẽstruum demensum collegij, vel certa quantitas pecuniæ publicæ.

Et qui aliter imaginãtur, nihil aliud, quam inane somnium, & ludicram ideam fingunt,

fingunt, nihil ineptius in Repub. politica, vbi non de somnijs, nec de vmbris qui dem rerum, sed de rebus ipsis agitur. Et
103 † sic delirat Guido Papa decisio. Delphinat. 493. dicens, tempore captiuitatis Regis Ioannis factam fuisse & cucurrisse in hoc regno monetam coriaceam : quæ est puerilis fabella, anilibus deliramentis similis, imò verum deliramentum: videre enim & discutere volui plura regesta præfectorum monetalium illius temporis, & inueni, quòd tunc veniebat & cudebatur in regno multo melior moneta, quam nunc fiat: cudebantur enim aurei pecude villosa signati. Galli vocant, *Moutons à la grand' laine*, quos Budæ. lib. 3. Assis dicit nulli aurei bonitate secũdos esse, sed primam auri notam obtinere, quorum inuentum videtur Budæ. libr. 5. eidem Regi Ioanni attribuere : sed ex regestis monetalibus comperi, etiam tempore Philippi Pulchri & successorum fabricatos fuisse.

Cæterùm moneta argentea & promiscua, quæ tempore dicti regis Ioannis cudebatur, erat duplo melior in bonitate intrinseca, pecunia nunc currente. Sũt qui coriaceam illam pecuniam etiamnum ariolẽtur in vsu fuisse tempore expeditionis & captiuitatis Lodoici noui in Aphrica. sed simile delirium est, & nihil in monumentis publicis aut alio fideli testimonio indè reperitur. Non ignoro quid nullo authore dicat Alexã. Alexandrius Genia. dier. lib. 4. c. 15. de numis ex corijs boum. & Scorteis assibus Numæ. quod tam fabulosum est, quàm ἀλήθινον.

800 † Prima vero sententia esset optima, si
104 seruaretur: sequerentur enim duo magna commoda in vniuersum, Primùm quod commercia vbique & apud omnes sine collybistarum interuentu, & intertrimẽto collybi (quod cambium vocant) exercerentur. esset enim vbique eiusdem potestatis prout iure communi cauetur, & esse deberet. l. ideò de eo quod cert. loc. l. fin. de veter. num. potesta. lib. 11. C. Secundum, quoniam omnibus sublata esset materia falsam & adulterinam monetam fabricandi, vtpote cùm nulla inde speraretur vtilitas, sed merum damnum, cum pecunia formata non plus valeret, quam in materia, & genus humanum defungeretur teterrimo illo nimisque frequenti & propè incurabili morbo fabricandæ falsæ monetæ.

Addo tertiam particularem vtilitatẽ prouinciarum in quibus nullæ sunt aut defecerunt auri & argenti fodinæ, vt in toto hoc regno, vbi necesse est argentum & aurum aliũdè aduehi, & mercibus & fructibus, qui in regno crescunt, comparari. † Si enim seruaretur prima sententia, 105
regnum istud æquè abundaret auro & argento, vt prouinciæ in quibus nascitur imo superabundaret, & tandem tanto maiorem vim auri & argenti haberet, quanto prouinciæ exteræ magis indigent mercibus & fructibus nostris, eisque lõgè minus, quàm suo auro & argento carere possunt : & tamen istud regnum ditissimum factum, non minus mercibus & diuitijs naturalibus deinceps, abundaret & superflueret, quàm cùm auro & argento vacuum & debilitatum est.

Contrà vero minuendo bonitatem intrinsecam pecuniæ, & quanto indicatura excedit materiam, siue quanto plus valet in forma, quam in massa, fit, vt tanto viliori pecunia regnum istud abundet, & sic, vt tanto depauperetur minusque potens fiat in auro & argento, quæ tamen iactant esse neruos belli & Reipub. Quãto enim indicatura superualet materiæ, tanto minus auri & argenti exteri afferunt, & tanto plus mercium & rerum nostrarũ minore precio sumptuve euehũt: & in summa tanto deterius & damnosius pro regno, tãto melius & vtilius pro exteris agitur.

Viderint ergo omnes quid agant prin- 801
cipes nostri, dum subindè pecuniam dilutiorem & leuiorem cudunt : sic enim cõtra semetipsos & vires regni sui, quas atterunt, molliuntur. Viderint consultores seu potius deceptores, quos meritò sic notat text. in d. c. quando, nec iuat cau-

sari lucrum, quod interim hac arte præpostera calliditate facit Princeps super singulis auri & argenti libris, vt sup. nu. 789. dictum est de rege Philippo Pulchro (vt enim nil dicam de sordibus & nequitia, & quàm malè damno & dedecore dicti regis & suorum cesserit, de cladibus hinc regno & populo illatis) simile est ac si imperitus aut infidus vinitor vineam aliquot annis immodico vini prouentu exhauriat, & mox effœtam & sterilē red-
106 dat. Populo enim diuite & florente fortis & potens est Rex, quòd maximè omnium de Rege Galliæ verum & notissimum est.

Contrà populi viribus accisis, necesse est quencunq; verum Regem tanto debiliorem fieri: idq; omninò in hoc regno, vbi notum est veras diuitias, verum subsidium Regis, esse diuitias & marsupium populi. Quorsum enim abierunt, quid profuerunt, quæ Philippus Pulcher corrasit & eruscauit à populo, dum Flandrenses seruituti subijcere molitur, & quæ Carolus Quintus congesta reliquit, mox & eo mortuo dux Andegauensis depeculatus est? Ad nihil enim profuerunt, nisi vt nouis expilationibus populi magno & regum & regni periculo opus fuerit.

802 Ex his patet quàm cæcutiant & fallantur, qui nihil referre putant debilem aut
107 fortem intrinsecus esse pecuniam, modò valor impositiitius publicè currat. Vt .n. pulchrè inquit Bald. in d. c. quanto. in fin. auctoritas characteris & imposititi valoris non est omnibus communis, sed illis tantum, qui sunt sub eo imperio & parere tenentur: non autem ligat exteros, qui non tenentur recipere monetam, nisi secundum qualitatem materiæ, quæ sola communis est omnibus.

Eisdem rationibus patet longè falli, qui putant nemini nocere, sed omnibus etiam Reipu. huius regni prodesse valorem extrinsecum augere pecuniæ aureæ vel argenteæ, eadem stante probitate materiæ.

Sed adhuc grauius falluntur, qui idem putant, etiam si non omnes pecuniæ proportionabiliter augētur, sed altera tantùm species putà aurea, vel huius species specialissima, puta solares aurei etiam sequendo vulgarem illam adusq; commu nem sententiam, quòd obligatus ad certam speciem monetę non possit augmentum citra creditoris morā superueniens deducere: tum enim fit aperta iniuria pauperibus debitoribus, qui tunc non habent de illa specie particulariter aucta, & sic maiori sumptu vel precio redimenda est, vt dixi sup. num. 709.

Sed tenendo & veram nostram sententiam, quòd illud augmentum deduci possit, vt suprà quæst. 92. cum sequen. tunc siue certa species monetæ, siue omnes augeantur, clarum est quòd nulla fit iniuria debitoribus vel non habentibus, & multò minus singulis habentibus, sed magis abundare incipiunt. Verùm ego dico, quòd istud non est nisi ad id quod adest & præsens est brutorum more aspicere, & adhuc non in totū, sed in parte, vbi multiplex fallacia & captio latet.

Ad quam detegendam aspiciamus propius, quidnam sit illud augmentum, & cu- 803
ius effectus: & omisso quòd augmentum 108
indicaturæ supra valorem materiæ quædam fixio est. Aut illud augmentum fit de omnibus monetis proportionabiliter, & nemini singulorum quidem eiusdem loci municipium de se prodest, nec nocet: quia eadem via omnium, rerum precia illic pariter prorata necessariò augētur. l. 2. de vet. nume. potest. libr. 11. C. vt diximus sup. num. 716. cæterum vniuersis seu Reipub. huius vel similis regni nocet, vt mox dicetur.

Aut verò istud augmentum fit de certa specie monetæ tantùm: & tunc quia non propterea rerum precia illinc augeātur, prodest quidem non singulis omnium, sed quibusdam, videlicet habentibus illam speciem monetę tantùm. Atqui commodum istud iniustum est: & respectu eius, cui cōmodat. & eius, contra quem commodat in singulari, & vltra toti huic

Reipub.

Reipub. noxium est. Quod si iniustum respectu eius, cui & contra quem commodat inter singulos, liquet, quia alter nouum & aduentitium lucrum sine causa sentit, idque contra conciuem, qui æquè merebatur commodo affici à Repub. & sine causa damnificaretur: & sic ista est q̃dam inæqualis, temeraria & fortuita distributio commodorum communium.

Quòd autem sit noxium vniuersis, totiq; Reip. huius regni patet ex prædictis: quia in effectu nihil aliud est, quàm aurum & argentum, quo exteri abundant. & ab ijs aduehitur, & sic merces alienas caras facere & augere, nostras vero vilificare & diminuere & sic exterorum commoditatibus huius regni incommodis consulere, idq; quanto magis non vna tantùm, sed plures vel omnes species monetarum extrinsecus augeantur.

Quod autem nonnulli causantur, quandoq; à Rep. esse, certam speciem puta solatorum augeri, propter magnam circumstantiam facti illius temporis, puta ob ingentem quantitatem à regno exportatam, vtq; citius & cumulatius reducantur in regnum, tam stupidum est, vt satis demirari non possim vel cæcitatem vel sophisticam nimis audacem. Non enim exteri propter augmentum istud aureorum citius aut plus aureorum afferēt, sed minus: & contrà plus mercium nostrarum exportabunt, quanto maior erit aureorum indicatura: neque enim aurum gratis afferunt, sed prout mercibus nostratibus egent, nec aliter habent nobiscum commercium. Ex eo autem, quod aurum carius est, non magis indigent mercibus nostris, sed illis tanto minoris æstimant, & tanto plures vilius euehunt, & tanto minus auri afferunt & relinquunt.

404 Restat vulgarium nostrorum mercatorum confutanda causatio, ex eo enim vul-
109 gus imperitum mercatorum censet è Repu. esse, aureorum indicatura augeri. sic enim fiet (inquiunt) vt mercatura currat, floreat, amplificetur. Nec aliud adferunt aut adferre possunt, quippe qui oculos introrsum versos habeant, quæstu proprio omnia metientes: volunt enim dicere, & ita singuli cogitant futurum, & mox aureis extrinsecus auctis profundantur à possessoribus: & dum in magno valore, sunt, multas pluresq; solito merces emāt: ipsi quoq; mercatores ex aureis, quos & cumulatius seu frequentius numero, maiorique valore consequenter, rursus hinc plures diuidendas merces licitari possint, & sic dupliciter lucrentur.

Sed primò istud lucrum non respicit totam Rempub. sed particulare tantùm quorundam mercatorum commodum, & sic non est ad rhombum, nec facit ad qu. Secundò, adhuc istud lucrum temporarium est, & cùm mox deferbuerit, diutius flaccesset & iacebit, quàm semel efferbuerit. Et accepi præpotentem quendam fuisse in hoc regno, qui vt in centum millibus solatorum, quę in arca habebat, superlucraretur viginti quinque millia librarum, suasit, & effecit solatorum de quadraginta ad quinq; & quadraginta solidos augeri. Hoc modo sæpè laborat Francia, vt sint qui priuati cōmodi gratia tenebras Regibus offundunt, eos falsis & Reipub. noxijs opinionibus & affectibus dementent.

Et vtinam verum non esset, quod inter 405
alia id genus scribit Budęus in asse, initium & feruorem deteriorationis monetarum à Francis (hoc est, à paucis immeritò ordines ducantibus) procedere. Si enim melioris monetæ lex inconcussa in Francia (cuius permaximè interest) seruaretur, necesse esset finitimos magno Franciæ commodo eundem melioris monetæ tenorem obseruare: quam imminuere non audent, nisi prius Franciæ imminuatur, alioquin illis commercio rerū Franciæ carendum esset, quibus carere non possunt. Et grauiter scripsit Budæ. libr. 3. Assis, quod si tam animosè principes imminutæ monetæ crimina exercerent, melius cum rebus humanis ageretur, & minus fallerent adulteratores.

Hinc liquet quā sanctè prudenterq; ab antiquo sancitū sic apud nos, vt Do. præ- 110
fecti

fecti monetales dũ inaugurantur, & rursus annuatim solenni sacramento iurent, nunquam consultare Regi monetam imminuere, hoc est Remp. non prodere. Regemque decipere, vt in d.c.quanto. quòd etiam multis antiquis constitutionibus persanctè cautum legi, vt à rege Ioanne die vicesima 8. Decembris, anno 1355 qua inter cætera cauetur, vt moneta alba argentea tam proba cudatur, vt è marca argenti non possit confici vltra sex libras Turonenses vel minus: & nominatim additur ratio, ne qua sit occasio monetæ aureæ precium seu cursum augendi.

Non tamen hæc scribo quod exteris inuideam commoda & parabilia rerum nostrarum, quas natura communis parens non nobis solùm, sed omnibus præfert cõmercia: verùm omnibus etiam extraneis ex æquo prodesse laboro, his præsertim, qui Rebuspublic. benè consultum cupiunt, vtq; plenius detecta veritate illis cõsuli queat, fallaciaq; & pleonectica consilia facilius deuitari: imò nullum exterũ puto, qui sit reip. seu rectæ politiæ amans. Cùm autem ea sit hominum miseria, vt prima illa melior sententia obtinere non possit, necesse est consistere in secunda,

806 eamque æqui boni facere.

711 † Dicimus ergo quod postquam nõ potest haberi æqualis, saltem debet esse cõgrua extrinsecæ bonitatis ad intrinsecã proportio, quæ non consistit in indiuiduo, sed in quadam latitudine, fines tamen æquitatis & iustitiæ non excedente qui fines sunt commoda & æqualis & quãtum licet perpetua & stabili omnium legitimorum commerciorum conseruatio & expeditio, & intus & extrà domi forisque. Super quo duo consideranda sunt primùm, ipsius proportionis certa & iusta determinatio: secundum, eius vsus & obseruantia. Primum spectat ad rempublicam, eiusve moderatorẽ, cui relinquo. Secundum ad nos & quæstionem nostrã spectat, in qua concludo pro secunda parte.

Cùm enim ex hypothesi pecunia, in qua offertur solutio, sit proba, tam in materia, quàm in forma, & indicatura publicitus definita & approbata, & sic communiter & effieaciter valeat summã & quantitatem debitam tenetur venditor recipere peccat & punibilis est recusando, tex. in l.1.C.de vet.num.pot.li.11.vbi Bartol.idem Bart.in l.qui falsam C.de fals.& omnes vbique.

Communem sententiam, de intrinseco valore, qui contractus tempore fuit, refutat Molin. consequenter.

† Quòd autem Doctores cõmenti sunt 712
de exigenda bonitate intrinseca, quç erat tempore contractus, error est. ex subiectæ materiæ circumstantijs ab eis malè expẽsis intellectis. Patet, quia fundantur vel in falsis suppositionibus facti, vel in legibus impertinentibus & præcipuè in d.l.cum quid quæ nihil penitus facit.per not.supr.nume.711. Et vltra ea dico, quòd Doctor. omnes adusque malè intelligunt dictam l.cùm quid. dum nimis præfractè precidunt ad eandem bonitatem essentialum, in eodem graduali numero naturalis qualitatis quod non est de mente iuris & nulla lege probatur: sed debet ex temperamento legali nostræ æquitatis intelligi de eadem bonitate proportionali, vt nouè probaui & declaraui supr. d. l.cum quid.in nouis intellect. quò remitto. quia nolo sententiam nostram in hac quæst. contra communem fundare in nouis intellectibus legum, sed in viuis receptis & probatis rationibus suprà pro hac parte adductis, & quæ supr.num.694.& præsertim exemplum illud politicum, supr.nu. 756.est demonstratio efficax.

Cæterùm si qui particulares numi per errorem monetalium, vel opere falsarij vel casu inueniantur minores in pondere vel qualitate, quàm ex publica & obseruata definitione monetæ requiratur isti sunt numi adulterini & reprobi, qui non sunt admittendi, & de his non loquitur quæstio nostra: sed l. & eleganter. §. qui reprobos. de pigno.action. Nos autem

tem

tem loquimur quando habent pondus &
qualitatem materiæ, ex publico compa
cto & communi vsu nunc definitam &
requisitam,& sic sunt veri & legitimi nu
mi,etiam si tempore antiquo ante publi-
cam diminutionem monetæ non fuissent
legitimi: sunt tamen hodie, ergo æquè
possunt nunc solui, sicut tempore anti-
quo poterant solui antiqui legitimi nu-
mi.

807 Tota autem epithasis versatur in hoc,
quòd fatetur creditor debitum nouum
de noua pecunia solui posse,non antiquũ
sed causat antiquum debitum de moneta,
113 quæ † tempore contractus erat legitima,
soluendum duntaxat: non autem de mo-
neta intrinsecus viliori, quæ tunc nõ fu-
isset legitima, nisi supplendo defectum
vel æstimationem deficiẽtis materiæ: isq;
non paucis prima facie non parum vrgẽ-
tibus rationibus.

Primò, quia bonitas materiæ est pars
substantialis,& saltem æquè principalis
monetæ,& sic æquè debita & considerabi
lis in obligatione monetæ. Ergo sicut cre
ditor potest petere suppleri valorem ex-
trinsecum, etiam publico decreto dimi-
nutum,vt sup.q.92.contra communẽ pro
bauimus:ita potest petere suppleri valo-
rem intrinsecum, etiam publico decreto
diminutum: quia solo lapsu tẽporis, vel
facto alieno,non debet fieri conditio ob-
ligationis deterior.

Secundò, quia si moneta post contra-
ctum melior facta sit, putà aucto valore,
potest debitor augmentum deducere, vt
suprà nume. 750. clarè probatum est con-
tra communem. Ergò si deterior factà sit,
putà deterioris materiæ, tenebitur debi-
tor decrementum supplere, & sic eisdem
argumẽtis & rationibus, quibus commu-
nem sententiam circa bonitatem extrin-
secam suprà comprobauimus.

Tertiò, quoniam ex noua pecunia non
posset tantum habere auri vel argenti,
quantum potuisset ex pecunia currente
tempore contractus. ergo sua iustè & ef-
ficaciter interest, non solũ in noua di-
uersa moneta, sed in antiqua, vel supple-
ri bonitatem eius intrinsecam. Igitur l.
Paulus.de sol. Noua enim, tametsi nomi-
ne, charactere, & authoritate eadem sit,
tamen materia diuersa est, saltem diluti-
or, minor & vilior: ergo catenus non po-
test solui loco veteris, creditore inuito,
nisi defectum materiæ supplendo. 114

† Sed his non obstantibus sto in senten
tia. Non obstat primum, quia fateor ma-
teriam publicè requisitam esse de substã-
tia legitimæ monetæ, sed nego æquè prin
cipaliter esse: quoniam licèt forma non
possit subsistere sine materia, eaque ido-
nea: tamen semper principalior est for-
ma, materia verò minus principalis. Vn-
de licèt moneta, vt sit fungibilis, & apud
omnes transeat, prærequirat materiam
ad hoc idoneam, ita vt nec Princeps vel
Senatus possit definire materiam ad hoc
ineptam: quoniam naturalis ratio vel iu-
ris gentium ne senatus quidem authori-
tate commutari potest l.2. in fin. de vsufr.
ea re. quæ vsu consu. vt ridiculi sint, qui
putant ex corio cudi posse: tamen in mo-
neta facta ex idonea & † publicè definita 115
materia forma ipsa, quę est indicatura, &
valor publicè impositus præstat, & est po
tior & principalior essentia monetę, ma-
teriamque trahit, & sibi subijcitur. Et sic
primum obiectum non cõcludit, quia nõ
potest de extrinseco & formali valore ar-
gui ad intrinsecam: sicut de principali ad
minus principale.

Nec ob id variatur obligatio tempo-
re, quia ex quo eadem forma, seu valore
æquipollenti formæ soluitur, idem vel
tantundem dicitur solui, licèt minor vel
diuersa sit materia. adde not. suprà nume.
757.

Ad secundum eodem modo responde-
tur, continet enim fallaciam accidentis,
& sic arguit à diuersis, videlicet ab ex-
trinseca ad intrinsecam, quæ sunt diuer-
sa, nec sese inferunt. Debet autem sic ar-
gui, si moneta esset aucta intrinsecus, pos-
set debitor augmentum deducere, vel ad
æstimationem veteris tantum soluere, vt
decidit Oldrad. quæst. 149. ergo ea dimi-
nuta intrinsecus potest creditor petere

hoc suppleri: sed assumptum est falsum, vt mox clarè probabimus, & sic conuerti debet argumentum pro sententia nostra.

116 . Ad tertium respondetur, quòd illud interesse non est admissibile: est enim idem ac si vino & commeatu interim cariori facto, diceret, non possum de pecunia tantum vini & commeatus emere, sicut poteram tempore contractus, quod est ridiculum. Ita hic, licet nō possit tantā massam auri vel argenti comparare ex pecunia nunc currenti, quantam poterat tempore contractus, hoc non est considerabile, etiamsi dicat, quod pecunia nunc currens non continet tantum auri vel argenti, vrgendo intrinsecam qualitatem: quia simile est ac si diceret, quòd conflando, & materiatum ad materiam reducendo, non recolligeret tantum auri vel argenti, quod etiam non est considerabile: tum quia pecunia non est ad hoc destinata vt confletur, vel vt per materiam æstimetur: vnde de iure non venit appellatione argenti vel auri, vt suprà num. 753. sed tantùm destinata est ad expendēdum & commutandum, non pro quantitate massæ, sed pro quantitate ęstimationis de publico impositæ, quæ est vera forma & & potissima eius essentia: & sic eodem ferè modo omnia obiecta soluuntur.

808 † Sed rursus clarissima demonstratio-
117 ne conclusio probatur, quia diminutio materiæ in noua publica moneta, retento veteri cursu & valore extrinseco, est verum & effectuale augmentum extrinsecum ipsius materiæ. Quanto enim minuitur materia, seruato valore, tanto necessariò augetur valor materiæ. Igitur si creditor velit sibi suppleri defectum materiæ, vt habeat tantùm materiæ, quantum inerāt tempore cōtractus, debet vicissim deducere valoris augmentum, vt nō habeat maiorem summā, quàm habuisset tempore contractus. Et sic res eodem relabitur, idque vel sensus communis, ipsaq; & naturalis & ciuilis iustitia dictat. Et alioquin sequeretur euidens iniquitas, quia creditor respectu eiusdem pecuniæ haberet augmentum, & tamen non pateretur decrementum contra naturam. l. secundū 118 naturam, de reg. iur. imò bis eadem summa exigeretur, contra l. bona fides, de reg. iur. Patet, quia fit reditus decē librarum Turonensiū constitutus ante ducentos annos, à quo tempore pecunia promiscua plus dimidio intrinsecus diminuta est, ita quòd decē libræ monetæ dicti temporis valerent 20. libras vel plus monetæ huius temporis.

Si igitur hodie posset petere sibi solui in antiqua moneta, vel æstimatione antiquæ, quantum valeret nunc non deducto superuento valore haberet in effectu 20. libras, & sic bis summam debitam, quod esset iniquissimum: esset enim idem ac si debitor offerret soluere in aureis solatis, secundùm cursum & valorem huius temporis, quo publico decreto valent 45. solidos, & tamen non vellet eos recipere, nisi pro valore eorundem aureorū, qui currebat tempore contractus, quo non valebat ferè nisi dimidium.

Item si etiam vbi certa species monetę deberetur, deducendum est, superuētum augmentum extrinsecum, vt clarè suprà q. 92. contra communem euicimus: ergò si moneta nō sit extrinsecus aucta, sed publico decreto intrinsecus tātùm diminuta, si velit creditor sibi suppleri decremētum intrinsecum materiæ, debet necessariò deducere augmentum extrinsecū eiusdem materiæ. Item fac reperiri in arca fortè debitoris de solidis, qui currebant ante ducentos annos, certum est per ea, quæ diximus suprà q. 92. cum seq. quòd nō tenetur debitor hodie de illis soluere, nisi deducto superuento valore extrinseco, & sic deducto dimidio: quia ex publico compacto valent duplum solidorum hodie currentium, imò iam non sunt simplices, sed superponderales, & dupli solidi.

Quemadmodū hodie veteres iam sunt plus, quàm sesquiquarti aureorum legitimorum hodie currentium, & sic etiam si pro debito veteri soluātur, tenetur creditor deducere superuentum valorem, siue

siue recipere pro aureo, & quinta aurei parte; vt suprà probauimus, & ita obseruatur. Igitur oblata solutiōe in proba & legitima moneta hodiè currenti, siue solidorum, siue aureorum, non potest creditor petere sibi suppleri defectum materiæ, quæ erat tempore contractus: & si hoc posset, saltem non posset deducendo extrinsecum augmentum, quòd etiam probat exemplum illud supr. numer. 756. Nec audiendus esset creditor, causans mutationem monetæ esse factam ex tam iusta causa, sicut in eo exemplo: quoniam ex quo ita publicè constitutum est, & tanti tutò pecunia expendi potest, sufficit, & parendum est, sicut legi, & communi Reipub. sorti.

Ampliationes, & limitationes sententiæ Molinæi sequuntur, non tam mutationem valoris intrinseci, quàm extrinsecum valorem qui contractus tempore fuit attendendum.

809 119 † Conclusio sic plenissimè firmata ad maiorem declarationem septem modis ampliabitur, deindè limitabitur. Amplio primò, etiam in antiquo reditu fundiario: de reliquis enim reditus pecunia constituti. non dubitatur per notat. suprà q. 90. sed idem etiam in fundiario per prædicta, & multò magis in cæteris pensionibus vel salarijs. Nec est facienda differentia in dispositionem legis & hominis, quicquid (& malè) dicant Doctor. in d. c. quanto. & in Cle. fin. de deci. & vbique post Specul. de obl. g. & solut. §. nunc aliqua in fin. Quod autem dicit Bald. con. pen. & fin. l. 1. in nouis de salario si pecunia erat diminuta non solùm intrinsecus sed etiam extrinsecus benè consuluit, quia non esset integra, sed defectiua summa, nisi suppleretur: si autem erat intrinsecus tantum diminuta (vt sentire videtur) malè consuluit.

120 † Ex his patet optimè consuluisse Ludo. Rōm. consi. 123. & Gemin. in eodem indiuiduo casu, consil. 137. quia pulcher est, & obscurè ab eis tangitur, non grauabor explicare. Ex contractu à Papa homologato monasterium S. Anton. debet dare monasterio Montis maioris tot possessiones, ex quibus summa mille trecentarum librarum Turo. annui reditus percipiatur, & interim, donec tradiderit, debet soluere totidem libras, videlicet mille trecentas annuatim. Tunc autem tempore contractus moneta erat melior, & exinde sensim diminuta fuit intrinsecus de quarta parte, in tantum quòd 15. solidi veteris monetæ valerēt 20. nouos, & 100. libræ numorum antiquorum valerent 133. libras cum triente vnius libræ: & contrà centum libræ in nouis numis non valerent nisi 75. libras de numis antiq. Decidunt Roma. & Gemin. quòd sufficit soluere dictum reditum de moneta noua currente tempore solutionis, ita quòd debitor non tenetur ad æstimationem antiquæ, hoc est, ad æstimationem, quam antiqua successu temporis sortita est supra nouam: & rectè & iuridicè consuluerūt, licèt omnes alij ferè Doctores reprobēt, & malè.

Et aduertendum quòd liber Consiliorum Romani passim mendosus habetur, & præsertim in d. consil. 123. in princi. ibi (licèt in bonitate extrinseca deteriorata) quòd est mendosum, quia loco verbi (extrinseca) legendum est (intrinseca) vt patet ex sequentibus in eodem consilio, vbi disputatio est de deteriorata bonitate intrinseca, quam suppleri contendebat creditor, & clarius ex consilio Gemi. Romanus autem non nisi friuolis & falsis rationibus mouetur, excepta ratione consuetudinis, quæ est facti, nec necessaria. Geminia. autem ex multis vnam tantùm bonam naturalem & concludentem rationem adducit, videlicet quòd illa pensio erat constituta habito respectu ad fructus, & in locum fructuum, qui debent percipi ex possessionibus. Sed licèt moneta fuerit interim intrinsecus diminuta, tamen obligatio fructuum, siue possessionum afferentium fructus tot librarum, non 121

fuit

fuit interim aucta, præsertim cùm debitor non fuerit in mora, propter dictam conuentionem.

Et si ab initio fuissent traditæ possessiones tanti reditus, & posteà fuit intrinsecus diminuta moneta, tamē non propterea fuisset auctum precium fructuum, nec reditus maior factus: & consequenter nō tenetur debitor maiorem summam soluere, nec supplere defectum bonitatis intrinsecæ pecuniæ: sed vera & generalis ratio decisiua est quam sup. dixi. Quòd si quandoque secus fuerit iudicatum, idem dicendum est, quòd de communi hactenus recepto errore, quia veritati à nobis
122 detectæ deinceps cedere debet. c. veritate, 5. distinct. Nec † enim exemplis iudicā dum. l. nemo. C. de sentent. nec tam quod Romæ factū est, quam quod fieri debeat, spectandum est. l. sed licèt. de officio.
810 præsid.

Amplio secundò (quicquid dixerit Bru. tract. de aug. concl. vlti. in 12. amplia-
123 tio,) etiam in dispositione legis, statuti. † vel consuetudinis, vt passim in hoc regno iura dominicalia dominorum directorum, siue chirothecę, siue equi, vel fructus pro tempore vel mutatione vasalli, vel censuatij, debiti, certa summa æstimantur.

Non enim potest dominus directus petere sibi dictas summas hodiè solui in æstimatione intrinsecæ bonitatis monetę, quæ currebat tempore consuetudinis introductæ, vel primo institutæ, & concessionis seu primæ inuestituræ: sed accipere monetam pro tempore, quo soluitur, probam & currentem, non obstante diminutione veteris intrinsecę bonitatis, quę non est in consideratione, ex quo pecunia publicè probata est, & tanquam proba communi decreto & consensu indicatur & elocatur.

Ex quibus patet, quàm sit supinus error eorum, qui putauerunt in antiquis cōcessionibus ad reditum deberi æstimationem dictæ bonitatis intrinsecæ: cùm non debeatur, etiam in concessionibus antiquis feudum vel censum. in quibus retinetur directum dominium, vt nec in censu quidem soluendo possit exigi.

† Amplio tertiò, etiam in summa se- 124
mel soluenda, quanquam semel ab initio tota debita: tamen idem est per prædicta, quia eadem summa est tanta, quanta debetur, & quanta ab initio debita fuit: licèt materia monetæ intrinsecus minuta fuerit, ex quo communi decreto & vsu summam seu quantitatem debitam implet.

Amplia quartò, etiam si sit debitum contractum, datione pecuniæ, quicquid Doctor. in tract. augm. & monetarum, & in d.l. cùm quid, & alibi. 125

† Amplio quinto, etiam si debeatur ex mutuo: quòd limito, vt procedat si pecunia fuit expensa pro valore antiquo: secùs si debitor tam diu seruauerit in arca, non vtendo, quòd secuta deterioratione intrinseca nouarum monetarū, nummi mutuo recepti maioris valoris proportionabiliter facti sunt, ita quod debitor posteà vsus fuit, vel vti potuit in maiori valore extrinseco: quia tunc ex quo non ex industria, sed immediatè ex ipsis nummis mutuo acceptis tantam vtilitatem consecutus est, æquum est, vt reddat in eodem valore, in quo recepit per ea, quæ simili æquitate diximus sup. q. 62. num. 70.

† Amplio sextò, non solùm quando de- 811
betur quātitas in genere, sed etiam si cer- 126
ta species monetę debeatur, putà centum grossi, vel centum aurei. Quāquam enim diminuta fuerit materia, tamen ex quo publico decreto, vel communi approbatione factum est: nihilominus noui grossi & aurei sunt proba & legitima moneta, nec ob diminutionem materiæ cēsentur diminuti, sed in eodem statu cōseruati: quia tanti materia ipsa extrinsecus publicè aucta est, & tantidem veteres aurei extrinsecus communiter aucti: augmentum extrinsecum deducendum esset, si de antiquis solueretur, per not. supr. quæst. 93. Igitur soluendo de nouis & probis eiusdem valoris, nihil est deducēdum nec supplendum.

† Amplio septimò, etiam si nō debetur 127

nisi

nisi causatiuè, vel etiam in facultate, vt quando prædium venit sub facultate redimendi, & post multos annos redimitur, cùm interim pecuniæ intrinsecus deterioratę sint: quia redimens non tenetur supplere bonitatem intrinsecam, quæ erat tempore contractus, alioquin deducendum esset augmentum intrinsecum eiusdem materiæ eodem modo superuentum. Et sic (quamuis Anto. Rub. cons. 147. contrarium consuluerit, & malè) sufficit eandem summã eiusdem valoris seu quãtitatis in proba & legitima moneta, tempore redemptionis inspecto, restituere, siue redemptio facienda sit de quantitate librarum, putà mille vel bis mille in genere, siue de certa specie monetæ, putà mille sollatorum: ita tamen, vt in eadem vel simili specie fiat redemptio, iuxta nota. sup. quæst. 91.

128 † Amplio octauò, vt idem sit in casu cõuerso, videlicet si postea facta fuerit moneta melioris & purioris materiæ, eodẽ tamen valore extrinseco retento nec aucto: quia debitor soluens de noua & fortiori moneta, non poterit deducere æstimationem intrinsecæ bonitatis additæ, quicquid scripserit Oldra. consilio 149. & Bru. de augmento, ampliatiõe 18. Et ratio manifesta est, quia licèt pecunia sit intrinsecus melio & iustior, tamen non pluris constitit debitori, nec accepit pro maiori, sed pro eodem imposititio & currẽti valore: & augmentum illud intrinsecum, seu melioratio materiæ, non processit de bonis debitoris, sed reipub. quæ cõmunis parens est, & omnibus vult perspicere. Præterea ad quid debitor deduceret, cùm æstimatio materię tanto vilior facta sit, & sic augmentatio materię decremento valoris eiusdem materiæ compensatur?

Sta

129 † Aduertendum tamen, quòd aut melioratio materiæ fit paulatim & sensim, manente veteri moneta in eadem cursu & valore: & tunc non opus est interim alia prouisione, nec licèt priuatis monetã publicam, hoc est publicè approbatã separare, & meliorem radere, aut conflare, sub pœno falsi. l. quicunque. ad l. Cornel. de fal. & plenius cautum est constitut. regijs tam antiquis, quam nouis. vt suprà, numer. 765. Aut verò ista melioratio fit in notabili quantitatte, ita quòd priores nummi necessariò statim cadũt à bonitate extrinseca, & vilioris precij efficiuntur: tũc debet princeps aut respublica bonam monetam aut decrementum reddere habentibus numos, facto Principis vel Reipublicæ deterioratos, & eos indemnes reddere, vt suprà, num. 794. vtque in simili iustè factum est Romæ in dicto exemplo suprà, num. 756. Et ita credendum est fecisse Philippum Pulchrum, anno 1308. quando monetam argenteam, quam ante aliquot annos intrinsecus bes'ediminuerat, ad veteris probitatis, modum restitui & recudi iussit: alioquin non potuisset illam constitutionem edere, quam in dicto cõsi. 39. refert Oldr. vt etiam hi, qui tempore debilis monetæ contraxerant, tenerentur soluere bonam monetam: præsertim cum ea mutatio, & deterioratæ reprobatio magna fuerit, vtpote de triẽte ad bessem, & derepente facta. Et sic multum delyrat. Bru. vt suprà, dicendo quod debet haberi ratio quanti plurimi noui superualent antiquis: hoc enim esse eludere meliorationem monetæ, & publicam ordinationem, & retinere monetam in veteri vtilitate.

Amplio nonò, non obstante pacto, prout statim dicetur, quia hoc discussione propria indiget.

† Conclusio sic ampliata limitatur. Primò, vt procedat dummodo offeratur solutio in pecunia, quæ sit proba & legitima in loco vbi debetur & fieri debet solutio: secùs si solutio debetur extra regnum, vbi diminutio intrinseca postea hic secuta non approbatur nec toleratur: tunc enim pecunia non esset proba & legitima in loco, in quo deberetur, prout esse debet. Non tamen debetur tunc præcisè supplemẽtum materiæ: sed debetur moneta proba & legitima currens in loco solutionis, quemadmodum in dubio fieri debet solutio ad mensuram loci vbi 130

 de-

debetur, etiam si diuersa esset mensura in loco contractus, dummodo contrahentes mensuram loci scirent, & res non essent de loco contractus ad locum soluti. onis deferenda, sed in loco solutionis accipienda vt alibi plenius dixi.

Secundò limitatur, vt non procedat, si tempore solutionis immineret de præsenti probabiliter periculum reprobationis cursus monetæ intrinsecus diminutæ, & dubium esset & incertum de satisfactiõe facienda à Principe, quòd non potest esse sine misera labe vel suspicione tyrannidis. Sed hoc casu iam ea pecunia, vtpote fide publica & communi destituta, nõ retinet amplius plenam authoritatem, nec vim nec nomen pecuniæ publicæ & pro-

813 bæ.

131 † Nunc vnum tantum ἀναλυτικῶς discutiendum restat, videlicet si pactum sit solutionem fieri ad rationem certæ bonitatis intrinsecæ pecuniȩ mutuatæ, vel aliàs debitæ vel debendæ: & videretur nullam esse quæstionem, sed conclusionem omnino hoc casu limitimandam.

Primò ex regula generali pactorũ seruandorũ. l. 1. de pact. l. 1. de const. pecunia.

Secundò, quia siue in mutuo, sicut potest mutuari pecunia ad numerum tanquam moneta, respectu valoris extrinseci, vt in dubio fieri censetur, vt supr. q. 92. ita non videtur dubium, quin possit mutuari ad põdus, tanquam massa, respectu solius bonitatis intrinsecæ, quum etiam, inquantum massa, sit res fungibilis & cadens in contractum mutui. Igitur valebit pactum de reddendo pecuniam mutuatitiam in eadem bonitate intrinseca, in tantum quòd tempore solutionis non poterit deduci augmentum extrinsecum monetæ, si quod superuenerit. Nec erit vsura, quia illud pactum operatur, quod censetur mutuata non vt moneta, sed vt massa, & etiam debitor non supplebit decrementum extrinsecum, sed solùm reddet in eadem bonitate naturali, vt in l. cum quid. si cert. pet. Rursus siue in venditiõe quis dubitat quin possit domus vendi pro mille aureis certæ conuentæ probitatis, quemadmodum pro certa massa auri vel argenti permutari? Igitur in omni contractu & dispositione.

Tertiò, valet omnino pactum de certa bonitate extrinseca, putà si quis vendat pro mille aureis ad rationem quadraginta vel quinquaginta solidorum, pro quolibet aureo: igitur æquè valet de certa bonitate intrinseca, quia non est magis de substantia monetæ quam extrinseca, vt latè probatum est.

Quartò, quia sic omnes Docto. vbique sentiũt, & nominatim Purpura in d. l. cũ quid. nu. 16. pro indubitato habet. Quintò, quia hæc est communis sententia non solùm scholæ, sed etiam fori: ita enim iudicatum in pulchro casu, in quo scripsi & obtinui. Placet paucis explicare speciem facti. Anno 1453. inter cohæredes cõuenit, quòd alter cederet portionem, suam multorum immobilium alteri, mediante reditu annuo perpetuo, nec redimibili, triginta librarum, decem solidorum Turonensiũ, ad valorem monetæ tunc currentis, quæ erat Gallicè, *de cinq deniers d'aloy, & six solz huict deniers de taille*, id est, habebat quinq; denarios, seu quincuncem puritatis argenti regij, & octoginta numos, vulgo duodenos, ex marca seu libra argenti, quæ tunc septem libris & decem solidis Turonensibus tantùm vænibat. Actum etiam erat de soluendo certo die & loco, sub pœna decem solidorum Turonensium, ad rationem prædicti valoris, pro qualibet hebdomada, qua differretur solutio, sine diminutione reditus, bonis omnibus totius hæreditatis nominatim & generaliter hypothecatis: & de his transactiones factæ in hoc senatu simpliciter homologatę ad instantiam partium. Postea creditor vel eius legatarius agit cõtra hæredem debitoris & possessorem bonorum hypothecatorum personali & hypothecaria ad reliqua, & continuationẽ reditus cum pœnis, & obtinuit coram præfectis libellorum supplicum palatij, reus appellauit: & licèt nec causas grauaminum dedisset, nec aliquid produxisset, tamen aresto supremi huius Senatus. die 14. Mar-

14. Martij anno sesquimillesimo tricesimo tertio, sententia fuit annulata, & per idem iudicium idem omnino vt prius iudicatum, exceptis pœnis, de quibus nihil dictum. Et valdè notandum est & memorabile illud arestum contra huiusmodi pœnas, sed etiam illa pœna non erat momentanea, sed successiua, quæ longè turpior est & odiosior, vt diximus sup. quæst.
814 25. num. 137.
131 † Nunc in contrarium non valere prædictum pactum arguitur primò, quia sicut vsus monetæ, ita definitio probitatis illius, est iuris publici: igitur pactionibus priuatorum mutari non potest l. ius publicum. de pact. Igitur sufficit debitam pecuniam soluere secũdum vsum & probitatem publicè definitam tempore solutionis.

Secundò in specie, quòd non liceat pecuniam publicam maiori vel minori precio dare vel accipere, quàm sit publica indicatura. text. est in l. 1. C. de veter. numism. potestat. lib. 11. Igitur non potest fieri pactum in contrarium, sed non obstãte pacto debet recipi secundum æstimationem publicam.

Tertiò non potest pecunia publicè signata promitti, vel dispositionem deduci, tanquam massa, sed solùm tanquam pecunia: nec potest à priuatis quantumcunque dominis conflari, vel in alium vsum conuerti, corrumpendo substantiam & destinationem monetæ publicæ, vt regijs constitutionibus ab antiquo cautum est, vt suprà dixi nume. 765. Igitur nullo modo posset sustineri pactũ de diuersa probitate monetæ à publica nunc currente, siue pecunia consideretur vt moneta, vt in præcedentibus argumẽtis, siue vt massa, vt hic.

Quartò propter captionem: habet enim pactum illud speciem quandam aleæ, quę ad nihil est opportuna, nisi ad inopinatas supergressiones alterutrarum partium: & sic magis expedit è Republica explodi, quàm admitti, vt suprà numer. 470.

Quintò, quia quantumcunq; in legato vel promissione certa auri vel argenti massa deducta sit, tamen de iure nemo præcisè obligatur ad massam ipsam, quin etiam nec ad pecuniam eiusdem materiæ & bonitatis conuentæ: sed liberatur dando æstimationem in qualibet proba moneta vsuali & ærea, per textum in l. 1. in fine, l. cùm certum. l. cùm aurum. §. proinde. de auro & argent. lega: l. si quis argentum. in prin. C. de don. Si igitur certa auri vel argenti massa non potest deduci in obligationẽ præcisam, multo minus certa qualitas, seu potius intensa quantitas, præsertim in moneta publica, q̃ nõ videtur in commercio priuatorum, nisi quantum ad indicaturam seu valorem extrinsecum publicè definitum.

Sed hic aduertendum ad duo: primò, 815
quòd ea iura non sũnt præfractè in vniuersum accipiẽda, quasi nõ possit quis obligari præcisè ad certam massam, nec enim dubium est, quin nõ solum in specie de certo corpore, putà cõmodato vel deposito, vel quando certum corpus venditum vel legatum est obligari, quis possit vt in l. quid tamen. de contrah. emp. l si cũ aurum. de verbo. obliga. sed etiam in genere, putà ex mutuo auri vel argenti in massa & pondus facto. Sed ea iura intelliguntur, quando certæ quantitatis massa in genere simpliciter debetur: quo casu in auro & argento non censetur in dubio præcise actum, tum ob maiorem raritatẽ & difficultatem commerciorum preciosi metalli, tum odio luxus, sed vt sufficiat soluere æstimationem. Sic & hodiè quando legatur, vel vice mulctę imponitur libra vel marca auri vel argenti, non de ipsa substantia, sed de æstimatione intelligitur.

Secundò, aduertendum quòd istud quintum & vltimum argumentum facit pro prima parte: quia in hac quæstione non agitur, quòd debitor præcisè comparet & numeret monetam conuentæ probitatis, sed quòd soluat de pecunia proba currenti ad æstimationem conuentæ probitatis, hoc est, tantam summam, quantam solutionis tempore valeret

leret pecunia certę probitatis conuenrę, ad quam facta est relatio ad designandam quantitatem summæ soluendæ:& sic non minus videtur dubitādum, quàm de quacunque obligatione relata ad aliud. l. hęc venditio. §. huiusmodi. de contrah. emp. l. vbi autem. §. illud de verb. oblig.

Eodem modo respondetur ad tria prima secundæ partis, quia propriè illa certa conuenta probitas monetæ non deducitur hic in dispositionem, nec in obligationem, sed ad simplicem liquidationem & demonstrationem dispositionis. Non enim agitur, vt teneatur debitor fabricare vel soluere monetam, ad quam fit relatio: nec quòd teneatur quamcunque monetam soluere maiori vel minori, quàm suo, publicè pro tempore definito precio: sed quòd tantam omninò summam teneatur soluere, quantam moneta, ad quam fit relatio, tempore solutionis conficeret.

816 Et sic omnia argumenta secundę partis diluta sunt: excepto argumento quarto, de captione, ad quam facilè responderi videtur, quòd neuter læditur, ex quo pactio ęquè se habet ad incertum lucri & damni, respectu vtriusque partis. l. si ea pactio. l. si ea l. C. de vsur. sed certè hęc est potius euasio, quàm solutio, vt sup. num. 470. quæ adhuc non quadrat hic, vbi notum est periculum non esse vtrinque æquale: quia longè procliuius & maius periculū est deteriorationis intrinsecæ monetæ & augmenti extrinseci, quam meliorationis intrinsecæ & decrementi extrinseci.

Et per illud pactum non æquè cauetur vel nocetur vtrinque, sed vt plurimum melior sit creditoris conditio, debitoris verò deterior, vt docet communis experiētia, vt insigniter apparuit in dicto exemplo: quia in executione dicti aresti, cō sulti à senatu præfecti monetales responderunt dictum reditum triginta librarū, decem solidorum Turonensium ad rationem probitatis intrinsecæ monetæ currentis tempore contractus, valuisse quinquaginta libras 16. solidos. 8. denarios Turonenses, quolibet anno, de moneta, quæ excusa fuit & in vsu, à decima quarta die Martij, anno sesquimillesimo vicesimo secundo, vsque ad tempus eorum relationis factæ die 16. Februarij. anno 153?. cuius exemplar habeo: & sic iam augmentū intrinsecum notabiliter excedebat proportionem sesquialteram, & non multum aberat à duplo, cui nunc magis accedit, & tandem duplum excedere poterit.

† Prætereà etiam si periculum esset æquale, non sunt promiscuè contractus aleatorij tolerandi prætextu dictæ vulgatæ & parum digestæ sententiæ de paritate dubij lucri vel damni. Vnde quandoq; in hoc senatu, cùm gemma, annulus, vel equus caro venisset ad soluendum in nuptijs, morte, vel sacerdotio emptoris, die extante facta est condemnationis non ad conuentum, sed commune & iustum precium tantùm. Similiter & cùm alius emisset ad soluendum quando masculum filium haberet, & defecta conditione decessisset, nihilominus hæres ad iustam ęstimationem condemnatus. idque summa æquitate, rescissa aleatoria captione. Et consequenter etiam si nato emptori filio conditio extitisset, non potuisset vltra iustum precium condemnari, quin etiam non expectata conditione, sed ea reiecta post congruam dilationem peti potuisset: quia ex quo ea captatio spernitur ab vna parte, debet etiam ab altera & in totum sperni, per legem fin. de acceptila. l. cùm emptor. de rescin. venditio. Cæterùm ad allegata pro parte prima facilis est responsio. 833

Non obstat primum quia non intelligitur de pactis iniustis vel captiosis. l. illicitas. in princip. de offic. præsid. l. iuris gentium. §. pacta seruabo. de pact. Eodem modo secundum non debet intelligi, vt recidat in captionem vel supergressionē alterius.

Tertium autem continet fallaciam accidentis, quia pactum de certa bonitate extrinseca ab initio certam & inuariabilem summam continet: pactum verò de certa

certa bonitate intrinseca facit obligationem summæ resultantis incertam & captiosam: & propter hanc accidentis differentiam non potest in proposito de vno ad aliud inferri. Ad reliqua respondet veritas detecta, nec vllo modo obstat dictum arrestum, quod nihil de hoc articulo decidit, vtpotè cum reus nunquam abiecerit, nec fuerit de hoc cognitum nec consequenter iudicatum. Tum non quæritur quid semel certo casu iudicatum sit, sed quæ sit veritas & æquitas.

817 Concludendo dico, quòd si ea pactio non sit fundata, nisi in mera voluntate captatoria & aleatoria, meritò sperni poterit: sed in iusta ratione compensationis, vel probabili causa, seruanda est: vnde si in mutuo apposita sit, spernendam puto. Aut enim (vt fit) sensim deteriorata fuit moneta intrinseca tantùm, & nunc aut de recenti ita, quod prioris melioris & solitæ monetæ valor extrinsecus nondum auctus fuit: & tunc valet pactum, imò etiam sine pacto tenetur debitor æquè bonos aureos reddere, si creditor aliter haberet damnum.

Aut verò iam prioris fortioris monetæ precium extrinsecum auctum est, ita quod non potest debitor reddere eundem numerum in priori moneta sine damno & sumptu suo, & maiorem summam reddendo, quàm receperit, & in vsus suos conuerterit, & non valet pactum: sed hoc casu esset etiam vsurarium, quia veteres aurei non potuerunt mutuari, vt massa, sed vt moneta: & sic respectu summæ tunc resultantis, vt suprà quæst. 92. dummodò tamen augmentum esset efficax & stabile: secùs si incertum & lubricum, vt ibi dixi, & quæst. 93.

Contrà, si fuisset moneta intrinsecus tantùm aucta, tunc quanquam possit soluere de priori moneta, si fortè non sit extrinsecus diminuta, nec (quod vix vnquam accidere potest) immineat periculum promptæ diminutionis: tamen soluendo de noua & meliori, non poterit deducere æstimationem augmenti intrinseci, siue vetus moneta fuerit extrinsecus diminuta, siue non. Et ratio est duplex, prima, quia non redderet tantam summam, quantam recepit & in vsus suos conuertit, vel conuertere potuit. Secunda, quia sicut non tenetur supplere verum & efficax decrementum intrinsecum, vt diximus: ita nō potest deducere augmentum intrinsecum, per locum ab eadem contrariorum disciplina. Non obstat, si dicatur non esse hic eandem rationem contrariorum: quia huiusmodi pactum ex parte creditoris, cadit in vsuram, sed non ex parte debitoris, inquātum illi prodest.

Et quòd licet sit nullum ex parte creditoris, non tamen annullaretur, inquantum commodat debitori: quia hoc procederet in diuersis pactis separatim factis. Sed cùm non sit nisi vnum pactum reciprocum, & sic indiuiduum, si non ligat debitorem casu, quo inde grauaretur vltrà sortem, non poterit etiam ligare creditorem casu quo damnificaretur in sorte: sed si ex vna parte soluitur, igitur & ex alia, l. si. de acceptilat. cùm vulga. In venditione verò, permutatione & similib. facilius potest hæc pactio admitti.

Circa præfatum verò exemplum, suprà num. 813. plenioris doctrinæ causa in similib. tria consideranda sunt. Primò, quòd 818 pactum illud de dicta probitate monetæ potuit addi iusto metu mutationis & nundinationis monetarum adhuc tempore contractus, ob recentem Anglorum expulsionem perseuerante: præsertim in loco contractus & domicilio contrahentium, videlicet in Aquitania, vbi aliquot sæculis Angli dominati sunt, & paulò antequā eijcerentur inter cæteras Reipubl. & politiæ determinationes solebant etiam quolibet mense: imò etiam quandoque bis in mense monetam mutare, vt supr. num. 719. ita vt nulla esset fides, nulla stabilitas, neç intrinsecæ, nec extrinsecæ bonitatis: & sæpè fiebat, vt qui hodie reciperet centum libras in moneta currente, postridie ob inopinatam reprobationem non haberet quinquaginta. Et sic qui volebant tutò cōtrahere, sibi cauebant de certa intrinseca probitate monetæ in qualitate & ponde-

re, sicut olim antequam pecunia signaretur, vt suprà num.710. Si igitur in dicto casu vel simili sic pepegerunt ob eam causam, quæ nunc cessat, cùm certa sit, quòd permanens definitio, æstimatio, & cursus monetæ, cessare deberet istud pactum tanquam causa finali cessante.

Secundò considerandum, quòd si tempore contractus non amplius imminebat ea misera cauponatio & abrogatio monetarum, potuit ea pactio fieri ex alia iustiore & honestiore causa, videlicet in aliquam compensationem maioris inæqualitatis ex parte stipulantium, putà si tempore contractus portio illa hæreditaria, & prædia ab eis cessa superualebant triplo vel quadruplo reditus conuenti. Ideo in quandam compensationem adiectum fuit, quod reditus perpetuò solueretur ad valorem æstimationis, etiam intrinsecæ, & in contractu definitæ monetæ tunc currentis, & stàdum erit pacto, etiam hodie & deinceps, etiam si extrinsecus valor monetæ magis ac deinceps augeatur, prout etiam obseruatum & iudicatum fuit in executione dicti arresti: licet hæc nô discuterentur, sed simpliciter reo nil excipiente, iuxtà formam contractus, exceptis dictis pœnis iudicaretur.

Tertiò considerandum, quòd prædictis tempore contractus cessantibus, etsi tunc non erat notabilis inæqualitas, ex parte stipulantis talem reditum perpetuum nô redimilem, qui erat circiter æqualis non reditibus integris prædiorum: sed tali perpetuæ concessioni ad tantùm oneris factæ, putà si reditus non erat leuior, quàm ad rationem vnius in triginta, vel 35. per not. supr. quæst. 5. num. 116. & tamen superaddita fuit pactio de certa probitate monetæ, tunc ea pactio recipere debet interpretationem iuris communis & æquitatis, videlicet vt non de immenso, sed de modico excessu vel defectu intelligatur, argum. l. hæc adiectio, de verbor. signific. Nec enim verisimile est actum vel cogitatum de magno excessu vel defectu in supergressionem nimiam alterutrius partium & si verisimile esset, meritò spernendum esset, per d. l. illicitas, in princi. & ex quæ diximus de captatorijs & aleatorijs conuentionibus.

Quid autem si modicum & tolerabile in vtroque extremo iudex arbitrabitur? Et puto quòd non debet saltem dimidiam excedere. Vnde in casum deteriorationis monetæ & augmenti extrinseci efficacis, pro ut accidit, non deberet ea æstimatio augmenti inde accedentis, & lucrum istud ad uentitium, excedere proportionem sesqui alteram: & sic non deberet debitor ad summum soluere vltra quadraginta quinque libras, & quindecim solidos monetæ probæ currentis tempore solutionis, loco triginta librarum cum dimidia veteris monetæ. 819

Et contrà, † si (quod miraculum esset) moneta intrinsecus excessiuè augeretur, non aucto valore extrinseco, putà si cuderetur noua moneta ad puritatis assem, videlicet ad duodecim denarios argenti regij, & sic plus duplo melior esset, eaque tempore contractus currebat, licèt non esset maioris æstimationis in vsu & cursu, non tamen deberet diminui reditus pro tempore tam fortis monetæ vltra dimidium pensionis: & sic ad minimum deberent solui quindecim libræ Turonenses cum dimidia, soluendo de noua moneta, licet vnus solidus valeret tunc (sed intrinsecus tantùm) vltrà duos solidos ex his, qui currebant tempore contractus. Alioquin creditor nimiũ fraudaretur: quia sola intrinseca augmentatio vel diminutio monetæ, stabili stante valore extrinseco, non auget nec minuit precium rerũ nec fructus prædiorum, nec ipsius quidem materiæ commoditatem & vsum, vt patet in exemplo, in quo Roman. & Gemi. consuluerunt, suprà num. 809. nec exactius aut æquius discuti temperatiuè potest. 134

Ex prædictis promptum est veritatis & æquitatis studiosis, quid in similibus dicendum sit colligere. Et hic quod ad hunc tractatum attinet, finis sit analyticæ nostræ dispunctionis, non minus mihi damnosæ, quàm laboriosæ hoc ingratissimo seculo.


Quan-

120 Quanquam laborem (ad quem me natum scio) nil moror, nec damna reputa, nisi quæ tempora mea morantur, & studijs Reipub. dicatis detrahunt, vt abundè satis exposui in epistola limitari. Annotat. in consil. Alexan. Pergam. tamen ad reliquas legalis nostræ politicæ philosophiæ, partes repurgandas quandiu quantumq; Deo Optimo maximo (à quo solo pendere sanctissimum est) dante licebit, Cumque τῆς εὐνομίας, rectæque politiæ totius noster desudet labor, non ἀπροσδιόνυσον, nec bonis iniucundum erit audire quibus epithetis Iulius Pollux Commodo Cæsari χρηματιστά τοις Regem signarit ac tyrannum.

Regem inquit (Erasmo Roterodamo interprete) laudato his titulis: Pater, mitis, placidus, lenis, prouidus, æquus, humanus, magnanimus, liber, pecuniæ contemptor, haud obnoxius affectibus, sibijpsi imperans, dominans voluptatibus, ratione vtens, acri iudicio, perspicax, circunspectus, valens cõsilio, iustus, sobrius, numinum curam agens, hominum negocia curans, stabilis, firmus, infallibilis, magna cogitans, authoritate prędicus, industrius confector negotiorum, solicitus pro his, quibus imperat, seruator, promptus ad beneficentiam, lentus ad vindictam, certus constans, inflexibilis, propensior ad iustitiam, semperque attentus ad id, quod de Principe dictum est, librę in morem, facilis aditu, comis in cõgressu, commodus alloqui volentibus blandus, expositus, curam agens suo parentium imperio, amans militum suorum, qui strenuè quidem bellum gerat, sed qui bellum non affectet, pacis amans, pacis conciliator, pacis tenax appositus ad emendandos populi mores, qui ducem agere norit ac Principem, qui leges salutares sciat condere, notus ad benè merendum, diuina specie. Sunt autem multa quæ oratione dici possint, singulis vocabulis explicari non possint.


Hactenus de vero & politico rege, nũc quibus coloribus idem author eodem interprete tyrannũ expresserit, attende. Malum (inquit) Principẽ vituperabis ad hũc modum: Tyrannicus, crudelis, effertus, violentus, occupator alieni, auidus pecuniarum: & quod verbum est apud Platonem, pecuniarum cupiens, rapax, & quod dixit Homerus, populi deuorator: superbus, elatus, difficilis aditu, incommodus ad conueniendum, durus ad cõgressum, incomis ad colloquium, malè iracundus, irritabilis, terribilis, turbulentus, voluptatum seruus, intemperans, immoderatus, inconsideratus, inhumanus, iniustus, incõsultus, iniquus, impius, mente carens, leuis, incõstans, & qui facilè decipiatur, malè facilis, immitis, affectib⁹ deditus, incorrigibilis, cõtumelios⁹ bellorũ autor, grauis, molestus, incoercibilis, intolerabilis. Quòd si Ethnico tam apertã & syncerã veritatem apud Imperatorem etiam vitiosissimum palàm profiteri licuit, cur non & Christianis? Minimè sanè dubitandum, nisi forsan Principes Christiani deterrimis Imperatoribus deteriores esse vellent, quod auertat Deus, qui in ira sua vel misericordia dat Reges, quorum corda in manu sua habet, Prouerb. 21. Ille ergo summè & assiduè orandus. 1. Timoth. 1. cui gloria, gratiarum actio in æternum.

Finis Tract. Caroli Molinæi.



VETERVM NVMISMATVM COLLATIO CVM HIS, QVAE MODO EXPENDVNTVR, PVBLICA ET REGIA AVTHORITATE PERCVSA:

Authore Didaco Couarruuias à Lyena.



OPERIS HVIVS SVMMARIA COGNITIO.

Caput primum, De æreo Numiſmate Romanorum tractat: ac deinde inibi numi ærei, quibus modò vtimur, expenduntur.

Caput ſecundum, In quo de argenteis Græcorum, Romanorum, & Hebræorum agitur: & de his, quæ modò apud nos regia ſunt authoritate percuſi.

Caput tertium, Vbi aurea numiſmata latè, ac longè examinantur: Aurei, & Solidi diſcrimen perpenditur, multaq; de auri, & argenti bonitate traduntur.

Caput quartum, In quo traditur ratio, ex qua libra in iure examinanda ſit: item de Seſtertio neutrius generis, ac de Talento.

Caput quintum, In quo declarantur vetuſtæ aliquot & Neotericæ horum Regnorum monetæ.

Caput ſextum, In quo tractatur & cōſideratur pondus vetuſtorum numiſmatum aureorum, & argenteorum horum Regnorum, ad faciliorem legum intellectum.

Caput ſeptimum, De mutatione monetæ quo ad pondus, & quo ad valorem eius: vbi §. primo, examinantur omnia, quæ à Bar. traduntur in l. Paulus, ff. de ſolutionib.

Caput octauum, Tractat de crimine falſæ monetæ, ac de pœnis ad eius punitionem ſtatutis.

THEMA CAP. I.

De æreo numiſmate.

SVMMARIA.

1 *De numis æreis, qui percuſi fuerunt iuſſu regum Catholicorum Fernandi Quinti, & Elyſabeth.*

2 *Moneta de Vellon; quæ dicatur.*

3 *Aſſes quot pōdus habuerint apud Romanos, & quod noſtris Marauedinis conueniant.*

4 *De dupondio, ſemiſſe, quadrante, triente, ſemuncia, & ſextula.*

CAPVT

CAPVT I.



PLINIVS author est libro Naturalis Historiæ 33.cap.3. Romanos primũ ærea pecunia, deinde multò post argentea, ac demùm aliquot lapsis annis aurea vsos fuisse. Non enim rude illud seculum, quo Roma morum integritate maximi principatus initia stabilire conabatur, auream pecuniam adinuenerat. Sic sanè Seruius Tullus Romanorum Rex æreos numos primus Romæ percussit, quẽadmodum idem Plinius asseuerat. Sed & ante Romanorum originem multis quidem annis penes alias gentes fuit numismatũ vsus: quod apparet ex Aristo. in Politicis, Platone, & alijs, prẹsertim Strabo. lib.8. Plutar. in Lysandro. Pausania in Laconicis. Verg. Polydoro de inuentor. rerum, lib.2.cap.20. Georg. Agrico. lib.1. De precio metallorum, & monetis: Stephano Forcatulo in Necyomantia iuris, Dialogo 48. Carolo Molinæo, de contractibus, quæst.100.nume.795. Ludouico Cælio lib. lect. antiquarum, 6.cap.2. qui passim testimonia multa ex Hebrẹis, & Græcis ad huius rei probationem adducunt.
1 Nos igitur primùm æreos † veterum numos ad rationem eorum, qui nostra ætate, vel iussu Regum Catholicorum Fernandi Quinti, & Elysabeth, & Caroli Primi, Romanorum verò Imperatoris Quinti, percussi fuerunt, pro nostro conatu conferemus, quò possit quilibet faciliùs veterum Historicorum numismatum valorem ad numos, qui hodiè expenduntur, deducere, vtriusq; ęreę pecunię ratione adsequutus.

Anno denique, M.CCCCXCVII. Reges Catholici Fernandus, & Elysabeth cu-
2 di iusserunt æream monetam, quam † de Vellon dicimus, ad hanc rationem, vt ex quolibet Marcho, nempè ex octo vncijs, signarentur 192. numi ærei, quos Blancas appellamus, quarum duæ constituunt ęreum Marauedinum; quo modò vtimur: atque ita secundùm hanc computationem ex libra Romana duodecim vnciarum cuduntur 288. numi ærei Blancæ dicti: qui reddunt centum quadraginta quatuor Marauedinos. Hæc igitur est æstimatio præsens vnius æreæ Romanę libræ, quæ ad numos redacta publicæ monetæ nomen ac vices sit sortita: sicuti apparet ex Pragmatica constitutione Regum Catholicorum l.118. quæ de monetis, ac re numaria fuit statuta. Postmodùm percusi sunt ærei numi, quorum quilibet duorum Marauedinorum valorem habet: & sic quatuor Blancas valet. Item percussus est numus æreus ad rationem quatuor Marauedinorum: qui quartus dicitur vulgò, & valet octo blancas. Cæterùm hac in parte Marauedinus, non tam est numus, quàm numorum numerus, qui constat ex duabus blancis, aut coronatis sex, vel denariolis decem: quemadmodum in cap. huius operis tractabimus, quo in loco varia huius regni numismata expendentes, conabimur veterum historicorum dictiones in hac re numaria ad amussim explicare. Moneta verò de Vellon, dicitur non tantùm ea, quæ ex ære percuditur admista parte aliqua argenti: sed & illa, quæ cuditur ex argento, cui mista sit tertia, vel quarta, aut sanè quinta pars æris, vt asseuerat Carol. Molinæus in tracta. de contractibus, quæstione 100.num.783. Ex hac materia nuper expendebamus in hoc regno numos, quos Tarsas dicebamus, quorum quilibet nouem æreis Marauedinis ęstimabatur. Vtar in hoc tandem libello sæpissimè hoc dicendi modo, vt quadrantes passim appellem eos numos, quos vulgus marauedis propria huius regni dictione nominat. Apud Romanos authore Plinio lib. 33. ca. 3. libralis, & dupondius appendebatur assis. libræ autem pondus æris diminutum bello Punico primo cùm impensis respublica non sufficeret: constitutumque, vt asses sextãtario pondere ferirẽtur: ita quinque partes factæ lucri: dissolutumque est æs alienum. Posteà Hannibale vrgente Q. Fabio Maximo dictatore asses vnciales facti: placuitque denarium sedecim assibus permutari: quinarium octonis: sestertium quaternis: ita respublica dimidium lucrata est: in militari tamen stipendio denarius pro decem assibus datus. Mox lege

Papyria semunciales asses facti. Hæc ferè Plinins, à quo deducuntur plura.

Primùm: Dupondium numum æreum fuisse duarum equidem librarum: idque M. Varro declarat. Dupondius, inquit, à duobus ponderibus, quòd vnum pondus assipondium diceretur: & ideo, quòd as erat libræ pondus.

Secundò apparet, hos numos æreos adeò graues fuisse, vt inde dicta sit ęris grauis pœna, secundùm Plinium in d.c.3. Siquidem populus Romanus pro numo, ære graui vtebatur.

Tertiò inde manifestum fit, ante primũ bellum Punicum numum assem libralem fuisse, & dupondium bilibrem.

Quartum deducitur, in ipso primo bello Punico assem pondere, non valore diminutum, duarum vnciarum põdere percusum fuisse, & sic sextantarium.

Quintum colligitur ex his, Hannibale vrgente Italiam assem vncialem factũ, eiusdem quidem valoris quoad stipendium militare: cùm denarius pro decem assibus daretur, tametsi quoad alia valor sit aliquantulum diminutus, pluris sanè tertia parte: siquidem denarius decem, & sex assibus permutabatur, ac sestertius quatuor.

Sextum ex hoc cõstat, frequentiori veterum ęstimatiõe decem asses denario argenteo ęquales fuisse, & quinq; quinario, duos autem, & dimidiam sestertio. Quod manifestius probabitur, cùm denarij æstimationem expendemus.

Septimò hinc itidem probatur, post varias assium mutationes eos fuisse semunciales lege Papyriana, eodem quidem valore manente.

Octauò ex hac ratione censeo, veterem assem quoad valorem conferendũ esse nostris quatuor quadrãtibus, quos modò marauedinos dicimus. Id etenim probatur, quia si denarius argenteus decem asses valebat, quod satis receptum est, & nos inferius examinabimus, saltem iuxta frequentiorem æstimationem, & idem argenteus denarius æstimatur huius præsentis monetæ quadraginta æreis marauedinis: planè deducitur, veterẽ Romanum assem meritò conferri nostris quatuor marauedinis. Hac etenim perpensa ratione viri docti, & qui diligentissimè hanc rem expendere solent, sententiam istam apud Hispanos probârunt. Quamobrem & ad eandem rationem veteres alios numos æreos æstimabimus: cùm idem iuris sit de illis, quippe ad assem sint omninò referendi. Quòd si veterum ex ære numismatum pondus consideremus, constabit, etiam asses semiunciales viginti quatuor ex libra Romana cudi solitos fuisse. Quorum valor nostris confertur nonaginta sex marauedinis: cùm hodiè ex libra Romana duodecim vnciarum cudi soleant centum quadraginta quatuor ærei marauedini, Quod mirum non est, siquidem nostra ęrea moneta partem quandam argenti admistam habet. Etenim argenteus numus regalis, & dimidius marco cuilibet æris miscetur, atque ideo hæc pręsens ęrea moneta de Vellon nuncupatur.

Dupondius olim æreus fuit numus, sicuti sanè probauimus, qui duos asses continebat: idcirco vetus ille dupondius erit hodiè ęstimationis octo quadrantum, seu marauedinorum. Græci autem, vt ex Cleopatra refert Georg. Agricola libr. 2. de externis ponderibus, assem semuncialem appellauêre dupondium: quia is duo assaria penderet.

Assarium autem, seu assarius numus erat æreus, quorum duo assem efficiebant semiuncialem: vt tandem hic dupondius esset præsentis monetæ quatuor marauedinorum: assarius verò duorum. Sic M. Varro libro primo Analogiæ, inquit: & non equum publicum mille assariorum esse.

Semis numus erat æreus, qui iuxta hanc rationem duos quadrantes valebat: quia dimidium est assis. Qua dictione vtitur P. Vatinius cum Ciceroni scribit: Simius nõ semissis homo contra me arma tulit, & eũ bello cœpi.

Quadrans quarta erat assis pars, & eiusdem rationis numus æreus, qui præsenti marauedino æqualis est: quod apud nos

passim admittunt viri maxima eruditione præditi ex denarij argentei æstimatione. Item ex Italorum cōmuni vsu loquendi: ipsi etenim quadrantem quatrinum nominant: quatrinus verò Italicus nostro æreo marauedino ferè similis est. Sed & ex nostris nō recusabo testem citare Florianum Occampium libr. 5. Historię, cap. 25. vbi hanc horum numismatum collationē probat: cuius viri diligentiam in hisce, & alijs rebus perscrutandis meritò multifaciunt omnes.

Quadrans verò vocatus est triuncis à tribus vncijs, teste Plinio in d. c. 3. Et inde Teruncius, qua dictione vtitur M. Varro. Teruncius, inquit, à tribus vncijs dictus, eiusdem numi meminit Cice. libr. 3. de finib. & lib. 6. ad Atticum.

Sic & Triens numus erat æreus, tertiam habens assis partem, nempè quatuor vncias: qua ratione maior est quadrante, & valet apud nos octo coronatos, quos vulgus Cornados appellat. Hæc enim est tertia pars quatuor nostrorum marauedinorum. Huius numi meminit Plin. in d. lib. 33. cap. 3. Iuuenal. Satyr. 3.

Infœlix, nec habet, quem porrigat ore trientē.

Vbi hoc in scholijs adnotauit Cælius secundus Curio, vir mehercle doctus, ac diligens in hisce adnotationibus.

Sextula item erat numus æreus, cuius multi meminêre: non equidem sexta assis pars: Sed authore Varrone minimus erat numus ex ære habens sextam vnciæ partem. Ex pręsentibus numis, aut denariolis non video, cui sextula conuenire possit, valeret tamen tres Meajas, ac paulò plus. Nam duo coronati efficiūt vnciam totius assis, & hi valent viginti meajas. Igitur sexta pars harum erit sextulæ valor.

Erat & Semuncia numus ęreus, vicesima quarta pars assis: cuius numi mentio fit ab Ascanio Pædiano, & Guilielmo Budæo libro tertio. de Asse. Est autem hic numus similis nostro coronato. Hinc ipse libenter adnotauerim, falsò Cælium secundùm ad Iuuenalem in scholijs sensisse, Trientem minimam omnium monetam fuisse: cū multò minor ex ęre fuerit quadrans, item semuncia, & sextula. Nam quòd Donatus censet, Obulum fuisse minimam, & vltimam monetam, ad argenteos numos referēdum est, de quo alibi tractabitur: etiamsi ipse Cælius Donatū hac in parte lapsum fuisse asseueret: Et id iure quidem, cùm ex numis argenteis sint aliquot minores obolo.

THEMA CAP. II.

De veteribus argenteis numis.

SVMMARIA

1 *Argentei numi, quo tempore primùm Romæ signati.*
2 *Argentei numi apud Hispanos signati, quibus modò vtimur.*
3 *Libra vetus diuiditur, & expenditur: & inibi de granis.*
4 *Marcha pondus, quid sit.*
5 *Vncia, quot drachmas appendat.*
5 *Denarius olim cudebatur ex argento puro: quandoq; ex misto.*
7 *Denarij, & quinarij pondus examinatur.*
8 *De sestertio, libella, & obolo numis argenteis.*
9 *Siclus argenteus apud Hebraos, cuius ponderis fuerit: & item aureus.*
10 *Examinatur glo. in c. si quis aliquando. §. in Leuitico de pœniten. distinct. 1.*
11 *Denarij, & sestertij valor traditur: & intellectus l. vlt. C. de donationib.*
12 *Sterlingus, quis numus fuerit.*

CAPVT II.

Argentea pecunia Romæ primùm signata est, quinq; annisante primum bellum Punicum, anno ab vrbe condita 585. Q. Fabio Consule, vt scribit Plin. lib. 33. c. 3. Quo in loco annorum numerus mani-

manifestum errorem habet, qui leuis non, est, quippe qui centum annos addiderit: atque ideo legendum est apud Plinium anno ab vrbe condita 484. is etenim annus Q. Fabij consulatui conuenit iuxta Chronologiam Henrici Glareani, & Haloandri. constat sanè ex Polibio libr. I. Solino lib. 1. cap. 2. Aulo Gellio lib. 17. cap. 21. primum bellum Punicum initium habuisse anno ab vrbe condita 489. Nec quicquam vrget in contrarium, quod Paulus Orosius, ac Dionysius alio sub annorum numero initiũ primi belli Punici constituerint: siquidem diuersa temporis ratio in paucorum annorum numero penes authores sit, concordi sententia huius belli initium statuentes intra quingentesimum ab vrbe condita annum: quemadmodum diligenter probat Io. Vasæus in priori Chronicorum Hispaniæ parte. Sed & Plinij locum mendosum esse admonuerunt Lud. Viues ad August. de ciuita Dei, libr. 2. cap. 18. & Henri. Glarea. in d. Chronologia ad Titũ Liuium. Igitur primus apud Romanos numi argentei vsus contigit ante Christi natale Ducẽtesimo septuagesimoquarto: aut Ducẽtesimo septuagesimosexto, iuxta varias hac de re opiniones.

Argenteum autem numisma non tantùm apud Romanos, sed † & apud Græcos,
2 cæterasq; orbis gentes olim in vsu cœpit esse. Apud Hispanos verò mõneta argentea variè in vsum venit, quod alibi explicabimus: modò etenim tantùm expendemus præsentem argenteam pecuniam, qua vtimur, vt ad eius rationem Veteres Romanorum argenteos numos excutiamus, eorum valorem tradentes. Et sanè anno Domini 1497. pragmatica sanctione Regũ Catholicorum, l. 118. statutũ est, vt ex quolibet marco argenti percutiantur sexaginta septem numi argentei, quos reales vulgus appellat: horum autem quilibet valorem habeat triginta quatuor quadrãtum, quos marauedines dicimus. Atq; ad eandem rationem iussum est, vt cuderentur argentei minores numi: nempè dimidius argenteus valoris 17. quadrantum: quem medio real dicimus. Item quartus, quem quartillo appellamus, & est valoris octo quadrantum, & dimidij: sic & octauus, id est, octauo de real, valoris quatuor quadrantum, & dimidiæ blancæ. Sed non omnes hi numi argentei modò in vsu sunt. Paucos enim expendimus quartos, & ferè nullos octauos. Frequentissimi sunt ipsi argẽtei regales integri: item dimidij, Tandem in Hispania, & Messici apud Indos cuduntur Regis Hispaniarum iussu maiores argentei numi, quorum quidam pondus habent duorum argenteorum regalium, quidam quatuor, alij trium, alij octo: & hi vnciales ferè sunt. Qui in Hispania percutiũtur, habent altera ex parte insignia Regum Catholicorum: ex altera Hispaniarum, & horũ regnorum signa. Qui verò Messici cuduntur altera facie scutum habent Castellæ, & Legionis: altera quidem Caroli Regis insignia: duas inquam col. cum tit. Plus vltra.

Cæterùm quò rectiùs veteres numi argentei nostris conferantur, oportet priùs examinare pondera, quibus apud nos fabri argentarij vtuntur, & aurifices in appendendo argento, & auro: atque itidem an ea sint similia his, quibus Romani vtebantur.

Romanorum libra distribuitur in vncias duodecim. Vncia quęlibet habet octo drachmas. Drachma tria habet scrupula, quæ grammata dicuntur à Græcis: scriptula rectiùs alij appellant, vt Agricola, & Antonius Augustinus adnotãrunt. Scriptulum, seu scrupulum in binos obolos diuiditur. Item Siliquæ, hoc est, ceratia sex scrupulum faciunt. Grana verò quatuor siliquam. Est igitur scrupulum vicesima quarta vnciæ pars: quod & glo. notat in l. 1. C. de metallarijs libro 10. Vnde constat, vnciam habere viginti quatuor scrupula: sicuti tradidère Antonius Augustinus libro secundo emendationum, cap. 9. Et Nebrissensis in Lexico iuris ciuilis, dictio, scrupulum. Hoc verò in opere non semel, imò passim ipsos fabros argentarios, simpliciter argentarios appellabo, ad faciliorem propositæ materiæ intellectum: non ignarus apud veteres aliam fuisse potiorem

rem huius dictionis significationem: cuius inferiùs mentionem faciemus. Duella constat ex duabus sextulis. Sextula verò sexta pars est vnciæ: & ideo duella erit tertia vnciæ pars.

Sicilicus constat ex duabus drachmis, atque ita adsumitur pro quarta vncię parte, l. liberto. §. filium. ff. de annuis legat. quod notant Isidorus libro decimosexto Etymologia. cap. 24. & Antonius Augustinus emendat. cap. 8. Hæc sanè est veteris Romanæ libræ ratio, & diuisio præsenti tractatui necessaria: quam deduximus ex Budæo libro primo de asse. Leonardo Portio in tract. de monetis: Volusio Metiano de asse: Rhemnio Famnio Poeta de pôderibus. Alciato tit. de metallarijs libro, cap. 11. Georgio Agricola libro quarto de ponderibus Romanis: à quibus & alij huius rei authores citantur.

Hinc denique illud obiter deduxerim, frumenti grana olim in vsu fuisse ad ponderis iusti rationem. Vnde grana quatuor constituunt siliquam: grana viginti quatuor scrupulũ: grana verò septuaginta duo drachmam: quod Alciatus fatetur: adnotauit Agricola libro tertio de precio veterum monetarum. Idem ipse rursus probat in libro de restituendis ponderibus, atque mensuris, ex Græco Nicandri interprete, & Serapione, Mauro. Hæc grana Budæus appellat momenta libro tertio de asse, & tamen cõstat, grana frumẽti eo, quòd robusta differant ab inanibus, recentia à vetustis, non esse certa, nec tuta ad iusti ponderis rationem, sicuti docet elegãter ipse Georgius Agricola libro de restituendis ponderibus. Qua ratione Catholici Reges Hispaniarum Fernandus, & Elisabeth anno Millesimo quatercentesimo octuagesimosexto, pragmatica sanctiõe 113. statuerunt, frumenti grana prorsus ab vsu ponderum esse abijcienda: atq; grani pondus æquale iuxta rationem vnciæ ex orichalco faciendum, vt legitima, certaq; sit iusti ponderis ratio.

Nostri verò fabri argẽtarij & aurifices, iam diù ex vetustissimo vsu aliam quàm Romanæ libræ, ponderis rationẽ habent: siquidem vtũtur Besse Romanæ libræ pro iusto, & summo ferè pondere: quem bessem regiæ leges Marchum appellant: isq; in vsu est apud cæteras Christiani orbis gentes, à quibus Marcha Germanico nomine appellatur: quod Budæus libro 2. de asse. Georgius Agricola libro de restituendis ponderibus, & Carolus Molinæus de contractibus, quæst. 800. num. 788. non semel fatentur. Habet hæc marcha octo vncias Romanæ libræ: quamobrem Romana libra proportionem sortitur ad marchum sesquialteram. Erit verò marcha illa selibra nostræ vulgaris libræ decẽ, & sex vnciarum: quę quidem libra habet ad Romanam libram proportionem ἐπιτρίτην, id est, super tertiam. Ea tamen, quæ de marcho diximus, probantur in l. 1. titu. vigesimoquarto. in ordinationibus Regis Alfonsi XI. Côpluti statutis ęra. M.CCCLXXXVI.

Illud planè receptissimum est apud veteres, ac iuniores, qui de libra Romana scripsêre, Romanam libram duodecim vncias habuisse, vt hinc mirum sit, Guilielmum Budæum, virum hac in re, vt & in plerisque alijs diligentissimum libro secundo & tertio de asse absque vllo certo authore scripsisse, Romanam libram habere vltra duodecim vncias dimidiam, & sic duodecim vncias, & quatuor drachmas: cuius opinionem multis probatissimis testimonijs, & authoritatibus refellit Georgius Agricola libro quarto & quinto de mensuris & ponderibus, exacta ratione deducens, libram Romanam Græca mina, atque ita ab Attica libra in hoc differre, quod Græca centum drachmarum sit, Romana verò nonaginta sex tantùm drachmas habeat. Eum legito, qui de his multa tradit.

Sed & de vncia nostra plerique dubitârunt, sitne æqualis vnciæ Romanæ. Nam Leonardus Portius, Alciatus, & Budæus scribunt, vnciam qua vtimur, & vtuntur argentarij, & aurifices, eandem esse cum illa veteri Romanorum vncia. Ab his dissentit Georgius Agricola in libro de restitut. ponder. ea ratione, quòd non vna eademque sit vncia apud Christiani or-

bis gentes. Nos verò quandoque conati sumus rem istam ad iustam ponderis rationem experimentis quibusdam examinare. Ex quibus planè deprehendimus multis coniecturis, vnciam, quâ modò Hispani argentarij, & aurifices vtuntur, eiusdem esse ponderis, cuius erat vetus illa Romanorum vncia. Habet enim nostra vncia octo partes: nempè diuiditur in octo argenteos regales iustissimi ponderis, quibus argentarij, & aurifices ad pondus vtuntur. Quilibet autem argenteus habet duas drachmas minores, quarum quęlibet triginta sex grana continet. Sic sanè vncia diuiditur in decē & sex nostras drachmas, quæ veteres octo drachmas efficiunt: cùm vetus drachma habuerit septuaginta duo grana, quæ habent nostræ duæ drachmæ. Atque ideo eiusdem ponderis est vncia vetus Romanorum octo drachmarum, cuius & nostra vncia decem, & sex drachmas continens. His accedit, quòd octaua nostræ vnciæ pars, quæ ad iustum pondus exacta, regalem numum efficit, quo aurifices vtuntur, ita cum denario veteri conuenit, vt planè maioris pōderis denarius sit iuxta eam proportionem, quæ ex denarijs septem non attritis, nec corrosis constituat nostram vnicam, sicut & veterem Romanam constituebat: quam nostri octo regales numi iusti ponderis itidem efficiunt. Vnde par est, nostram vnciam veteri Romanæ conuenire.

Est tamen illud hac in parte admonendum, veteres Romanorum denarios cudi solitos ex puro argento, quod vulgò acendrado dicimus, absque vlla æris mistura, cuius argenti valor, & ęstimatio maior est, quàm argenti mixti: quod nostri argentarij, & aurifices expēdunt: siquidem hoc habet ęris, aut stanni misturam secundùm eam proportionem, quam ipsi aurifices facilimè dijudicare solent. Sed & veteres Romani posteà in cudenda moneta æris octauam partem argento miscuerunt: primusque id fecit Liuius Drusus in tribunatu plebis teste Plinio, libro tertio, cap. 3. idem Plinius eodem libro, cap. 9. conqueritur, Antonium triumuirum denario miscuisse ferrum. Sic & auro misceri solet argentum aut æs, non tantùm ad cudendam monetam, sed etiam, vt ex eo solidiores, ac fortiores fiant imagines, annuli, & alia, quæ essent admodum mollia, si ex auro puro fierent. Hac tamen inre varios hac ratione tradit numos Georgius Agricola libro primo, de precio metallorum, & monetis, quorum & nos inferiùs mentionem iterum faciemus.

Argenteus autem regalis, quo vtuntur ad iusti ponderis rationem argentarij, & aurifices, quique octaua est vnciæ pars differt ab argenteo numo itidem regali. Nam numus minoris ponderis est, ad expensas quidem, quæ fiunt in cudenda moneta: siquidem ex marcha percutiuntur sexaginta septem numi: & tamen eadem marcha pendet sexaginta quatuor regales argenteos iusti, & legitimi ponderis, quoad aurifices, & argentarios. Sic denique numus argenteus minor est tricesima secunda parte, quam ipse iusti ponderis argenteus regalis, quo aurifices vtuntur, & profectò aliquantò pluris, ac ferè tribus granis.

Primum omnium ad vetera numismata intelligenda, quæ ex argento cudebantur, est de denario tractandum. Denarius verò est octaua vnciæ pars, siquidem olim ex vncia octo denarij cudebantur, vnde fit, vt drachma Attica, & denarius Romanus eiusdem ponderis fuerint. Hoc probatur authoritate Plinij qui libr. 21. cap. vltim. inquit, Drachma Attica (ferè etenim Attica obseruatione medici vtuntur) denarij argentei habet pondus. Item ex Liuio libro trigesimoquarto. dum scribit, redemptos fuisse mille, & ducentos captiuos, constituto in capita quingentorum denariorum precio, eamque centum talentis stetisse. Constat verò ex Polluce, & alijs, sex drachmarum millia in talento Attico esse: atque ideo manifestum fit, Liuium drachmam, & denarium eodem pondere, eademque æstimatione accepisse. Idem multis alijs testimonijs comprobatur, quibus Latini drachmas Græcas, denarios interpretantur: & eodem

iure

Iure Græci denarios Latinos in drachmas Græcas transferunt.

Sic sententiam istam conantur probare, & ostendere veram esse Leonardus Portius, Budæus libro primo & secundo. de Asse. Andrę. Alciat. libro nono, parerg. 2. cap. Qua ratione, si velimus denarios conferre numis argenteis Castellanis, quoad pondus, respondendum erit, denarium Romanum similem fuisse, quantum ad pondus argenteo regali Castellano iustissimi ponderis, quo aurifices vtuntur. Et eadem lege denarius hic erit ferè similis numo argenteo regali Castellano: ac denique tanto maior pondere, quanto maior est argenteus regalis, quo aurifices vtuntur, numo argenteo regali, quem passim expendimus. Vnde valor denarij erit itidem constituendus ad rationem numi argētei regalis, & paulò pluris: cùm propter iusti ponderis rationem: quia octaua est vnciæ pars, tum propter argentei qualitatem: Tametsi & olim apud Romanos non omnes denarij argenti puri materiam habuerint: nec item eiusdem fuerint, ac legitimi ponderis, quemadmodum statim tradемus.

Erit igitur iuxta Budæi sententiam denarius Romanus octaua vnciæ pars, & numo argenteo Castellano, qui regalis dicitur, ferè similis pondere, ac valore. Vnde licèt denarius apud Romanos valuerit quadraginta quadrantes, non valebit apud nos quadraginta æreos marauedinos: Atque inde consequitur, pluris æstimari apud nos æreum marauedinum, quàm olim fuerit apud Romanos quadrans æstimatus: cùm argenteus numus eiusdē ponderis valuerit apud Romanos quadraginta quadrantes, id est, decem asses: & idem apud nos modò æstimetur triginta quatuor marauedinis, & paulò pluris, ob legitimum argentei denarij pondus: Imò etiam si denarius constituatur ex argento puro absque vlla mistura, & valorem prę̨sentem consideremus argenti puri ad rationem duorum mille, & quadringentorum marauedinorum, pro quolibet marcho adhuc denarius ille Romanus ex purissimo argento signatus, erit apud nos æstimandus ferè triginta octo marauedinis.

Hæc tandem obseruatio & illud efficit, vt sexaginta quatuor denarij constituant marchum: nonaginta sex libram duodecim vnciarum. Et idem erit dicendum de argenteis regalibus, quibus ad pondus legitimum vtuntur aurifices, quorum quilibet octauam habet vnciæ partem: aut drachmam veterem vnam. Ad rationem istam expendi poterit æstimatio numi argentei veteris, qui dictus est Quinarius: idem & Victoriatus. Hic enim numus pars est dimidia denarij. Item sestertius argenteus numus erat pars quarta denarij. Libella itidem argenteum numisma partem decimam denarij habuit. vicesima denarij pars erat Sembella. quadragesima Teruncius. Qui quidem omnes numi sunt omninò æstimandi ad rationem denarij. Atque ideo constituta prænotata æstimatione, & collatione facta cum numis argenteis Castellanis, facilius erit ad rationem ipsius denarij et reliquos numos ęstimare.

Verùm aduersus Budæi opinionē quibusdam placuit, denarium Romanum à drachma differre, ita quidem, vt licèt drachma sit octaua vnciæ pars, denarius tamen sit septima: qua ratione denarij septem vnciam efficiunt integram. Huius rei testimonium primū adsumitur ex Plinio, qui libro trigesimotertio. cap. 9. inquit, miscuit denario Antonius III. vir ferrum miscuit æri: alij è pōdere subtrahunt, cùm sit iustum octuaginta quatuor è libris signari. Hæc Plinius. Quòd si libra Romana octuaginta quatuor denarios habuit, palàm est, quamlibet vnciam ex septem denarijs constare. Idem constat testimonio Cornelij Celsi libro quinto, capit. 17. qui hoc ipsum expressim asseuerat, sic & Scribonius Largus in præfatione probat, librā octuaginta quatuor denariorum esse. Sed & authoritate Appiani Alexandrini libro secundo bellorum ciuilium, & Suetonio simul in Iulio Cæsare.

Hanc sententiam defendit Georgius

Agricola libro quarto & quinto, de ponderibus, & mensuris. idem repetit in eo libello, quem scripsit aduersus Alciatum de ponderibus. Ad ea verò, quæ Budæus, Portius, & Alciatus radidêre, respondet, drachmam Atticam Græcum numum fuisse minoris ponderis, quàm denarius Latinus: sed quia drachmæ pondere, & æstimatione admodum similis est Latinus denarius, consueuisse veteres authores Latinos, dum Græcorum libros traducebát, drachmam in denarium vertere: ac rursus Græcos, qui Latinum in Græcam linguam vertebant, denarium drachmam interpretari. Sed & illud certissimum est, vel Plinio authore libro 33. cap. 9. Denarios non semper eiusdem ponderis fuisse: atque ex Tito Liuio libro 44. & Nicandri interprete ostendit Georgius Agricola in libro ad ea, quæ Alciatus, denarium pendere drachmam Atticam cum dimidia: & denique denarium legitimo pondere diminutum leuiorem fuisse: vt tandem hic denarius fuerit drachmæ æqualis. Idcirco de eo forsan accipienda est Budæi, Alciati, & aliorum sententia: non denario graui, nec illo, qui frequentiùs ex pondere legitimo tractabatur. Etenim post Claudium Cæsarem Imperatores è libra signârunt nonaginta sex denarios, quorum quilibet drachmæ erat æqualis, teste eodem Agricola in libro secundo de pondere monetarum, & in libro ad ea, quæ Alciatus.

Denarium igitur, iuxta ponderis rationem, quam habuit Plinius in d. c. 9. existimo fuisse illum, qui apud veteres Romanos iusti ponderis fuerit septimam habés vnciæ partem: qui quidem erit septima ex parte maior drachma Attica, & argenteo regali Castellano, quo aurifices vtuntur ad pondus legitimum. Idcirco huius denarij æstimatio, propoitione nostri numi habita, erit ferè quadraginta quadrantum, aut præsentium marauedinorum, si argenti mixti valorem cōsideremus. Nam hoc argentum & nunc, & olim in vsu est, ac fuit ad numos cudendos: quemadmodum ex Plinio probauimus. Sic denarij Romani quinquaginta sex efficiunt marchum, qui est octo vnciarum: cùm secundùm Budæi sententiam drachmæ & denarij sexaginta quatuor efficerent marchum: qua ratione poterit quis facilimè expendere, qua ex parte maior sit denarius hic nostro argenteo regali numo: siquidem tanti ponderis sunt quinquaginta sex denarij, quanti sexaginta septem nostri numi argentei regales, ex quibus constat marcha iuxta regiam constitutionem. Sic etiam deducitur, quota ex parte sit maioris æstimationis denarius Latinus, quàm sit noster numus argenteus. Noster enim numus valet triginta quatuor marauedinos: ille quadraginta. Imò si ad æstimationem argenti puri denarij constituãtur, valebit quilibet quadraginta tres quadrantes marauedinos, quod & Flori. Occampi obiter adnotauit libr. 5. histo. cap. 25. Et hæc quidem dicta sint quo ad denarij numi, & drachmæ legitimum pondus, & æstimationem. Latinus ergo denarius decem assibus olim fuit æstimatus, quemadmodum Plin. & alij passim testantur.

Quinarius, qui & Victoriatus dictùs est ab eisdem authoribus, quinque assibus æstimabatur, eritque nostræ pecuniæ æstimationis viginti quadrantum, & sic viginti marauedinorum.

Sestertius numus itidẽ argenteus erat, quartã habens denarij partẽ, vt tandem sit nostræ monetæ æstimationis decem marauedinorum. Habuit autem duos asses, & dimidium quoad valorem, & ita decem quadrantes.

Erat & apud veteres Libella numus argenteus, qui vnius assis æstimationem habuit, cùm esset decima denarij pars, vt Budæus libr. 1. de Asse probat, & testis est M. Varro lib. 4. de lingua Latina. Idem tradit Georg. Agricola lib. 1. de pondere & temperatura monet. Ex Plinio hoc ipsum deducitur libro 33. cap. 3. qua ratione libella numus argenteus quatuor efficit nostros æreos quadrantes. Est & apud Volusium Mætianum alia libella, decima inquã pars sestertij, quæ iuxta sestertij superiùs

rius traditam æstimationem, erit modò vnius quadrantis valore censenda, aut vnius Marauedini. Huius item libellæ meminit Georgius Agricola libr.5. de ponderibus Græcis.

Obolus apud Græcos numus fuit argẽteus, qui erat sexta pars Atticæ drachmæ. Scribit etenim Plutarchus in Lysandro, apud prius seculum sic omninò habuisse, vt numorum loco ferreis vterentur virgulis, id est, obelicis, plærisq; & æreis, à quibus hoc etiam tempore numerum obolos vocari certum est, & obolos sex vnam conficere drachmam, quia tot manus ipsa complecteretur. Ergo ex Plutarcho apparet, obolum sextam fuisse drachmæ partem, quod ex Plinio libr.21.cap.vltim. adnotarunt, Budæus libr.5. de Asse, & Georgius Agricola lib.2. de pondere & tempera. monet. Idem lib.5. de ponderibus Græcis hoc ipsum docet ex Polluce, Suida, & Xenophonte: quamobrem obolus valet sex ferè nostros marauedinos. Obolum autem olim dictum fuisse Phollen, testis est Suidas in dictione Phollis, & in dictione, Cermata. vtiturque ea dictione diuus Augustinus libro vltimo de ciuitate Dei, cap.8. vbi Ludouicus Viues & Alciatus ad 12. lib. Cod. hoc adnotarunt. Obolus ergo sex nostros valet marauedinos: semiobulus tres, triobolus decem & octo. Nostri verò aurifices appellant Tomin, quem nos obolum diximus, idque obtinet, quò ad ponderis rationem: nam tomin non est numus.

9 Apud Hebræos † erat olim in vsu numus argenteus, dictus à Iosepho Siclus, ab ipsis Hebræis Sicel: quæ dictio & pondus significat auri, vel argenti, quod ipse numus appendit, nempè quatuor Atticas drachmas, authore Ioseph. libro 3. Antiquitat.cap.10. & lib.7. de bello Iudaico, capite 26. & Hieronymo lib.1.cap.4. commẽtariorum in Ezechielem. Idem ipse Hieronymus probat in traditionibus Hebraicis super Genesim cap.24. atque ideò hoc põdus, aut numus continet viginti quatuor Græcos obolos: Hebræos autem obolos habet viginti, sicuti constat Leuitici capite 27. Exodi capite 30. & Numerorum capite 3. Hebræus verò obolus maior erat obolo Attico quinta parte. Nam vigintiquatuor oboli Attici efficiebant siclum sanctuarij, quem efficiunt viginti Hebræi oboli. Cautum etenim erat lege veteri, cuius mentio fit in d.cap.30. Numerorum, sicli partem dimidiam domino offerendam esse: qua ratione à Cæsare Augusto, procurante Iudæam Cyreno Præside id tributũ Iudæis indictum est, vt singulis annis quilibet binas drachmas solueret: atque ideò Matthæi capit.7. didrachmas censetur numus ille, qui pro tributo à Iudæis Cæsari reddebatur. Quod & Budęus explicat lib. 5. de Asse: Sed & Iosephus scribit in lib.7. de bello Iudaico, cap.26. à Vespasiano Cæsare stipendium Iudæis indictum, vt vbicunque degerent, binas drachmas inferret quisque in capitolium ita, vt ante Hierosolymorum templo pendebant: quo in loco palam Iosephus probat, dimidium siclum, quem Iudæi templo pendebant olim ex lege, cuius mentio fit in dicto capi. 30. Nume. didrachmum fuisse, & ideò siclus integer erit quatuor drachmarum. Idem siclus ab eodem Iosepho simpliciter dictus est argenteus lib.9. antiq.cap.2. Alibi idem Ioseph. siclum interpretatur planè, ac vertit lib.7.cap.9.

Et hæc de siclo sanctuarij, cùm de eo expressim agatur in locis ex veteri testamento paulò antè adductis: siquidem siclus sanctuarij à vulgari siclo, quo in commutationibus Hebræi vtebantur, in hoc distinguitur, quòd siclus sanctuarij quatuor, siclus verò vulgaris duas drachmas pendebat, quemadmodum ex magistro Salomone adnotauit Georg. Agricola lib. 2. de pondere monetarum. Et probat Carolus Moli. in tract. de contract ib. quæst.100. numer.795. Ex quibus sit satis, siclum sanctuarij quatuor appendisse drachmas Atticas, & viginti obolos Hebræos: quod & idem Agricol. tradiderat lib.2. de externis ponderibus, qui scribit, Obolum istũ Hebræum dictum fuisse Gera. Quamobrem multa poterunt deduci non omninò vulgaria in huius rei, & numi examine, quæ subseruient, & plurimũ conducent ad multarum.

tarum authoritatum interpretationem.

Primùm constat, staterem numum, cuius meminit Matthæus cap. 17. censendum esse ponderis & valoris quatuor Atticarũ drachmarum, deniq; sicli sanctuarij, cùm is soluendus esset pro Christo & Petro, & quilibet Cæsari soluturus esset didrachmum, id est, numum duarum drachmarũ, dimidium nempè siclum sanctuarij, & integrum siclum vulgarem Hebræorũ. Qui quidem numus cum duas habeat ponderis drachmas, conuenit quò ad pondus & æstimationem ferè duobus numis regalibus argenteis, quibus modò vtimur ex cõstitutione Regum Catholicorum: Deniq; similis omninò est duobus argenteis regalibus legitimi ponderis, quorum rationẽ aurifices, & vascularij obseruant, sic didrachmus erat quarta vnciæ pars, & eius ponderis numus argenteus.

Secundò hinc deducitur, siclum, quem diximus apud Latinos quartam fuisse vnciæ partem, re & nomine similem censeri Hebræorum siclo vulgari.

Tertiò ex hoc sicli pondere & æstimatione poterit perpendi, cur septuaginta interpretes Numerorum capi. 3. & Exodi cap. 38. siclum interpretentur didrachmũ, cùm locus ille palàm tractet de siclo sanctuarij, quem ex authoritate Iosephi, Hieronymi, & aliorum cõstat, quatuor drachmas appendisse. Existimarunt enim septuaginta interpretes, siclum sanctuarij & vulgarem, pares fuisse pondere, & vtrunque duarum drachmarum pondus tantùm habuisse, vt tandem etiam siclus sanctuarij fuerit ponderis duarum drachmarum. Eandem sententiam sequitur, & probat Epiphanius Salaminis vrbis Episcopus, cognomento Magnus, alioqui Constantiæ præsul: nam & Salamin ita dicta est, qui omnium tam ponderum grauitatem, quàm capacitatem mensurarum, quæ sunt apud septuaginta interpretes, & Euangelistas explicat: cuius tamen opinionem, tradito vero sicli sanctuarij põdere improbat Georgius Agric. lib. 2. de externis ponderib. Habet etenim siclus sanctuarij pondus drachmarum quatuor Atticarum.

Quartò eadem ratione facillimum erit examinari pondus Armillarum aurearũ, quibus seruus Isaac donauit Rebeccam. Pendebant enim duæ illæ armillæ siclos decem. Genes. cap. 24. Nam si locus hic de siclo sanctuarij sit accipiendus, põdus duarum armillarũ erit censendum iuxtà quadraginta Atticas drachmas, vel quinq; vnciarum, aut denique quadraginta numorũ aureorum, quos ex constitutione Regum Catholicorum signatos simplices ducatos appellamus. Quòd si de siclis vulgarib. intellexerimus locum præcitatum, pondus armillarum erit 20. drachmarum Atticarum: atque ideò 20. numorum aureorum, quos diximus ducatos simplices. Hieronymus tandem in traditionib. Hebraicis super d. cap. 24. locum illum de siclo sanctuarij palàm intellexit. Nam & hic frequentissimus est in sacra veteris testamenti Historia.

Quintò, ad eiusdem loci congruam interpretationẽ est idem obseruandum, põdus inaurium, quas idem seruus Isaac Rebeccæ donauit, inquit enim tex. sacer. protulit vir inaures aureas appẽdentes siclos duos. Vnde apparet, vtranque inaurem siclos duos appendisse, id est, octo drachmales aureos, quib. vtimur, & quos simplices ducatos appellamus: deniq; vnciam auri. & hæc iuxtà vulgarem editionem, & valorem sicli sanctuarij, cum pondus inauriũ secundùm vulgarium siclorum rationem esset 4. drachmarum, atq; ita 4. aureorum drachmalium, quibus nos Castellani vtimur. Quòd si editio illa sit obseruãda, quæ ex Hebræo sermone traditur in hunc modum: protulit inauream aurem, dimidium sicli pondus eius: quemadmodum D. Hieron. traduxisse videtur, & probatur Eugubinus ac Georg. Agric. lib. 3. de precio vet. monet. admodum differt inauriũ pondus: siquidem est censendum ac reducendum ad duas drachmas Atticas habita ratione sicli sanctuarij. Quo fit, vt Aloysius Lippomanus in catena super Genes. ca. 24. existimet, septuaginta interpretes non discrepare in eius loci translatione ab Hebræis dicẽtibus inaurem auream fuisse ponderis, semis-

semissis, vel dimidij sicli, etiam sanctuarij si apud interpretes septuaginta exponatur & adsumatur, ἀνὰ δραχμὴν distributiuè vt sit sensus, quòd quęlibet inauris erat pōderis vnius drachmæ.

Sic enim vtraq; inauris erit ponderis dimidij sicli sanctuarij: nempè duarũ drachmarum. Cui rationi accedit, quòd septuaginta interpretes sanctuarij siclũ semper & vbiq; didrachmum interpretantur: quēadmodum superius probauimus, & manifestum fit, Num. ca. 3. & Exod. c. 38. idcircò existimantes cum Hebræis, vtranq; inaurem appendisse siclum sanctuarij, & earũ quamlibet dimidium sicli, interpretati fuerunt distributiuè, cuiuslibet inauris pōdus esse cēsendum ad rationē vnius drachmæ, & ita dimidij sicli sanctuarij. Sic sanè fallitur doctissimus Eugubinus, dũ in d. c. 24. miratur, quod septuaginta interpretes siclũ verterint drachmā: siquidem ipsi septuaginta interpretes nō interpretātur, siclũ drachmam esse, cũ vbiq; eum didrachmum esse censuerint, sed existimarunt, Hebræos cuiuslibet inauris pondus tradidisse ad rationem dimidij sicli, quē interpretes cōstituerunt integrũ ex duabus drachmis, & dimidium ex vna drachma tantùm.

Sed adhuc discrimen constat, si Hebręi de siclo sanctuarij, & ponderis quatuor drachmarum intellexerunt locum illum, etiamsi vtriusq; inauris pondus fuerit ab eis significatum ex dimidio siclo, quia septuaginta interpretes siclum integrum solent constituere ex duabus drachmis. Hebræi verò ex quatuor. Sic multò maior est differentia, si dixerimus, ab Hebræis pondus cuiuslibet inauris ad dimidium siclũ constitutum: nam vtraq; inauris erit quatuor drachmarum ex pondere integri sicli sanctuarij. Qua ratione vt Aloysij Lipponiani sententiam probemus, oportet dimidium siclum apud Hebræos accipere pro pondere cuiuslibet inauris, & de siclo duarum drachmarum intelligere. Etenim tunc iuxta interpretes septuaginta quælibet inauris appendebat drachmam vnam, & secundùm Hebræos dimidium siclum. Quòd si dixeris, Hebræorum codicem intelligendum fore de siclo sanctuarij quatuor drachmarum, & vtriusq; inauris pondus ab eis significatum ex dimidio siclo: tunc interpretes septuaginta notari possent ex hoc, quod dimidium siclum duabus appenderint drachmis, quo pondere ipsi censere soleant integrum siclum.

Editio verò vulgaris, & quæ ab Ecclesia Catholica constitutissimam habet authoritatem, vt conueniat editioni Hebraicæ, quæ pondus significauit sicli dimidij, erit intelligenda de siclo vulgari: vt tandē quælibet inauris ex Codice Hebræorũ appenderit dimidium sicli sanctuarij, quatuor drachmarum, & vtraque integrum siclum, sicque quatuor drachmas, vel duos siclos vulgares, quorum quilibet didrachmus erat.

Sextò hinc planè deducitur, sibi non constare doctissimum Eugubinũ, qui Leuit. cap. 27. scribit, siclum apud Hebræos esse quasi sestertiũ masculini generis apud Latinos. Est enim hic manifestus error. Nā siclus, etiamsi eis esset vnius drachmæ, haberet ferè quatuor sestertios Latinos, & multò plures, si is duas drachmas aut quatuor pendebat.

Septimò apparet inde, an certum sit, quod diuus Hieronymus in d. c. 24. Genes. tradit, scribens, siclum Hebræum esse vnciam, & vnciam vnam pendere. Idem asserit Isidorus libro 16. Etymolog. cap. 24. Nā hoc incertum fit vel ex eo, quod idem Hieronymus fatetur, siclum pendere quátuor drachmas, & tamen vncia constat ex octo drachmis. Vnde verius dixissent authores hi, siclum esse semunciam. Quod ex authoritate Isidori tradit Anto. August. lib. 2. emendationum cap. 8. cùm ipse Isidorus asserat, siclum vnciam esse. Igitur vtcunque sit siclus sanctuarij, quatuor Atticas drachmas appendit, & ideò semuncia est.

Octauò expendi poterit ex his numus ille, cuius mentio fit apud Xenophontem lib. 1. de Cyri ascensu ad Babylonem. Is enim dictus est Siglus, & vt ex eodem Xenophonte deducitur, pendit septem obolos Atticos, & dimidium. Sed & Hesychius tradit, siglum numũ esse Persium, aut Sardiani-

dianicum, & valere octo obolos Atticos: pendit ergo hic numus drachmam vnam, & tertiam alterius partem. Idem probat Agricol.lib.2.de pond.monet.

Nonò hinc erit examinanda gl. in c. ſi quis aliqñ.§.in Leuit.de pœna.diſt.1. vbi mentio fit ſicli Hebraici. Ioannes etenim Theutonicus hæc confinxit carmina:

Tres ſiclos obolus, obolos tres drachma, ſed octo
Vncia fert drachmas, duodena dat vncia libram.
Siclus habet drachmas ſeptem obolo minus vno.

Hæc ſanè carmina parùm ſibi cõſtant. Nam ſi obolus habet tres ſiclos, fieri non poteſt, quòd ſiclus habeat ſeptem drachmas obolo minus vno. Idcircò Anton. Auguſtin. in d. lib. 2. emendat. cap.8. doctè & eleganter probat, primum carmen aliter legendum eſſe, ita equidem

Tres ſiliquas obulus, obolos ſex drachma.

Item admonet, ſiclum viginti pendere obulos Hebræos, quòd nos paulò ante probauimus. Supereſt tamen adhuc error: etenim ſi ex Anton. Auguſti. legendum eſt in primo carmine, obolos ſex drachma, qua ratione fieri poteſt, vt ſiclus habeat ſeptẽ drachmas, vno dempto ex his drachmis obolo? haberet ſiquidem ſiclus quadraginta & vnum obolos, quod ſatis refragatur eidem Anton. Auguſt. atque ideò nec ipſe ſibi conſtat. Nos verò arbitramur, authorem horum carminum non ſatis percepiſſe rationem, & vim huius numiſmatis, nec item intellexiſſe drachmæ pondus: tametſi primum carmen, vt & alia conueniant, ſit ita legendum.

Tres ſiliquas obolus, obolos ſex drachma.

Ita enim fit, vt ſiclus habeat ſeptẽ drachmas obolo minus vno, id eſt, viginti obolos, quos licet Hebræos verè ſiclus habet. Hic dubio procul eſt huius authoris ſenſus, etiamſi plurimum à ſcopo errauerit, dum drachmam effecerit trium obolorũ, & ipſa verè ſex obolos appendat. Sic etiam decipitur dum viginti obolos Græcos ex his, quos drachma Græca pendit, tribuit ſiclo, qui viginti quatuor Græcos obolos pendit: deinde ſiclum exiſtimat habere ſeptem drachmas: cùm omnium ſententia maior ſiclus, qui dicitur ſanctuarij, ponderis ſit quatuor drachmarum.

Cæterùm, licet ea, quæ de pondere de 11 narij, ac ſeſtertij ſcripſimus, ita recepta fuerint, vt inde poſſimus horum numiſmatũ valorem ad noſtram argenteam monetam conferre abſque inſigni æſtimationis, & precij errore: de valore tamen, quem hi numi apud veteres habuerint, maxima eſt controuerſia. Nam & ſi ab initio denarius decem valuerit aſſes, & quinarius quinq;, ſeſtertius duos & dimidium: ſunt planè qui exiſtiment, paulò poſt valorem illum mutatum fuiſſe, & denarium æſtimatum eſſe decem & ſex aſſibus, quinarium octo, ſeſtertium quatuor. Hoc enim apparet ex Plinio lib.33.cap.3. qui id contigiſſe ſcribit Hannibale vrgente Rempub. Q. Fabio Maximo dictatore. Eiuſdem ſententiæ authores ſunt Voluſius Mætianus libr. de Aſſe. Et Vitruuius lib.3.de Architectura. quorũ authoritatem ſecutus Anton. Auguſtin. libro 2. emendationum, cap. 7. à Budæi & aliorum ſententia diſcedit.

Huius opinioni accedit locus inſignis apud Cornelium Tacitum libro 1. quo in loco, vbi agitur de ſeditione Pannonica, conqueritur Pannonicus miles, quòd decem aſſes denarium acciperet: conſtat igitur apud Tacitum denarium pluris quam decem aſſium æſtimari. Nam & ex Plinio in d.c.3. apparet, in ſtipendio militari ſemper denarium decem aſſibus æſtimatum fuiſſe, & idcircò decem aſſes militi ſolitos dari pro denario, qui erat diurnum ſtipendium. Sed & Plinius ipſe palam aſſeuerat, eius ætate denarium æſtimari decem & ſex aſſibus, & ſeſtertium quatuor. Voluſius item Mætianus in dicto libro de Aſſe, qui Iuriſconſultus fuit, & floruit ſub Antonino Pio, Hadriano & Antonino Philoſopho, manifeſtè, & eo tempore hàc fuiſſe horum numiſmatum æſtimationem ſcribit, vt hinc ſatis probatum eſſe videatur aduerſus Budæum & alios, quæ fuerit vera ſeſtertij ac denarij æſtimatio. Sic ſanè intelligenda eſt Iuſtiniani Cæſaris conſti-

conſti-

constitutio in l. vltim. C. de dona. verba (inquit) superflua, quæ in donationibus poni solebant: id est, sestertij numi vnius, assium quatuor, penitus esse reijcienda censemus. Etenim ad interpretationē sestertij, ne quis ea verba intelligeret de sestertio neutrius generis, adiectum est assium quatuor, cuius valoris erat sestertius secundum Mætianum. Quæ quidem interpretatio placet Antonio Augustino. Cui libenter addiderim illa verba (sestertij vnius) in donationibus: ideò esse superflua, quòd cùm verè donatio fieret, simulatè vnius numi precium apponebatur, vt videretur venditio, quæ vnius numi precio apposito ficta iudicabatur. l. Si quis antè condaxerit. ff. de acquir. poss. & ex Suetonio in Cæsare, & Valerio Maximio lib. 5. adnotauit Budæus lib. 4. de Asse. Et in rub. ff. de in diem adiectione. Vtcunque tamen fit, etiamsi à Budæo Mætianum sequuti discedamus, iterum admoneo, non esse admodum incertam denarij, & sestertij æstimationem ad nostræ pecuniæ rationem & pondus, ex quo certa poterit constitui & diffiniri æstimatio. Sed & illud planè constabit ad Hannibalis tempus, & Q. Fabij Maximi dictaturam denarium decem assibus æstimatum fuisse, sestertiumq; duobus, & dimidio: tametsi postea contigerit maior horū numismatum æstimatio.

Quòd si quis adhuc sequi Budæi sententiam velit, ac existimet, frequentiorem fuisse in Repub. Romana denarij æstimationem ad rationem decem assium, & sestertij ad rationem duorū & dimidij: denique Mætiani æstimationem opinetur temporariam fuisse, habet profectò graues authores Varronem lib. 4. de verbo. origine. Priscianum lib. 6. & Sextum Pompeium, qui cēsent, denarium decem asses valuisse, quinarium quinque, sestertium duos & dimidium: tametsi admodum vrgeant authores in contrarium citati, ex quibus apparet, hanc æstimationem fuisse receptam ad Q. Fabij dictaturam, & post eam denarium pluribus assibus æstimatum esse.

Fortassis, vt & hoc obiter adnotemus, argentei, quibus Christus diuenditus est, non erant denarij, sed numi didrachmi: vt censet Budæus libr. 5. de Asse ex numo quodam illorum, qui apud Gallos in sacrario ecclesiç cuiusdam maxima cum veneratione seruatur. Sic sanè erant illi numi sicli vulgares Hebræorum. Fit deinde † mentio aliquot in locis Sterlingorum quorundam: erat verò Sterlingus numus argēteus Anglicus ex vicesima sexta parte vnciæ: nam viginti sex numi argentei Sterlingi vnciam pendebant authore Virgiliò Polydoro in historia Anglica. libr. 16. dictus autem est hic numus, vt idem author tradit, sterling*, quod Sturnus auis, Anglicè Sterling. Vulgò Stornino, in altera parte numi esset impessa. Erit igitur quilibet sterlingus paulò maior sestertio Romanorum: si quidem viginti octo sestertij vnciam apud Romanos efficiebāt, quam apud Anglos itidem constituunt viginti sex Sterlingi: atque ideò erit sterlingus tertia nostri numi regalis argētei pars: aut numus paulò minor tertia Castellani argentei parte. Horum sterlingorum mentio fit in c. constitutis. de procurat. & in cap. 3. De arbitris. 12

THEMA CAP. III.

De veterum aureis numis.

SVMMARIA.

1 *Aureus numus apud Roma. quo tēpore fuerit percusus*

2 *De aureis numis, quos signari iusserunt Reges Catholici, Fernandus & Elisabeth, eorumq. nepos Carolus inuictissimus.*

3 *Solidus aureis, cuius mentio fit à Iustiniano, quod pondus habuerit.*

4 *Solidus, qua ratiōe sic dictus fuerit. Et inibi de tremissibus & semissibus.*

CAPVT III.

AVREVS numus apud Romanos cœpit, post annum sexagesimum secundum, quàm argenteus, teste Plinio

nio libr.33. capit.3. Nempe anno ab vrbe condita quingentesimo, quadragesimo sexto, ante Christi natale anno ducentesimo duodecimo. Græci itidem numis aureis vsi fuère: quemadmodum passim constat ex Historicis, Græcisque authoribus: tametsi Lycurgus numo aureo & argenteo expuncto, ferreum solùm vtendu imperauerit, sicuti Plutarchus scribit in eiusdem Lycurgi vita. Reges autem Catholici Fernandus & Elysabeth anno millesimo, quatercentesimo, nonagesimo septimo, cudi iusserint monetã aurem in his regnis ad hanc rationem, vt ex quolibet marcho percuterentur sexaginta quinq; numi aurei, & tertia alterius numi pars. Sic etenim ex libra auri 12. vnciarum percussi fuere numi aurei 98. Hi verò numi ex ipsa regia constitutione appellanrur Excellentes, eiusque ponderis dupli fuère. Item signati alij numi aurei, quos Doblones vulgus appellat, & demum alij, qui quinque decem, viginti aut quinquaginta numos excellentes penderent: quos sæpissimè & nos vidimus, atque ita cautum extat pragmatica constit. 118.

Hac denique deprehensa horum numismatum pōderis ratione, apparet, quēlibet horum numorum, quos Ducatos dicimus, & Excellentes regia l. nuncupantur, drachmalem esse, & ferè habere Atticæ drachmę pondus. Nam drachmæ Atticæ 64. Marcum efficiunt. 96. Romanam libram 12. vnciarum. Quam ob rem ex aureis his drachmalib. integri ponderis 64. tot detrahuntur grana, quæ efficiunt numum alium, & alterius tertiam partem: sic ex 96. tot grana subtrahuntur, quæ duos numos aureos excellētes constituunt. Drachmam autem hac in parte intelligo Atticam, quæ appendit septuaginta duo grana, quæ quidem Attica drachma duas cōtinet drachmas vulgares, quibus aurifices vtuntur. Valet autē quilibet numus aureus ex his 11. regales argenteos huius regni numos, quorum præcedenti ca. meminimus, & vltra vnum marauedinum æreum, atq; ideò valet CCCLXXV. æreos marauedinos. Expendebatur in his Hispaniarum regnis ab hinc decem, viginti & triginta annis aureus dictus Castellanus, cuius pondere & nunc aurifices fabriq; argentarij vtuntur. Erat verò is numus probi quidē auri, & pendebat octo tomines, quorū quilibet pēdit 12. grana: duoq; efficiūt scripulū: Sic sanè numus aureus Castellanus, appēdit Atticam drachmā, & scriptulū vnū, habetq; sextā vnciæ partē: qua ratione 48. Castellani efficiūt marchum vnū, pondere quidē iusto, & sex vnciā: quemadmodū ex ipsius numismatis vero pondere satis apparet. Huius numi aurei Castellani valor est planè quatercētorum octuagina quinq; marauedinorū, quorum in 1. ca. meminimus. Demum Carolus Cæsar Hispaniarū Rex percuti iussit aureos numos, qui Coronati, aut Coronæ dicūtur. Hi modò frequentiores sunt, quorum sexaginta octo faciunt marchū, & octo dimidius vnciā: triginta quatuor pendunt vncias quatuor, centū & duo efficiunt librā Romanā 12. vnciarum. Valor cuiuslibet numi ex his censetur ad tercētum, quinquaginta marauedinos. Deniq; numus hic aureus decē regales argēteos numos, & decem æreos marauedinos in æstimatione reddit: sicuti statutū est ab ipso Carolo in Toletano totius regni conuentu anno M.D.37. l. 104. Habet autem aureus hic numus pōdus sexaginta octo granorum, conficiturq; & signatur ex auro non ita puro & precioso, vt est illud, ex quo excellentes aurei numi signabantur.

Olim à Romanis numus percussus fuit, qui ex auro signatus simpliciter aureus dicebatur, cuius numi passim mētio fit à Iurisconsultis & veteribus Historicis: sed quia ab eisdē traditur plerunq; numus aureus, qui dictus est solidus, nondum satis constitutū est, imò adhuc cōtrouertitur, an aureus, & solidus eiusdē pōderis & valoris fuerint. Ipse verò post tot egregios authores rē istam breuiter examinabo, rationes vtriusq; opinionis & authoritates adducens: ne videar temerè alteram ex his sententiam elegisse, & vt palàm fiat, posse vtranque habita ratione temporum verè & constanter asseuerari. 3.

Pri-

Primùm.n. illud sit absq; controuersia, solidū aureū, cuius mentio fit à Iustiniano,& alijs paulò ante Cæsarib. sextā fuisse vnciæ partē: atq; idē appendere drachmam Atticam,& scrupulū vnū, quo fit, vt sex solidi efficiāt vnciā,& 72. librā. Quod cōstat ex Isidoro li. 16. Etymol. ca. 14. Cōst. Harmeno. li. 3. epitomes. tit. 7. text. ad hoc insignis in l. quoties. C. de suscep. & Arca. li. 10. cuius literā & contextū subijciā ex ipso codice Theodosiano, vt lector percipere possit facillimè, quantum differat à vulgata lectione,& aliqua Accursiū adnotasse, quæ planè subticuisset, si integram constitutionem legisset. Extat igitur constitutio hæc lib. 12. Cod. Theo. l. 13. titu. de susceptoribus, præpositis & Arcarijs.

Idem A. A. ad Germanianum Com. S. L.

Quotiescunque solidi ad largitionum subsidia perferendi sunt, non solidi, pro quibus adulterini sæpè subduntur, sed aut idem in massam redacti, si aliundè qui solui potest habere materiam auri obryzæ dirigatur, pro ea scilicet parte, quàm vnusquisq; defendit: ne diutius vel allecti, vel prosecutores, vel largitionales adulterinos solidos subrogando in compendium suum fiscalia emolumenta conuertant. Illud etiam cautionis adijcimus, vt quotiescunq; certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa trāsmittitur, in septuaginta duos solidos, libra feratur accepto. & cætera.

Dat. 6. Idus Ianuarias, Romæ Lupicino, & Iouino Consulibus.

HAec in Codice Theodosiano nuper typis tradito Ioan. Tillij Angolismēsis diligētia & opera: tametsi in Iustiniani Codice tantū apposita sit vltima huius cōstitutionis pars: his equidē verbis. Quotiescunq; certa summa Solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa trāsmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto. Huius constitutionis authoris fuere Valens & Valentinianus Imperatores ac Cæsares. Vnde manifestum fit, solidū aureū, sextā fuisse vnciæ partē: & ideò sex solidos vnciā, septuaginta duos auri librā duodecim vnciarū efficere. Hanc sententiā etiā probāt & admittunt, præter Isidorū & Cōstantinū, Guliel. Budæus li. 5. de asse. Georg. Agric. li. 2. de pōd. & temperat. monet. & Alciat. li. 3. Dispūct. c. 9. Solidus autē ideò dictus est, qꝫ nihil illi deesse videatur. Solidū .n. antiqui integrū dicebant secundū Isidorū,& probatur in l. ergò. §. creditorib. ff. de fideicōm. libert. testis item est Horatius scribēs: aut partem solido demere de die. Idemq; Nebrissensis adnotauit in iuris ciuilis Lexico. Ea verò dictio, de qua modò agimus, etiam aureis conuenit, & in vsum accessit ad discrimen constituendum inter aureos integros,& semisses, ac tremisses: cùm semisses ex dimidia auri parte, tremisses ex tertia constarent: sicuti apparet ex Aelio Lampridio in Alexandri Seueri ita. & in l. iubemus. C. de erogatione miliatr. annonę lib. 12. & titulo de veste militari. l. 3. eodem libro. Quo in loco inquiūt Archadius & Honorius. Fortissimis militibus nostris per Illyricū non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari præcipimus. Sic Volusius Mætianus de asse, librā integram solidū appellat. Prima, inquit, diuisio solidi, id est, libræ.

Ex quibus deducitur, non ex eo dictū fuisse solidum, quia de solido,& puro auro factus fuerit, à soliditate, vt falsò existimat gloss. in l. vnic. C. de veteris numismat. potestat. li. 11. Nam & ex his quæ hoc in capite nos adnotabimus, constabit, aureos veteres, & solidos frequentissimè percussos fuisse ex auro mixto, nō ex puro & obryzo. Solidus tamen hic numus aureus. 24. siliquas appendit: & ideò octaua eius pars tres habet siliquas: vt probat Antonius Augustinus ex Nouella Græca constitutione. 130. de vsuris nauticis, nondum typis tradita. Etiamsi falsò alij contrarium scripserint, quorum error manifestè deprehenditur ex eo, quòd sexta vnciæ pars, quam appendit solidus, constet ex drachma Attica, & scriptulo: drachma verò ex obolis sex,

& sic decem & octo siliquis: scripulum ex duobus obolis, atq; ita ex siliquis sex: quemadmodum in c. praecedenti probauimus, vnde solidus 24. habet siliquas. Hinc tandem fit, vt solidus hic numus aureus, qui sextam habet vnciae partem, omninò similis sit numo aureo Castellano. Et hoc quidem obtinet quò ad pondus: nam de valore & precio ipsius solidi paulò post in hoc ipso capite dicemus, tametsi haec ferè iam olim tradiderimus libr. 1. Variarum Resolut. cap. 11. Hęc igitur sunt planè accipienda, & absque vlla controuersia de solido aureo, cuius mentio fit in ipsius Iustiniani Codice, & in eiusdē Caesaris constitutionibus.

Ex § sequenti.

SVMMARIA.

1 *Aureus, quòd sexta fuerit vnciae pars, multis probatur rationibus.*

2 *Rursus traditur, aureum à solido differre, & quartam efficere vnciae partem.*

3 *Quae fuerit hactenus auri ad argentum, argentiúe ad aurum proportio.*

4 *Auri bonitas traditur, & qua ratione cognosci ea possit.*

5 *Aurum obryzum, quid.*

6 *Argenti bonitas itidem distinguitur.*

7 *Argentum postulatum, quid.*

§. Primus.

DE aureo sanè quidam opinantur, eum numum pondere similem fuisse solido, atque ideò sextam fuisse vnciae partem. Haec sententia placuit aduersus Budaeum Aemilio Ferreto in stitu. de poena temerè litig. Antonio Augustino lib. 2. emendat. ca. 9. Eandem probat, veriorem ac certiorem esse censet Ioann. Arce ab Otalora olim in hoc Granatensi Praetorio regius cōsiliarius, qui nūc Pintiae eodem munere fungitur, vir equidem ob singularem eius eruditionē ab omnibus, sed à me prae caeteris suspiciendus. Is inquam in eleganti opere, quòd de nobilitate Hispana publicum fecit, parte 2. ca. 4. scribit, solidum & aureum idem esse, nec pondere, nec valore differre. Horū authorum rationes exponam, vt facilius deprehendi possit, quò tendat huius controuersiae status.

Prima eorum ratio adsumitur ad d. l. quoties. qua constat, numum aureum, qui solidus dictus est, sextā fuisse vnciae partem. Idem probatur authoritate Isidori & Constantini Harmenopuli, quorū modò meminimus. Igitur satis apparet, aureum numū apud veteres & Iurisconsultos sextam fuisse vnciae partem, & sic omninò similem extitisse solido pondere quidem, & item numo aureo Castellano.

Secūda ratio adducitur ex l. vnic. C. de collat. aeris, libr. 10. Etenim constitutione quilibet aureus solidus aestimatur vicenis libris aeris, id est, interprete Antonio Augustino centum viginti sestertijs. Sed si solidus minoris pōderis esset, quàm aureus, verisimile nō fit, eum pluris aestimari, cùm aureus centum tantùm sestertijs fuerit aestimatus. Consequitur ergò, cùm constet de solidi certo pondere, idē pondus & aureum habuisse.

Tertiò idem probatur in l. si verò. §. Praetor ait. ff. de his, qui deiecer. vel effud. poena etenim ibi statuta est in Pandectarum decē solidorum, quae per Iustinianū expressim traditur nomine decē aureorū. in §. item is. verf. cui similis est. Inst. de oblig. quae ex quasi malefic. nascunt. Ex quibus duo libet adnotare. Primū apud Iurisconsultos in Pandectarū libris mentionē fieri solidorū: quae itidē fit in l. quia vulgò. ff. de aedil. edic. Secūdum, promiscuè à Iurisconsultis, & Iustiniano accipi solidos, & aureos, vt idem omninò sint.

Quartò, hoc ipsum stabilitur ex l. 1. in princip. ff. de his, qui deiec. vel effu. quo in loco poena constituitur quinquaginta aureorum, quam sub eadem quantitate, & eodem aureorum nomine repetit Iustinianus in dicto §. item is. versic. ob hominem. Vt hinc planè constet, Iustinianū veterem aureorum monetā minimè mutasse, sed manifesto argumento comprobasse, eam solido parem esse, cùm in eadem materia, quae per veteres leges tradita fuerit sub promiscuo aureorū & solidorum,

dorum vsu, ipsemet quandoque solidorum, quandoque aureorum mentionem fecerit.

Quintò idem probare conantur ex eo, quòd Iustin. in §. vlt. Inst. de pœn. temerè lit. pœnam à Iurisconsultis quinquaginta aureorum numero statutā in l. si libertus. ff. de in ius voc. l. 2. l. in eum. & l. vlti. ff. de in ius voc. vt eant. quinquaginta solidorum nomine expressit

Sextò cōstat, à solido aureū non differre, nec pondere, nec valore, ex regia l. 7. tit. 18 part. 1. vbi aduersus occidentem Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum pœna solidorum statuta est sub certo numero: cùm idem numorum numerus videatur sub aureorum nomine iure communi diffiniri pro eiusdem criminis pœna. c. qui subdiaconum. 17. q. 4.

Septimò hoc ipsum probari potest, quia in quibusdam regijs constitutionibus mentio solidorum fit in his casibus, in quibus apud ipsos Iurisconsultos aureorum nomen exponitur. Nam & aurei, quorum meminêre Iurisconsulti in l. 1. §. 1. & §. 2. ff. de sepul. viol. solidi nominantur in l. 1. & 2. lib. 4. fori.

Octauò eadem opinio comprobatur authoritate Accursij. Bart. & Doct. in d. l. quoties. & in l. quicunque. C. de ser. fugi. Abb. & Felin. in c. conquerente, de offi. ordin. quorum, & aliorū communi consensu decisum extat, aureum Iurisconsultorum, & solidum Iustiniani eiusdem valoris, & ponderis fuisse.

Nonò & his rationibus ipse aliam adijcio, certò sciens, quantum ea sit roboris habitura. Etenim cùm regiæ partitarum leges plerunq; ac frequentissimè aureos, & solidos veterum Iurisconsultorum, & Iustiniani in eandem monetam Hispaniarum trāstulerint, satis est probabile, doctissimos illos viros, qui Partitarum operi strenuam dedêre operam, planè existimasse, eiusdem ponderis, & valoris, aureum, & solidum fuisse.

Verùm ex contrario alijs visum est, aureum veterem à solido Codicis Iustiniani differre proportione sescupla, ita quidem, vt aureus sit sescuplo maior pōdere ipso quidem solido. † atque ideo quatuor aurei vnciam efficiunt: quadraginta octo auri libram duodecim vnciarum: triginta duo marchum octo vnciarum. Sic etenim censent, & opinantur Guliel. Budæ. lib. 3. & rursus lib. 5. de Asse. Leonar. Port. lib. 1. de monetis & ponderib. Alciat. libr. 3. dispunct. cap. 9. Georg. Agricola libr. 2. de pond. & temporat. monet. quorum sententia multis probari potest.

Primò, ex ipsismet numis aureis veteribus, quorum viginti quatuor testatur Budæ. in d. lib. 3. expendisse, atque ex iusti ponderis examine deprehendisse, ipsos appendere sex auri vncias. Scribit tamen aureis viginti quatuor addidisse duas drachmas, & grana quædam, ex quibus perduxit rem ad æquilibrium. Sic factum est, vt viginti quatuor aureis duæ ad iustum & exactum pōdus deficerent drachmæ. Idque mirum nō est ob eorum vetustatem, ex qua consumpti, & corrosi aliqua ex parte fuêre. Igitur huius doctissimi viri diligentia probabiliùs est, aureū quartam fuisse vnciæ partem: cùm viginti quatuor sex vncias appenderint, duabus propter vetustatem eorum deficientibus drachmis.

Secundò ad hoc ipsum & locus Plinij conducit lib. 33. cap. 3. Etenim ex emendatione Leonardi Portij, Agricolæ, & aliorum ita is scripsit. Aureus numus post annum sexagesimum secundū percussus est, quàm argenteus, ita vt scrupulum valeret sestertijs vicenis, quod efficit in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant. V. D. C C L X. sestertios. Post hæc placuit, quadraginta duo signari ex auri libris, paulatimque Principes imminuere pondus, minutissimè verò ad 48. Hæc Plinius, ex quo apparet, aureos quatuor vnciam fecisse, & ætate ipsius Plinij ex auri libra Romana percussos fuisse aureos quadraginta octo.

Tertiò his accedit Iulij Pollucis authoritas, is etenim lib. 4. de vocabulis ad Cōmodum Cæsarem, inquit, Aureus numus duas drachmas Atticas habebat. Vnde par

est, vt quemadmodum denarius Romanus ferè drachmalis pondere fuerit: ita & aureus Romanus duas drachmas habuerit: vnde manifestum fit aureo quartam fuisse vnciæ partē: cùm vncia ex octo drachmis constet.

Erit igitur hic aureus Romanus iuxta pondus istud similis ferè habita ratione pōderis aureo numo duplo, quem vulgus Doblon appellat. Est enim duplus hic numus aureus ponderis ferè duarum drachmarum: siquidem dupli aurei Castellani, quos cudi iusserunt Reges Catholici Fernandus, & Elysabeth, triginta duo efficiunt marchum addito alterius dupli aurei Besse, aut duobus adiectis tremissibus: atque ideò quatuor ex his vnciam ferè constituunt.

Quartò ad hanc rem diligentiùs expēdendam oportet prænotare, aureum illū veterem, qui absq; vlla cōtrouersia viginti quinq; denarios argenteos valuit, si is foret solido similis, ita vt drachmam, & scrupulum appenderet, maximè dissimilem constituere proportionem, & analogiam auri ad argentum, multumq; diuersam ab ea, quæ Cæsarum temporibus, & multò antè Romæ habita fuerit.

3 † Qua de re illud est constituendum, quòd olim cùm Romæ fuit auri penuria, authore Plinio, ea fuit proportio auri ad argentum, quæ est quindecim ad vnum: drachma etenim auri quindecim argenti drachmis æstimabatur.

Erat ergò quindecuplex auri ad argentū analogia, seu æstimationis proportio, quod palam deducitur ex Plin. qui lib. 33. cap. 3. scribit, scrupulum auri vicenos sestertios valuisse: sed viginti sestertij quindecim argenti scrupulos continebāt: nempè appendebāt quinq; drachmas, aut denarios, quorum quilibet, si denarius omninò drachmæ similis est, tria scrupula pendit: igitur ex Plinio deducitur, tunc auri ad argenti esse proportionem quindecuplam, atque ita Budæus Plinij locum lib. 3. de Asse inducit, & interpretatur. Deinde apparet, Romæ vnā auri partem decem argenti partibus aliquando æstimatam fuisse. Cuius rei testis est Liuius lib. 38. agens de conditionibus pacis, ad quas Aetoli conuenerant cum Romanis, inquit enim de pecuniæ summa, quā penderent, pensionibusque eius nihil ex eo, quod cum Consule cōuenerat, mutatum, pro argento si aurum dare mallent, dare conuenit, dum pro argenteis decē aureus vnus valeret.

Idem & Iulius Pollux lib. 9. de vocabulis ad Commodum affirmat ex Mænandri comœdia, quæ depositum apud argentarium dicitur. Huius loci Budæ. & Georg. Agric. meminère. Et licèt Caro. Molinæ. de contractibus, quæst. 100. nume 779. existimet, parum cautè Liuij locum ad rem istam adduci, opinor ipse optimè hoc ex eo probari: cùm sit vero simile, de aureo, & argenteo eiusdem ponderis actum fuisse.

Herodotus autem in Thalia vnum auri talentum taxauit tredecim argenti talentis. Romæ verò Sergij Galbæ temporibus vna auri portio æstimata fuit argenti portionibus duodecim, & dimidia: quod ex Tranquillo, & Cornelio Tacito in hunc modum deducit Georgius Agricola.

Scribit enim Suetonius Tranquillus in Othone Siluio: Nullo igitur officio, aut ambitionis in quenquam genere omisso, quoties cœna principē acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat.

De eadem quoque largitione ita loquitur Tacitus, eo paulatim progressu, vt per speciem cōuiuij, quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim cētenos diuideret. Nā cū centum numi sestertij efficiant quinq; & viginti denarios, & aureus duorum denariorum pondus habeat, vna quidem auri pars, argenti partibus duodecim & dimidia æstimata fuisse videtur. Hipparchus apud Platonem apertè asseuerat, vnā auri portionem esse precium duodecim argēti portionum. Sic etenim constat ex Platonis Dialogo, cui titulus Hipparchus, vel de lucri cupiditate.

Deinde Vnspasiani temporibus, vnam auri portionem, argenti portionibus duodecim æstimatam à Romanis fuisse, deducitur ex Plinio, qui lib. 19. cap. 1. Proximus, inquit, Byssino, mulieré maximè delitijs circa Elin in Achaia genito, quaternis denarijs scriptula eius permutata quondam, vt auri.

Habent enim quatuor denarij pondus duodecim scrupulorum, seu scripulorũ. Eritque paulò maior auri ad argentum proportio, si denarium maiorem drachma constituamus, nempe si septem denarij efficiant vnciã, quæ constat ex viginti quatuor scrupulis, tunc sanè quatuor denarij pondus habebunt ferè quatuordecim scrupulorũ: atq; ideò auri ad argẽtũ proportio hæc erit constituenda, vt vna pars auri ferè quatuordecim argenti partibus sit æstimanda.

Sic deniq; tempóre illo, quo Romæ solidus sextularis erat, auri portio vna, quatuordecim argenti portionibus æstimabatur: quemadmodum ex l. 1. C. de argenti precio, lib. 10. deducitur: & adnotárũt Carol. Molin. de contract. q. 100. nu. 779. Ant. Augustin. lib. 2. emend. cap. 8.

Hoc ipsum & multò antè obtinuerat, vt ex Plin. modò probauimus, & ex Suetonio, ac Tacito paulò antè citatis idem obseruandum erit, si ex septem denarijs vnciam, & ex duabus drachmis aureum veterem constituamus: siquidem viginti octo drachmæ, & aliquid plus constent ex viginti quinq; denarijs.

Fit igitur satis manifestũ, olim Romæ tempore, quo solidus erat in vsu ex sexta vnciæ parte, & item eo, quo aureus publica percudebatur authoritate, auri ad argentum eam fuisse proportionem, quę est vnius ad quatuordecim. Quod si hæc vera sunt, nec vnquàm pluris fuerit aurum Romæ æstimatum, quàm ad rationem vnius pro quindecim argenti partibus, fieri non potest: nec est verosimile, aureum pendentem drachmam, & scrupulum, & sic similem pondere Iustiniani solido, valuisse viginti quinq; denarios argenteos: cùm esset tunc ea proportio auri ad argẽtum, quæ est vnius pro vndeuiginti, quod nullibi legi, & si diligenter inquisierim.

Et hæc quidẽ si denarius põdere drachmæ similis cõstituatur. Quod si denarius Plinio authore, septima est vnciæ pars, multò maior erit auri ad argentũ æstimationis analogia, & proportio, quia vna pars auri æstimanda est vna & viginti argenti partib. Hanc sanè rationẽ ipse quãdoq; probaui pro Budæi, Leonardi Portij & aliorum sententia, quam vlteriùs exponam illud primum præfatus, minimè controuersum esse, apud veteres aureũ viginti quinq; denarios valuisse, quod minimè negant Anto. Augušt. & Ferretus: idemq; nos interiùs euidenter ostendemus.

Nostra verò ætate vna quidẽ auri pars vndecim argenti partibus, aliquando duodecim æstimatur, & pluris ob auri inopiam, vel eius æstimationem ex eo cõtingentem, quod aurũ sit purum absque vlla argenti, vel æris mistura. Hæc autem tam variæ æstimatio auri, præter rationem illam, quæ ab eius inopia sumitur, poterit cõtingere ex ipsius auri, vel argenti qualitate. Hæc tandem qualitas inde constat, quòd quãtò puriùs est ipsum aurum, vel argentum, tãtò est maioris æstimationis: sic & minoris æstimandum erit, si in istum sit alterius metalli maiori portioni. Auri etenim bonitas in viginti quatuor caractis indicaturæ pro ratione marchi consummatur. Nostri siquidem aurifices & argentarij fabri ad legem, & bonitatẽ auri indicandam & deprehendendam vtuntur caractis, quam dictionem à Ceratio, verbo Græco deflexère.

Est enim Ceratium minuti põderis vocabulum à grano siliquę ductum, qui fructus est arboris prædulcis digitorũ hominis lõgitudine, & pollicis latitudine. nos Hispani Garrouas dicimus: intus sunt grana, quæ ceratia dicuntur nomine cũ fructibus communicato. Sic Columel. lib. 3. Siliquã, inquit, Græcam quidam ceratiũ appellãt. Hac tamne in parte ceratiũ non ad põdus veteris ceratij, aut siliquæ referendum est, sed ad auri indicaturã: quod & Budæ. admonet lib. 3. de Asse. Nã auri-

fices

fices Marchum diuidunt in viginti quatuor caracta, quæ vulgò Quilates vocamus: cuilibet autem vnciæ conueniunt tria caracta, aut tres quilates: qua ratione cùm dicimus, oro de.24.quilates, intelligimus aurum purum, & obryzum, quod nullam habet mixturam alterius metalli, nec argenti, nec æris.

Hinc sanè fit, quòd aurum illud est omninò purum, quod totum legitimũ vnciæ, vel marchæ pondus, id est, in marcho 24.caracta, habet ex vero auro, nullo admixto metallo, nec argẽto, nec ære. Quòd si marchæ auri fit admixta vicesima quarta æris, vel argenti pars, dicetur aurum istud viginti trium caractorum: nos dicemus vulgari sermone, oro de.23.quilates. Sic si in auri marcha sit duodecima portio argẽti, vel æris, dicetur aurum hoc viginti duorum caractorum, id est, oro de.22.quilates.

Hæc verò auri bonitatem facilimè deprehendunt artifices, lydio lapide aurũ probantes. Nam & Plinius lib.33.cap.8.de eodem lapide lydio tractans, inquit, His coticulis periti cùm è vena, vt lima rapiunt experimentũ, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris: scrupulati differentia mirabili ratione non fallente. Hæc Plinius, qui scrupulum dixit, quod nos quilate dicimus. Hæc tamen Castellana dictio, quoad pondus, quatuor habet grana vulgaria.

Hinc ergò planè intelligitur constitutio Regum Catholicorum, cuius in hoc capite meminimus, dum iubet, aureos numos, quos excellentes appellat, ex auro percuti, quod aurum sit de ley. de.23. quilates, y tres quartos. Est enim hoc aurum non omninò purũ, sed quod habet argẽti, vel æris admixtam nonagesimam sextam partem: sic habet aurum istud æris, vel argenti quartam vnius caracti partẽ in auri marcho, vel in octo vncijs.

Eadem ratione const[illegible] intellectus ad l.104.Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis anno 37.Pintiæ latam, qua constitutũ est, vt numi aurei percutiantur, & hi Coronę dicantur, ex auro quidem 22.caractorũ, id est, de 22.quilates. Habet enim hoc aurum in quolibet marcho duodecimam argenti vel æris admistam portionem: & sic vnius vnciæ duas partes è tribus. Dicitur aurũ istud apud Latinos duo & vicenariũ: quia duodecima parte ab auro purissimo deficiat, & habeat viginti duo caracta.

Eodem fermè modo aurum dicitur vicenarium quod est viginti caractorum. Et item aurum duodeuicenarium, quod habet 18.caracta: & id differt à purissimo quarta parte: quemadmodum Budæus diligentissimè explicat libr.3.de Asse scribens. vasa rarò ex auro purissimo fieri: ideò, quod illud aurum vsuram non fert, nec attrectationem sine magno intetrimento, idcircò consultò temperatur. Et idem fit in anulis, catellis, spirisq́; & mũdo muliebri, ne facilè frangatur, aut torqueatur. testatur & ipse Budæ. apud Gallos numos aureos percuti ex auro, quod vno tãtum seratio deficiat in ipsa iudicatura: cùm constet ex viginti tribus caractis. Sed & hinc aperitur sensus Suetonij Tranquilli, qui in Cæsare scribit cap.54. in Gallia fana, templaq́; Deum donis referta expilauit, vrbes diruit sæpiùs ob prædam, quàm ob delictum: vnde factum, vt auro abundaret, ternisq́; milibus numum promercale in Italia, prouincijsq́; diuideret.

Etenim ex hoc Suetonij loco manifestum fit, auri libram æstimatam fuisse ad rationẽ ferè vnius auri partis pro argenti octo partibus: cùm de sestertijs numis sit Suetonius intelligendus: vnde coniectare possumus, aurũ illud, nempe vascularium, fuisse duodeuicenarium, & à purissimo auro quarta parte deficere, vt tãdem fuerit aurum de.18.quilates, quod & ipse Budæ. admonet.

Hæc quidẽ de auro puro adnotauimus, & de mixto: aurum verò purissimum passim obryzum vocatur: † atque inde obryzati solidi dicũtur in l.vniuersos.C.de vete.numismat.potest.& in l.1.C.de oblatione votorum, lib.12. qui ex purissimo auro fuerint signati. Plin.ad hæc lib.33.cap. 3. Auri, inquit, experimento ignis est, vt 5

simili

ſimili colore rubeat, quo ignis, atque ipſum obryſum vocant. Sic & ad bonitatẽ auri, & eius pondus examinandum iubet lex conſtitui publicum iudicem, quem, Zygoſtatem appellat: nos Contraſte dicimus. l. 2. C. de ponderator. & auri illatione libr. 10. Olim Romæ lege lata à Mario Gratidiano ſtatutus eſt ludus, id eſt, ſchola, probandi numiſmatis, vt ægrè fallere poſſent numi adulteratores, teſte Plinio lib. 33. cap. 9. Commemorat ad hæc Georgius Angli. l. 1. de precio metallorum. Darium Regem Perſarum, cùm cuperet tale monimentũ ſui relinquere, quale nullus Rex reliquiſſet, ex auro, quod quàm fieri potuit, puriſſimũ excoxit, numos percuſſiſſe, qui Darici vocati ſunt. Daricus autẽ hic numus pẽdebat duas drachmas: vnde ſimilis erat duplo aureo numo, quẽ percuti iuſſerunt Reges Catholici Fernandus, & Elyſabeth: quemadmodũ ex dicto pondere conſtat: quod proprium huius Darici numiſmatis fuiſſe ex Xenophonte, & Ariſtophanis interprete docet idem Agric. lib. 2. de pond. & temper. monet. aduerſus Budæũ, qui exiſtimat, Daricũ octo drachmarum pondus habuiſſe.

Erat ergò Daricus pondere ſimilis aureo Romano iuxta poſteriorem ſententiam: habebatq́; ex altera parte imaginem Darij, ex altera Sagittarium inciſum, authore Plutarcho in vita Artaxerxis. Tyberius itẽ Imperator, qui Iuſtino ſucceſſit, Chilpericum Regem Francorum aliquot puris aureis ad eũ miſſis donauit: quorũ quilibet librã pendebat, & altera cuiusq́; pars exprimebat imaginem Imperatoris, cum hac inſcriptione: Tyberij Cõſtãtini perpetui Auguſti: altera currum quadrigatum, cui inſidebat auriga, cum hac præclara inſcriptione: Gloria Romanorum. cuius rei meminit Georg. Agricola lib. 1. de prec. metallorũ. atq; item Sabellicus Aene. 8. lib. 5. Sed & Paulus Aemil. de rebus Francorum, lib. 1. idem ſcribit adijciens, hos numos fuiſſe quinquaginta: tametſi non ſcripſerit, eos fuiſſe ex auro puriſſimo ſignatos. Aurum verò hoc puriſſimum obryzum vocatur, quaſi ophirizum, aut ophiriſium authore Hieronymo ab Ophir Inſula Aethiopiæ, vnde puriſſimũ aduehebatur. Latini autem & pro obryzo obruſſam dixère: vt Seneca Epiſt. 13. hæc, inquit, eſt eius obruſſa: id eſt, ſumma bonitas: vt interpretatur Andræ. Alciat. lib. 5. Parergon. cap. 9. Qui etiam cenſet, hinc dici Prouerbium, ad obruſſam: id eſt, ad ſummum perfectionis: quo Cic. in Bruto vtitur: Expurgandus eſt, inquit, ſermo, & adhibenda ad obruſſam ratio, quæ mutari non poteſt. Aurei item numi obryzati meminit Agathias Hiſtoricus.

Locus ſanè D. Hieronymi, cuius ſimpliciter Alcia. meminit, eſt, ni fallor, in Commentarijs in Hieremiam, lib. 2. cap. 10. ſuper illa verba: Argentum inuolutũ, ſiue productum de Tharſis affertur: aurum de ophaz, opus artificis, & manus ærarij.

Hieronymus ita inquit, Septem nominibus apud Hebræos appellatur aurum, quorum vnum ophaz dicitur: quod nos dicere poſſumus obryzum. Idem adnotauit doctiſſimus Beroaldus apud Suetoni. in Nerone cap. 44. ex Fortunate interprete eccleſiaſticarum dictionum. Quæ tamẽ verba minimè probant, Hieronymum voluiſſe obryzum aurũ inde deducere, quaſi ophiriſium ab Ophir. Nam & ſi dixerit, aurum ex Ophir propter eius ſummã bonitatem poſſe dici à Latinis obryzũ, non tamen ſignificat, obryzum dictum ab Ophir, quaſi ophiriſium.

Potuit ſanè obryzum dici, quaſi ἄβρυζον, id eſt, ſyncerum, delicatumq́;. Dictio aũt, obruſſa agnoſcitur ab Eraſmo in Adnotationibus ad Senecam ex ratione auri obryzi. Apud Ciceronem in Bruto vulgata lectio hæc eſt: Expurgandus eſt ſermo, & adhibẽda quàm obtruſa ratio, quæ mutari non poteſt. Sed & Petrus Victorius in Adnotationibus, obruſſam ex veteri codice agnoſcit, exiſtimans, in vtraq; lectione ſubeſſe mendum. Fit & auri obryzi mentio Danielis cap. 10. vbi Hieronymus ex aquila, aurum Ophaz interpretatur. Suetonius itẽ in Nerone. ca. 44. eiuſdem auri obryzi mentionem fecit.

Argenti lex, & bonitas nõ ex caractis,

6 sed ex † denarijs, & granis à fabris argentarijs distinguitur. Accipitur enim hic denarius non ad pondus, sed potiùs ad bonitatem. Idcircò est duodecima pars integræ, seu totius puritatis materiæ cuiuslibet massæ: vt explicat elegáter Car. Molinæ.de contractib.quæst.100.num.181. & 189.

Nos tamen ad marchum in praxi denarios hos deducemus: siquidem marcha habet duodecim denarios, quorum quilibet diuiditur in grana 23. Summa igitur bonitas in argento ea est, vt marchus quilibet habeat duodecim denarios argenti: atq; ita marchus totus erit argenti puri, quod nullam habet æris, aut stanni mixturam.

Quòd si marcha habuerit duodecimã partem æris mistam argento, tunc argentum hoc erit vndecim denariorum: quia duodecimus denarius non argenti, sed æris est, alteriúsve metalli. Sic sanè constitutio regia in Pragmaticis dum statuit, numos argenteos esse cudendos ex argento, *que sea de ley de onze dineros, y quatro granos*, est ita intelligenda, vt numi argẽtei percutiantur ex argento, cui tantùm mixta sit æris, aut alterius metalli pars duodecima minus sexta parte, atq; ita vnius denarij quinq; partes ex ipsius denarij sex: deniq; habet argentum hoc misturam alterius metalli ad rationem decimæquartæ partis, & paulò pluris.

Quilibet igitur marchus huius legis & bonitatis habet alterius metalli quatuor Atticas drachmas, & ferè dimidiam, vel semunciam, & plus: nempe dimidiã fermè Atticam drachmam. Hanc verò rationem bonitatis auri, & argenti præter Budæ.& Carol.Molinæ tradidit optimè Albert.Brun.in tract.de augmen.& diminu. conclus.vlt. Ex argento purissimo numos percussit Ariandes, quem Cambyses Aegypto præfecerat. quare Herodoti etiam temporibus argentum Ariandicum fuit purissimum: meminit huius numismatis Georg.Agrico.lib.1.de precio metallorũ. Romani verò denarij, etiam qui tempore Consulum percussi fuêre, non sunt ex puro argento confecti. Si quidẽ æris habent partem octauam, † quam Liuius Drusus 7 Tribunus plebis miscuit argento, qui ab Imperatoribus signati sunt, maiorem habent æris portionem: quod eleganter, ac diligentissimè tradit Georg.Agric. lib.2. de ponderib.& temperatura mone. qui & in d.lib.1.de precio metall. & monetis, vtrinq; rationes adducit, an expediat Reipublicæ, numos ex auro, vel argento purissimos percuti: an potiùs vtile sit, auro, & argẽto misceri æris partem aliquam ad numismata cudenda.

Ipse vidi multos Cęsarum denarios argenteos, quorum aliquot signati videbantur ex argento, cui mixta erat decima, vel duodecima æris pars: aliquot autẽ ex minoris bonitatis materia, nempe ex argento, cui fuerit mixta sexta, vel quinta æris pars. Nec diffiteor apud Romanos, & Gręcos, vt & apud Hispanos varias ob causas sæpissimè ex Reipublicæ instituto, rem istam numariam mutationem in argenti & auri materiæ accepisse.

Denique in auro, & argento ratio indicaturæ communis est, vt quod excoctissimum sit, vel aurum, vel argentum, id sit à mixtura alterius metalli purgatissimum. Argentum purissimum, quod nos Hispani *Acendrado* dicimus, à Latinis Postulatum nuncupatur ex authoritate Suetonij in Nerone, cap.44.& Iurisconsulti in l.in naue Saupheli.ff.loca. quo in loco Budæ. hoc adnotauit, & Philip.Beroal.ad Suetonium in d.c.44. Catellian.Cotta in dictione, argentum. Hoc ipsum Aul.Gell.appellat lib.6.cap.5. argentum purum, putum. Qua de re multa tradidere Alciat.libr.6. Parerg.cap.4. Caro.Molin.in tract.de contractib.q.100.num.785.& Stepha.Forcatulus in Necyomantia iuris, dialog.6. Quibus non omninò placet dictio, Postulatũ apud Sueton. nec apud Iurisconsultum, apud quem in Pandectis Florentinis legitur, Pusulatum.

Sed à multis proditum est, aurum, & argentum non posse ita excoqui, quin aliquam

quam habeat, etiam summa diligētia excoctum, alterius metalli portione n. Secundùm hos in auro est summa bonitas ad quartum, & vicesimū ceratium ad quadrantem absolutum, id est, vt quadrás tantùm ceratij in tota massa, aut marcho æreus sit, aut argenteus. Sic equidem aurū illud, cuius meminit præcitata regia cōstitutio, erit iuxta hanc rationem purissimū & obryzum. Argentum autem ex hoc illud erit purgatissimum, cui tantùm mistus est alterius metalli denarij quadrans, nempe quadragesima octaua totius massę pars.

Verùm Guliel. Budæ. lib. 3. de Asse consentiens huic opinioni veterum, & asseuerans, aurum & argentum ad præscriptam bonitatem summum cōseri: nihilominùs ex iudicio, & testimonio peritorū huius seculi probat, argentum ita decoqui posse, vt nihil penitus præter merum argentum superſit: aurum verò adeò posse igni purgari, vt ad bonitatem absolutā, & summam non sit in eo æris, aut argenti quicquam præter decimam sextam vnius caracti portionem. Et sanè huic auro, vt verè sit viginti quatuor caractorum, de 24. quilates solùm deficit vnius caracti decimasexta pars: nempè totius massæ portio trecentesima octuagesima quarta.

Quæ omnia ideò hoc in loco adduximus, quod existimemus fore necessaria, aut saltem vtilia esse ad cognitionem eius rei, quam hoc in opusculo tractādam suscepimus. Scribit & præter hæc Plin. libr. 33. cap. 4. Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. In vno tantùm Galliæ metallo, quod vocant Albicratense, tricesima sexta portio inuenitur, ideò cæteris præest. Hactenùs Plinius. His ergò rationib. probari poterit Budæi, & aliorum sententia, quæ asserit, & diffiniuit, aureum veterū Romanorum quartam fuisse vnciæ partem, & à solido, ac numo aureo Iustiniani, & aliorum Cæsarum scrupula proportione distingui.

Ex §. sequenti.

1 *Aureus apud Romanos non fuit semper eiusdem ponderis, nec eiusdem bonitatis: quamuis multo tempore fuerit quarta vnciæ pars.*

2 *Aureus, quo tempore fuerit diminutus ad sextam vnciæ partem*

3 *Aureus dictus est solidus, etiam eo tempore, quo erat quarta vnciæ pars.*

4 *Intellectus l. vnic. C. de collatio. æris, libr. 10.*

5 *Solidi æstimatio, & valor.*

6 *Intellectus l. vnic. C. de argenti precio, libr. 10.*

7 *Intellectus c. qui subdiaconum. 17. quæstio. 4.*

8 *Argentei Turonenses, qui fuerint? Et intellectus Clemen 2. de magistris.*

9 *Intellectus c. conquerente, de officio ordinarij.*

10 *Siliquam Accursius falsò solidum interpretatur: & quinos solidos decem.*

11 *Solidi aurei in sacris Biblijs & ibi de Siclis aureis.*

12 *Stater aureus varius vbique.*

§. Secundus.

NON me latet, rem hanc difficilem esse, cùm & in ea viri diligentissimi invarias ierint sententias, quarum modò mentionem fecimus: conabor tamen quibusdam expositis assertionibus huius quæstionis nodum pro viribus explicare: vt hinc constitutissimum sit, habita ratione temporum vtranque sententiā defendi posse.

Prima conclusio: Aureus apud Romanos non semper eiusdē ponderis fuit, nec eiusdem bonitatis. Prior assertionis pars constat ex authoritate Plinij lib. 33. cap. 3. cuius verba proximo §. retulimus. Nec hoc poterit negari, nisi ab eo, qui Pliniū nusquàm legerit. Idem tradidêre Leonardus Port. lib. 1. de sestertio. Budæ. libr. 3. de Asse. & Georg. Agric. lib. 1. de monetis, & 1

precio metallorum. Posterior verò pars itidem ab eisdem probatur: cùm ex eis appareat, à Principibus Romanis auro nu mismatico duodecimam partem argenti, vel æris, quandoq; maiorem, quandoque minorem mistam fuisse: quemadmodum & hodie fit. His accedit Pomponius Iurisconf. in l. numismatum. ff. de vsuf. ita enim inquit, Numismatum aureorum, vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsusfructus legare potest.

Secunda conclusio: Aureus Romanorum multo quidem tempore fuit quarta vnciæ pars. Hæc deducitur ex Plinio in d. cap. 3. eius etenim tempore, & sic sub Cæsaribus Vespasiano, & Tito aureus hoc ponderis habuit, vt quarta fuerit vnciæ pars. Idem cõstat ex Numismatis à Budęo appensis ad vsque tempora M. Antonini Philosophi, Aurelij, & Seueri. Iulius itē Pollux, qui ad Commodum Cæsarem de rerum vocabulis scripsit, testis est, & aureum quartam fuisse vnciæ partem. Sunt & Aureliani Imperatoris aurei quidam, qui duos denarios appendunt, quorum aliquot hodie extāt: vt commemorat Georg. Agric. lib. 2. de pondere & tempera. monet.

Tertia conclusio: Aureus Romanus sub Constantino Imperatore, aut sub Iuliano ita pondere diminutus est, vt sextā effecerit vnciæ partem.

Hanc propositionem multis sanè coniecturis, & fortassis certis testimonijs probare quis poterit, si consideret, proximè constitutas conclusiones veras esse. Etenim sub Cæsaribus, qui hos præcesserunt, aureus quarta fuit vncię pars, ab his verò Imperatoribus, vt sexta vnciæ pars iudicatur, & expenditur: Igitur constat, horum Cæsarum Imperio aureorum pondus diminutum fuisse.

Quod & Georg. Agric. itidem asseuerat in d. lib. 2. Idem deducitur ex aureorū precio habita analogia, & proportione aurei ad argenteos numos: sicuti proximo paragrapho quarta ratione colligebamus, quamobrem satis certum sit, olim sub consulibus, & denique sub Cæsaribus ante Constantinum aureum fuisse quartam vnciæ partem.

† Quarta conclusio: Aureus etiam eo tempore, quo quartam appendit vnciæ partem, dictus est solidus, tunc primum: cùm Alexander Seuerus Imperator ex aureo tremisses, & semisses percuti iussit. Ad huius assertionis probationem Aelij Lampridij verbis vtar, qui in Alexandro Seuero ita scribit: Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub Heliobaldo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, hoc est, tricesimā partem. Tuncq́ue primùm semisses aureorum formati sunt. tunc etiam cùm ad tertiā partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quòd minùs non posset: quos quidē iam formatos in moneta detinuit expectans, vt si vectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet. Sed cùm non potuisset per publicas necessitates, cõflari eos iussit, & tremisses tātùm, solidosq; formari, formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atq; ampliùs vsq; ad bilibres quoq;, & centenas, quas Heliogabalus inuenerat, resolui præcepit, nec in vsu cuiusquam versari: atque ex eo his materiæ nomen inditum est, cùm diceret, plus largiendi hanc esse Imperatori causam, si cùm multos solidos minores dare possit, dans decem, vel ampliùs vna forma triginta, & quinquaginta, & centum dare cogeretur.

Hæc Lampridius, à quo libet deducere, aureos, quorū quilibet appendebat quartā vncię partem, solidos ex eo dictos fuisse, quòd integri aurei essent, nō semisses, nec tremisses, qui tunc primùm percussi fuēre: Semisses quidem ex dimidia aurei parte, tremisses ex tertia. Sed & sub Alexandro Seuero, aureum etiam habuisse quartam vnciæ partem, constat ex proxima conclusione, & ex his, quæ ad eius intellectum adduximus.

Item deducitur ex eodem Lampridio, aureos veteres tunc ex ea ratione solidos dici cœptos. Nam & hac dictione iuxta signifi-

gnificationem istam ante id temporis apud Latinæ linguæ authores rarus fuerat vsus. Aureos verò duarum drachmarum ideò minores solidos appellat Lampridius, quòd distinguerentur ab his, quos binarios, id est, quatuor drachmarum: ternarios sex drachmarum: quaternarios octo: denarios viginti: Bilibres centũ nonaginta duarum: centenarios ducentarũ drachmarum Heliogabalus cudi fecerat. Sic Vlpian. qui sub hoc Cæsare Alexãdro floruit, in l. quod vulgò. ff. de Aedi. edic. in l. Si verò. §. Prætor ait. ff. de his, qui deiec. vel effude. Prætorum, & Aedilium vetera edicta referens, pro aureis solidos apposuit, ex eo forsan, quòd etsi eius dictionis nõ fuerit apud veteres frequens vsus, vsi tamẽ ea quandoq; fuerint veteres Prætores, & Aediles: vel ex ea ratiõe, ꝙ Iuriscõsultus ipse dictionẽ, tunc invsum deductam veteri substituerit: cùm freqnẽtior sit mentio aureorum in ipsis veterũ Prætorum, & Aedilium edictis.

Eadem ratione, & ipso quidem tempore, quo aureus, siue solidus sextã appendebat vncię partẽ, percussi fuêre aurei numi semisses, & tremisses. Tremisses autem numus aureus tertiam pendebat solidi partem, ita, vt solidus ex tribus tremissibus constaret, tremissis verò ex octo siliquis. Fit mentio de tremissibus in l. 3. C. de milit. veste. & in l. iubemus. C. de erog. mili. anno. lib. 12. & in Nouel. 28. & 29. Sed & de solidis aureis Iustiniani, & de tremissibus expressim meminêre Gothorum inclyti Reges, qui apud Hispanos legns olim tulêre ante Roderici Regis calamitatem: vt patet ex Foro Iuzgo, maximè lib. 7. l. vlti. & lib. 8. tit. 4. contextus etenim Latinus illarum legum solidi aurei passim meminit, item & tremisses numi, eum expendens ad tertiam solidi aurei partem.

Extant sanè leges istæ, & nunc eo quidẽ sermone, atque idiomate, quo fuêre olim scriptæ, nempe Latino, & rursus è regione Hispano, quo tunc Gothi vtebantur, quo & nunc paululùm antiquatis nouatisque dictionibus, vtimur.

Quinta conclusio ex præmissis hunc in modum deducitur, Quamuis aureus à solido, nec re, nec nomine in effectu differat, nec vsquã ei dissimilis fuerit numus: tamen hic sub Consulibus, & Cæsaribus ferè ad Constantinum vsque maior pondere fuit, quàm qui sub Constantino, & successoribus fuerit posteà signatus. Hæc ideò probatur, quòd iam diximus, aureum, etiam ponderis duarum drachmarum, & qui quartam habet vnciæ partem, dictum esse solidum. Deinde quia numus hic, qui olim appendebit quartam vnciæ partem, posteà sub Constantino, & Iustiniano sexta fuit vnciæ pars. Qua ratione nos lib. 1. varia. resolut. cap. 10. asserimus, aureum veternm Iurisconsultorũ ab aureo Codicis Theodosiani & Instiniani ex eo differre, quod aureus ille vetus quarta fuerit vncię pars: aureus autem, vel solidus Iustiniani, & aliorum Cæsarum, qui à Constantino imperium obtinuêre, sextam tantùm appenderit vnciæ partẽ. Atq; ideò rem istam obiter tetigisse videntur, qui discrimẽ hoc hac in controuersia nõdum constituêre.

Superest nunc his satisfacere rationibꝰ quæ pro contraria sententia fuêre adductæ. Non enim obstat text. in d. l. quoties C. de suscept. præp. & arca. ea siquidem constitutio edita fuit à Valentiano & Valente Cæsaribus, vt constat ex lib. 12. Codicis Theodosiani tit. 6. quo tempore aureus vel solidus iam erat pondere diminutus, maximeq́; à veteri dissimilis, quippe qui sexta esset vnciæ pars. Errãt ergò, qui eam cõstitutionem Alexandro Seuero, vel Iustiniano tribuendã esse censent. Non igitur quidquam nostram opinionẽ diuellit, quòd ibidem solidns sexta vncię pars censeatur: sicut Isidorus, & alij scripsêre. 4

Secunda ratio ab Antonio Augustino collecta ex † l. vnic. C. de colla. æris, li. 10. non admodum vrget, quòd ostendere conabimur, prius statuentes rationẽ ipsius inductionis, qua vir ille doctissimus vtitur. Is etenim existimat, ab eadem constitutione libras æris viginti solido vno æstimari, atque ideò solidum valere cen-

tum viginti sestertios: cùm quælibet æris libra efficiat viginti quatuor asses semunciales, ex quibus cõstituitur valor sex sestertiorum ad rationem quatuor assium pro quolibet sestertio: Vnde deducitur, solidum ea lege valuisse centum viginti sestertios, & sic triginta denarios. Hinc sanè Antonius August. existimat, solidum eius fuisse ponderis, cuius fuerit aureus, cùm tanti sit valoris, imò pluris æstimetur. Posset equidem pluris hæc inductio fieri, si vtamur lectione, secundũ quam d. l. vnic. legitur in C. Theodosiano lib. 11. titul. 21. l. 2. his equidem verbis.

Arcadius & Honorius, A. A. Hilario.

Aëris precia, quæ à prouincialibus postulãtur, ita exigi volumus, vt pro viginti quinque libris æris solidus a possessore reddatur. Dat. V. Kalend. Ianuar. Mediolani. Arcad. IIII. & Honorio III. A. A. & Conss.

Hinc vides, Lector candide, iuxtà Antonij Augustin. rationem, vnum solidum aureum æstimari centum quinquaginta sestertijs, deniq; triginta septẽ denarijs. Quam æstimationem maximè iniquã esse satis cõstat, si legitima proportio auri ad argentum obseruetur: Idcircò non possum ipse mihi persuadere, solidum aureum tanti vnquam æstimatum fuisse, vt triginta septem argenti denarios valuerit: id etenim nec memini, me alibi legisse, nec Budæus, Alciatus, Leonard. Portius, Agricola, ipseue Antonius August. tantæ æstimationis mentionem fecere. Nam & si solidus, vel aureus quarta fuerit vnciæ pars, ac duas appenderet drachmas, si tãti æstimaretur, esse proportio auri ad argentum ad rationem vnius pro decem & octo partibus. Quòd si solidus constituatur ex sexta vnciæ parte, vt ad d. l. vnic. constituendus est: profectò esset hæc proportio ad rationem vnius portionibus. Quod adeò absurdum est, vt facilimè refelli queat.

Sed etsi lectionem communem admittamus, quæ vulgò recepta est & authoritatem publicã habet, minimè permittã, nec concedam, ex d. l. vni. adnotari, solidum vnum valuisse tempore illo centum & viginti sestertios, id est, triginta denarios. Non enim est credendum, aurum eo tempore, quo maiorem habuit æris, aut argenti portionem, quam olim habuerit, pluris tunc, quàm olim æstimari cùm eius esset in Italia penuria. Præsertim hæc æstimatio admittenda non est; vel ex eo, quòd multum dissimilis sit, & iniqua proportio auri ad argentum sic sanè non verebor asserere, solidum aureum sub Arcadio & Honorio Cæsaribus nequaquam tãti fuisse valoris, quanti ipse Ant. August. inductione diligenti opinatur.

Ipse verò coniecturis quibusdam, & his a iustitiæ rectitudine deriuatis contẽdam,† solidum aureum tertia parte veteris aurei diminutum, itidem & tertia æstimationis, ac precij parte à veteri deficere: qua ratione cùm vetus ille aureus valuerit viginti quinque denarios argenteos, solidus Iustiniani, & aliorum Cæsarum à Constantino, erit æstimandus denarijs argenteis ferè decem & septem: hæc enim æstimatio cõgruit proportioni auri ad argentum, quæ eo tempore iusta censebatur, sicuti nos superiùs tradidimus. Et probatur in l. 1. C. de argenti. prec. libr. 10. vbi libra argenti, quæ cõstat ex octuaginta quatuor denarijs, quinq; aureis solidis æstimatur. Eandem opinionem probauimus lib. 1. variar. resolut. cap. 11. quo in loco deduximus Iustiniani solidum ad hunc, quem modò exponimus, valorem. 5

Cæterùm quod aureus olim habuerit hanc æstimationem centum sestertiorũ, aut viginti quinque denariorum, tradidere Gulielmus Budæus, Alciatus, Georgius Agricola, & alij hanc rem tractantes, nec negat ipse Antonius Augustinus. Sed & hoc manifestum fit ex Tranquillo, in Othone & Cornelio Tacito, quorum superiùs meminimus, ad probandam eius ætatis proportionem auri ad ærgentum. Idẽ & Leonardus Portius palàm & apertè asseuerat. Nam & tot doctissimorum virorum sententia, qua valor aurei constitutus

rutus est ad centum sestertios, etiam cùm erat quarta vnciæ pars omninò euerteretur ex d.l. vnic. si Antonij Augustini interpretatio foret admittenda, cùm ex ea aureus æstimandus sit centum viginti sestertijs numis: & tamen erat tunc aureus ponderis eius, quòd constat ex sexta vnciæ parte: Idcircò ipse, ni fallor, existimarem, certiùs esse, Cæsares ipsos Arcadium & Honorium in tributis exigendis à prouincialibus, quamlibet æris libram minoris æstimasse, quàm ea redacta ad numos æreos publica authoritate percussos Romæ æstimaretur. Idque factum est, ac fieri potuit, vt prouinciales minùs grauarentur in exactione tributorum, & inuitarentur ad soluendum aurum pro ære, si de æris exacta æstimatione aliquid ea ratione remitteretur. Item quia vilior erat æstimatio æris in prouincijs, quàm Romæ & in Italia. Ex quibus statutum est, vt in tributorum exactione, ærisque collatione satis esset, pro viginti æris libris aureum solidum conferri. Qui quidem solidus æstimationis erat decem, ac septem denariorum: quia sextam vnciæ partem pendebat: atque ita pro qualibet æris libra soluebantur sestertij tres, & ferè dimidius, secundum ea, quæ paulò ante adnotauimus.

Huic interpretationi, quam ad d.l. vnic. adduximus, accedit & altera constitutio in l. vnic. C. de † argenti precio. lib. 10. qua statutum est, in publicis pensitationibus posse pro qualibet argenti libra quinque solidos aureos solui. Et est hæc constitutio Imperatorum Arcadij & Honorij ad Eutychianum præfectum prætorio, extatque in Codice Theodosiano libro 13. titul. 2. Nam si solidus quilibet æstimaretur sestertijs centum aut centũ viginti, & sic viginti quinque denarijs aut triginta: vt censet Antonius Augustinus esset profectò iniqua commutatio, & iniuriosa his, qui tributa soluere tenentur, cùm pro octuaginta quatuor denarijs, ex quibus argenti constat libra, soluerent ipsi centum viginti quinque denarios, quos efficiunt quinque aurei sol. di: aut sanè centum quinquaginta denarios iuxta ipsius Antonij Augustini æstimationem. Quòd si solidus quilibet constans ex sexta vnciæ parte, æstimetur, vt æstimari debet, decem & septem denarijs ferè, tunc planè constat, quinque solidos efficere octuaginta quatuor denarios, ex quibus libra argenti conficitur. Hæc ergò Cæsarum constitutio ita intellecta plurimum iuuat eam æstimationem, quam nos cõstituimus ad solidum aureum, cuius mentio fit in Codicibus Theodosiano, & Iustinianeo, ex quo, ni fallor, secunda ratio tollitur.

Tertia ratio non oberit nostræ opinioni, si exactè considerentur conclusiones, quas hoc in §. constituimus. Non enim negamus, solidum aureum cuius à Iustiniano mentio fit, sextam esse vnciæ partem, aureum verò veterem quartam fuisse vnciæ partem constanter asseueramus. Iustinianus autem, vt moris est apud legislatores, cùm vellet veterum Senatusconsultorum, Prætorum & Iurisconsultorum responsa lege noua confirmare aut interpretari, monetam, & numos priorum legum, aureos quidem aut solidos, sui temporis numis aureis exposuit, & significauit, licèt pondere fuerint diminuti. Liberum enim est hoc legislatori.

Voluit sanè Iustinianus deinceps pœnas legum antiquarum expendendas esse ad rationem numorum, quibus eius principatu Romani vtebantur. Probatur hoc apud eundem Iustinianum in §. sed nostra. Institutio. de success. liber. vbi agens ipse Imperator de libertis Centenarijs Papiam legem referens, quæ de centum mille sestertijs loquebatur, eius quantitatem ad centum aureos deducens, ita scribit, vt pro mille sestertijs vnus aureus computetur. Non enim voluit Iustinianus, mille sestertios vnius aurei tantùm ęstimationem efficere, id quidem falsum esset, siue accipiamus aureum veteris ponderis, siue solidum Iustiniani, qui est sexta vnciæ pars: sed veterem sum-

summam ad minorem deduxit. Vt tandẽ centenarius libertus olim ex lege Papia centum sestertia in bonis habens, hodie dicatur is, qui centum solidos habuerit aureos ex Iustiniani cõstitutionibus. Atque ita locum illum Iustiniani explicarunt Eguinarius Baro. ibi Budæus libr.2. de asse. Alciat.lib.3.dispunct.cap.9. Antonius Augustin.lib.2.emendatio.cap.7. Sic regia Partitarum lex 10.titu.22.part.4. eũ esse censet libertum centenarium, qui habeat in bonis centum aureos marauedinos, quos ipse interpretor numos aureos, nostra ferè ætate dictos Castellanos, & similes aureo solido Iustiniani, qui sextam appendit vnciæ partem.

Quarta ratio eodem iure tollitur, siquidem leges veteres, quò ad pœnam aureorum veterum reducuntur ad nouos aureos, seu solidos, qui sub Iustiniano Cæsare expendebantur.

Quinta contrariæ opinionis probatio eandem adsequitur solutionem. Nam Iurisconsultorũ responsa intelligenda sunt de veteribus aureis, quorũ quilibet quartam habuit vnciæ partem. Decisio verò Iustiniani est accipienda de solidis, & aureis eius temporis, quorum quilibet sextam appendebat vnciæ partem. Hic tamẽ ex hoc sequitur, aureum veterẽ, & eum, qui sub Iustiniano percutiebatur, eiusdẽ ponderis fuisse: Siquidem pœnam veterem aureorum, cùm hi non essent tunc in vsu, nec eius ponderis percuterentur, trãstulit Iustinian.in aureos, & solidos minoris ponderis, qui tunc percutiebantur, & publicè signati expendebantur. Sic sanè nos fatemur tex.in d.§.vltim. Insti.de pœn.teme.litig.esse intelligendum de solidis, quorum quilibet sexta erat vnciæ pars. Nec in libro primo variar.resoluti. cap.11. contrarium scripsimus: imò nec vsquam mente cogitauimus, quippe qui palàm & apertissimè aureum veterem distinxerimus à solido Iustiniani, cuius est præcitata decisio, & Iustiniani solidum non semel sextam vnciæ partem fecerimus.

Sexta ratio poterat profectò vrgere aliquantulum, si in d.c. qui subdiaconum, mentio facta fuisset de aureis, cùm in lege regia Partitarum eadem decisio sermone Hispano sub mentione, & nomine solidorum expressa fuerit. Etenim tũc probaretur, aureum & solidum idem esse, & hos numos eiusdem ponderis fuisse. At cùm in d. c. Qui subdiaconum. de solidis mẽtio fiat: sicuti & in d.l.regia, nullo quidem modo probatur illic, aureum, & solidum eiusdem ponderis fuisse. Præsertim, quià fortassis hæc inductio ad aureos non pertinet, nec ad solidos Iustiniani. Nam solidi, quorum in hac specie mẽtentio fit in d.c. qui subdiaconum aurei non erant sed argentei, nec erant tanti valoris & precij, quanti † censentur solidi aurei Iustiniani, & aliorum Cæsarum, quorum constitutiones referuntur in Codicibus Theodosiano & Iustinianeo. Ad hoc verò probandum summè adnotandũ est, Gratianum in d. c. qui subdiaconum. 17.q.4. decretum illud adsumpsisse ex Iuonis Carnotensis decretorum libro, qui & id deduxerat ex lib.5.capitularium. Sicuti constat ex lib.8. Iuonis.tit.de eo qui clericum interfecit. 7

Liber autem Capitularium, vt & hoc obiter explicemus, cùm à Gratiano sæpè fiat eius mentio, continebat leges quasdã à Carolo Magno latas de rebus ecclesiasticis, vt inquit Franci. Balduinus in prolegomenis, pag.120. Huius libri seriem & rationem diligentissimè expendit Carolus Molinæ. in commentarijs ad edictum Regis Gallorum Henrici Secundi, pagin. 5. vbi inquit, seipsum librum hunc legisse, & Angesisum Abbatem quatuor libellos quodam certo ordine distinxisse ex capitularibus Caroli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij, quorum duobus primis leges de rebus ecclesiasticis refert. Idem scribit Rhenanus in adnotatio.ad Tertullianum libro de Corona militis. Hoc ipsum palàm asseuerat Trithemius de scriptoribus ecclesi.qui testatur, hos Angesisi libros seipsum legisse & vidisse.

Sed & in hac specie, quam tractamus, Burchardus Vuormatien.episc.lib.6.decre-

rere.cap.5.refert ex concilio apud Theodonis villam habito,cap.3. Decretum quoddam, quo misericors admodū & benigna censetur pœna prædicta per Carolum Magnum in capitularibus statuta, & ideò ea ibidem augetur,vt pro homicidio subdiacono Episcopo soluantur pro compositione 400.solidi,pro homicidio diaconi 600 solidi,pro homicidio presbyteri 900. pro homicidio episcopi duo mille,&700.Rursus idem Burchar.ca. 6. adducit decretum Concilij Prouincialis Triburiens.quo eadem augetur pœna, aut pecunia pro compositione soluenda Episcopo, saltem quo ad homicidium presbyteri & Episcopi. Nam pro homicidio presbyteri Episcopo soluendi sunt mille & ducenti solidi. pro homicidio autem Episcopi triplex redditur hæc compositio, nempè soluuntur ter mille & sexcenti solidi.

Hinc ipse conijcio aliquot rationibus, hos solidos non esse aureos, nec similes his, quorum meminerit Iustinianus. Primùm,quòd annis ferè tercentum post Iustinianum tam varia Imperij Romani mutatione non est admodum veritati consonum,eosdem aureos solidos percuti publicè,& expendi. Deinde quia in Concilio præcitato apud villam Theodonis misericors admodum existimatur punitio capitularium Caroli Magni,quæ certè non esset, quò ad pecuniariam compositionem, si solidi illi aurei, & veteres censerentur, maximè,quia præter aliam iudicij secularis punitionem, pecunia in dictis canonibus definita pro compositione soluitur Episcopo, vt homicida ad pœnitentiam & absolutionem admittatur. qua ex causa satis grauis est pecuniæ definitæ solutio, etiamsi de solidis argenteis intelligatur.

Et prætereà cùm capitularia Caroli Magni de numis Gallicis & Germanicis sint intelligenda, non conuenit ratio aureorū solidorum Iustiniani apud eas gentes, quæ tunc maxima ex parte ab Imperio Cæsarum,qui Constantinopoli sedem habuerant,ad Francorum Reges & aliot desciuerant.Sed & in legibus Salicis, quæ apud Francos veteres admodum & antiquę censentur,mentio fit solidorum, quorum valor & precium ex denarijs æstimabatur,authore Rhenano lib.2. rerum Germanicarum:quo in loco distinguitur solidus duodecim denariorum à solido quadraginta denariorum. Ex Gallicis autem numis solidos ipse Turonicos, aut Turonenses memini me expendisse apud Budæum lib.5.de Asse,hac habita ratione, vt quilibet solidus Turonensis, qui ex argento & ære mistis,vt conijcio,percusus est,valeat 12.denarios Turonenses.

Septem autem solidi Turonenses à Budæo æstimantur didrachmo veteri: & sic duobus argenteis denarijs Romanorum, quia Budæus denarium & drachmam idē esse semper censuit. Hic igitur solidus Turonensis æstimari poterit apud nos tertia vnius argentei numi Regalis parte,deniq; paulò minus, nempè ex eo,quod iuxtà Budæi sententiam septem hi solidi efficiant apud Gallos æstimationem duarū drachmarum,quæ apud nos constant ex duobus iustissimi ponderis argenteis,quibus aurifices & fabri argentarij vtuntur ad pondus, quorum quilibet aliqua ex parte est maior numo argenteo regali, quem in cōmutationibus expendimus.Vnde perpendere licebit, quemlibet ex ijs solidis Turonensibus valere nostros æreos vulgares marauedinos decem.Denarius verò Turonensis minoris valoris est, quam noster hic numus æreus, marauedinus vulgò dictus.

Quamobrem poterit non temerè ad hos solidos Turonenses deduci decisio à Gratiano ex capitularibus tradita in d. c.qui subdiaconum. Forsan & ad eosdem referenda est compositio,quæ solutis certis solidis iniungitur in c. cùm deuotissimam.12.quæst.2. Ex epistola Gregorij Papæ 33.lib.4.ad Constantiam Reginam Galliæ.Cuius item meminit Burchard. lib.11. c.2.Percusi etiam olim fuere Turonis numi argentei, dicti Turonenses argentei, quorum mentio fit in Clem.2.de magiste. ad constituendum modum expensarum, & sumptuum,qui fieri solebant in dignita

te doctorali suscipienda. Hi numi variè quidem ab interpretibus æstimantur: sed extrauag. prima de sensibus inter communes, §. porrò, ita examinantur, vt duodecim argentei Turonenses efficiant florenum Florentinum aureum. Hic tamen florenus Florentinus aureus maior videtur octaua ex parte floreno Aragonio ex l. 62.
8 Henrici regis II. Tauri statuta æra 1407. At florenus Aragonius octo ferè valet argenteos numos regales Castellanos. Ex quo, & ex his, quæ simul tradidere Bartol. in l. Paulus, ff. de solut. colum. 1. & Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 9. poterit florenus prædictus Florentinus nouem argenteis numis Regalibus Castellanis æstimari. Sic sanè argenteus Turonensis, cuius mentio fit in d. clem. 2. erit minor ferè quarta ex parte numo argenteo regali Castellano, qui drachmam argenti appendit: Qua ratione vndecim fermè argentei Turonenses efficiunt vnam argenti integram vnciam: & & ideò quilibet Turonensis argenteus æstimabitur viginti quinque nostris æreis marauedinis. Idcircò Panormitanus in d. Clementi. 2. tria millia Turonensium argenteorum, de quibus illic traditur, ad ducentos & quinquaginta florenos de Camera deducit, existimans, hanc esse veram illorum æstimationem. Quam ob rem iuxtà illam constitutionem nemo poterit in doctorali gradu & honore adipiscendo expendere vltrà ducentos simplices aureos, & ducatos Castellæ, quorum quilibet vndecim numis argenteis regalibus æstimatur.

Quòd si quis solidos capitularium Caroli Magni, de quibus in d. c. qui subdiaconum. interpretari velit argenteos Turonenses, non admodum refragabor. Nam & tunc satis sufficiens erit compositio.

Solidi autem quorum mentio fit in c. vltim. de rerum permut. non sunt ad solidos Iustiniani, nec ad aureos veterum Romanorum referendi, sed ad solidos Vngaricos argenteos, vt opinor, qui percusi fuere regis Vngariæ authoritate: & ideò in d. c. vltim. solidi regales dicuntur, vt inde non temerè opinemur, eos numos nó esse veteres Romanorum, nec Imperatorú authoritate, imò regia fuisse percusos.

De his solidis, qui referuntur in c. cóquerente, de offic. ordin. maior est dubitatio. Siquidem glo. in c. placuit. 10. q. 3. scribit, solidos illos pares esse, & similes aureis, & solidis Iustiniani. Quod mihi multis ex causis placet.

Primò, quia Bracharense concilium secundum, in quo statuitur, Episcopos nomine cathedratici non posse exigere vltrà duos solidos à qualibet ecclesia, c. placuit modò citatum. celebratum fuit sub Rege Sueuorum Theodemiro, & rege Gothorum Athanagildo, an. Domini D. LXIIII. vt constat ex Isidoro in historia Sueuorum & Gothorum: vt interim & obiter admoneã Lectorem in lib. Conciliorum, qui vulgò circumfertur, tempus celebrati huius concilij Bracharensis vitio erratum esse. Est enim inibi ita scriptum. Anno secundo Regis Ariamiri Aera. DCX. sub Honorio Papa I. Est enim ita legendum: Anno Secundo Regis Theodomiri Aera DCII. sub Ioanne Papa Tertio. Cuius rei testis est D. Isidorus, isque maximę authoritatis author illis temporibus proximus, qui in historia Sueuorum scribit, Theodomirú cœpisse regnare anno Domini DLXIII. Et cum eius Regis secundo anno congregatum fuerit hoc Bracharense Cócilium secundum, apparet, eius certum tempus tribuendum esse anno Domini DLXIIII. Aeræ. DCII. quo tempore summum Pontificatum obtinebat Ioannes III. Nam Honorius electus est multò post anno quidé Domini DCXXII. Hoc autem Bracharése Cócilium iuxtà hãc rationem planè contigit Iustiniani Cæsaris ætate: & ideò mirú non est, quòd ad eius numos, id est, ad solidos aureos referatur.

Secundò, quia hæc eadem decisio de duob. solidis ab Episcopo exigendis pro iure cathedratici traditur à Gratiano in c. inter cætera, 10. quæst. 3. Ex Concilio Toletano quarto, seu potius ex Concilio Toletano septimo, cap. 4. vt admonuit Antonius Demochares, quod concilium celebratum est anno Domini DCXLVI. quo tempo-

tempore, ac posteà Reges Gothorum vtebantur proprijs in legibus & constitutionib. solido aureo Romanorum, quemadmodum iam semel admonuimus, & modò iterum admonemus ex Foro Iuzgo libr. 7. cap. vlt. & lib. 8. tit. 4.

Tertiò ex eo in hanc accessimus sententiam, quòd sub Iustiniano Pelagius Papa primus paulò ante hoc Bracharense Concilium statuerat, duos tantùm solidos exigendos esse ab Episcopo iure cathedratici: vt apparet ex c. illud. & c. vltim. 10. quęstione. 3. De quo est sanè constituendum, eum intellexisse de solidis aureis, quibus eo tempore Romani, apud quos summum agebat Pontificem, vtebantur, & de quib. leges tunc latæ, ab Imperatorib. erant intelligendæ. Quod non latuit virum illum doctissimum Martinum Bracharensem Episcopum, qui huic præfuit secundo Bracharacensi Concilio, quique à Pelagij Papæ decreto canonem Concilij deduxit.

Septima ratio ad leges Fori Castellani pertinet, quarum authoritas pendet ab vsu & praxi, iuxtà quam varia semper fuit in hoc regno solidorum æstimatio. Sed & apud leges istas hac in specie nihil aliud legimus, quàm quòd pœna legibus Romanorum statuta sub aureorum mentione, sit item repetita sub eadem solidorum quantitate: quod & Iustinianus fecit, & fecere [illegible] illi doctissimi, qui Partitarum leges Alfonsi decimi iussu & authoritate concinnarunt. Nec tamen id opinioni Budæi refragatur, quemadmodum superiùs adnotauimus, & statim repetemus. Præsertim, quia regia lex Partitarum 11. titul. 9. parte septima, dum leges illas de sepulchro violato refert, non appellauit aureos Iurisconsultorum solidos, sed marauedinos aureos, lex autem 14. titu. 13. parte 1. statuit, non minoris æstimandam iniuriam sepulchri violati, quàm centum marchis, cum de centum aureis hoc ipsum dixerit lex 3. ff. de sepulchro violato. & d. l. 11. titul. 9. parte 7. quod discutere conabimur inferiùs.

Octauæ rationi responsurus illud profectò præfabor, me multum in qualibet dubia concertatione Accurs. Bart. Bald. & huiusce classis authoribus tribuere, quoties de perscrutando vero Iurisconsultorum sensu, aut de cognitione earum dictionum, quæ huius nostræ professionis propriæ & peculiares censentur, agendum sit. At vbi de veterum Latinarum dictionum interpretatione tractetur, existimo non ita certam esse eorum authoritatem. Temporis siquidem vitium fuit, non ita propriè ab his authoribus aliquot Latinæ linguæ dictiones acceptas fuisse. Idcircò cùm hac in parte tractemus de veterum numismatum pondere & æstimatione, potius credendum erit Græcæ & Latinæ linguæ eius temporis vetustissimis scriptoribus, & nostræ ætatis hominibus, qui magno cum labore collatis veteribus numis, qui rem istam diligentissimè explicarunt. Quòd si quis de verborum significatione credendum omninò Accursio, Batto. & alijs censuerit, planè percipiet ex Budæo, Alciato, Nebricensi, Antonio Augusti. & his similibus, quòd passim errores illi necesse sit probet, & admittat. Quis enim, vt interim alia omittamus, credet Accursio? qui in l. vnic. C. de argenti precio, libr. 10. quinos solidos aureos in collatione pro
† singulis argenti libris soluendos decem 10
interpretatur, maximo & ferè puerili errore ad intellectum ipsius constitutionis plurimum conducente, cum illic quinque potius solidi fuerint intelligendi.

In eundem errorem labuntur ipse Accurs. in l. nam & si fur. §. vlt. ff. si cert. petat. in l. si ita stipulatus fuero, si Titius, in princip. ff. de verbo. oblig. in l. vt agendi. C. de cursu publico. in l. qui textrini. C. de murilegulis. lib. 11. in l. sciendum. ff. de leg. Idē Accurs. in procem. Digest. verb. denariū. & in l. stipulatio ista. §. eum qui ita. ff. de verborum obligatione. Albericus & Iason in l. vltim. ff. de in ius vocand. Bartolus in dicto §. eum qui ita. quo in loco scribit, etiam in legibus pœnalibus dena viginti significare: quod adeò manifestum esse censet, vt nulla indigeat benigniori interpretatione. Sic sanè Bartol. lege

lata, vt bini digiti amputentur, fal si crimē cōmittenti, facilimè indicaret, quatuor digitos illi fore amputandos. Qua ratione ob errorem grauissimum in re ferè elemētaria, quis contra legem duos amitteret digitos? Quis item obsecro ferat? hac in re præiudicium facere opinionem Accur. in l. vnica. C. de imponend. lucra. descript. quem illic perperam Pyrrhus sequitur, dum siliquam solidum interpretatur: cum siliqua sit solidi vicesima quarta pars: sicuti ex adnotatis superius deducitur, atque in specie probant Budæus libr. 5. de Asse. Idem in l. qua vulgò, ff. de ædil. edict. Alciat. in l. frumenta, ff. de verb. signif. Anton. August. lib. 2. emendat. ca. 8. & c. 9. Georgius Agricola libro quinto de ponderibus.

Etenim cum solidus habeat drachmam vnam, & scrupulum, planè constat, siliquam, quæ est sexta scrupuli pars, esse vicesimam quartam solidi partem. Nam & drachma decem & octo siliquas appendit, & sic tria scrupula. Idem explicat Carolus Molin. de contractibus. quæsti. 1. nu. 64. & 68. hoc ipsum & Isidorus scripsit, cuius mentionem fecit idem Accursi. in authen. nullum credito. agrico. collat. 5. verbo, Solidum. vt hinc magis miremur, viso eo authore, Accursium toties hallucinatū fuisse. Ex quibus itidem intelliges, quanti sit æstimanda siliqua aurea in authen. Sed hodie. C. de episc. & cler. & in authent. de sanctissimis Episcopis. §. Sportularum. erit equidem vicesima quarta pars aurei numi Castellani, cuius speciali hoc nomine superius meminimus: atque ideò siliqua numus aureus æstimabatur nostris viginti æreis marauedinis. Hæc longius adduximus, quam ab initio constitueramus, vt admoneremus, numismatum, & veterum Latinarum dictionum interpretationem non ab Accursio, & eius adseclis, sed ab alijs probatissimis authoribus petendam esse. Cui rei & negotio egregiam dedere operam, quò ad iuris ciuilis libros, Guilielm. Budæus, Alciatus, Zasius, & noster Nebrissensis, & Antonius Augustinus, atque alij plærique.

Nona ratio facilimè tollitur: siquidē viri illi doctissimi, qui Partitarum leges edidere, sequuti Iustinianum, eiusque cōstitutiones, quibus solidus sexta vnciæ pars censetur, omnes veteres aureos absque vllo discrimine pares fuisse solidis Iustiniani existimârunt. Atque ideò veteres leges, & Iurisconsultorum responsa, quibus mentio aureorum facta est, ad monetam deduxere eandem, nempè ad aureos marauedinos. Vnde non magis obstant Partitarum leges, quàm Iustiniani responsa. Nam etiamsi conditores legum regiarū notam habuissent distinctionem veterum aureorum ab his, quorum meminit Iustinianus: attamen videntur veteres aureos in huius regni numos itidem aureos tunc vsui publico percusos commutasse: quemadmodum fecit ipse Iustinianus. Quòd si viri illi eruditissimi opinati sunt, eiusdem ponderis fuisse veteres aureos & Iustiniani solidos, seruabimus in hoc regno eorū sententiam regia authoritate diffinitam in iudicijs, & alijs actionib. non tamen inde certum erit, aureum veterem sextam, vt Iustiniani solidum, fuisse vnciæ partē. Cùm harum legum authoritas extrà Castellæ Regnum minimè sit admittenda, nec ex ea iure possimus Budæum, Portium, Alciatum, & Agricolam conuincere.

Non tamen prætermittam in hoc ipso libello aliam regiarum legum interpretationem, quantùm ad numismatum æstimationem distinctius tradere, quippè qui videam, operæ precium me facturum, si huic negotio operam qualemcunque præstiterim: vel in hoc, vt doctiores ansam hinc capiant, rem istam non admodum vulgò cognitam in publicam vtilitatem diligentius tradendi & examinandi. Igitur oportet Iurisconsultorum veterum responsa, & Iustiniani Constitutiones, aliorumque Cæsarum, constituta ratione temporum omninò distinguere ad propriam, ac veram aureorum & solidorum æstimationem. Sic Budæus libr. 5. de Asse, hanc aureorum & solidorum differentiam testatur, se deprehendisse

appen-

appensis aureis numismatis Cæsarum ab Augusto Octauiano ad Commodum, & Mamæam Alexandri Seueri matrem, quæ quartam appendebant vnciæ partem: rursus aureis numis Constantini Magni, Iuliani Magnentij, & Iustiniani, quorum pondus sextam efficiebat vnciæ partem.

11 De aureis item solidis mentio fit in sacra scriptura. primo Paralipomenon, cap. 29. Polliciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, Tribuni quoque & Centuriones, dederuntq; in opera domus Domini auri taléta quinque millia, & solidos decem millia de eadem re tractans Iosephus libro 7. antiq. cap. 15. inquit, Oblata sunt auri quidem talenta quinque millia, & stateres decem millia. Etenim qui solidi in sacris Biblijs dicuntur, à Iosepho stateres appellantur, vt planè intelligamus, solidos istos aureos fuisse quatuor drachmarum, nempè siclos Hebræos sanctuarij, de quibus superiùs in cap. 2. latiorem mentionē fecimus. Nam licèt Atticus stater didrachmus fuerit: frequentiùs tamen stater non tam numus est, quàm pondus quatuor drachmarum, quod ex Cleopatra, Epiphanio, Hieronymo, & Hesychio adnotauit Georg. Agricola libr. 2. de externis ponderibus. Idem probat Budæ. lib. 4. & 5. de Asse.

Solidus igitur hic sacrorum Bibliorum erit quatuor drachmarū, & idem qui ab Hebræis siclus dicitur: Atque ideò stater hic seu solidus aureus appendit nostros quatuor aureos drachmales ferè, quos *Ducados senzillos* dicimus. Stater verò & argenteus & aureus fuit: cùm certum pondus, & sæpè eius ponderis numū significet. Erat & olim aureus numus stater Cræsius dictus, cuius pondus par erat

12 numo aureo, & stateri Darico, quem duas drachmas habuisse, superiùs ostendimus. Cræsius igitur aureus duarum drachmarum Atticarum pondus habuit; sicuti ex Aristophanis interprete probat Georgius Agricola libr. 2. de pondere monet. Qua ratione Cræsius hic par erit aureo veteri Romanorum, & aureo nostro duplo: quē vulgus *Doplon* appellat.

Stater item Cyricenus aureus numus erat, qui valebat viginti octo drachmas Atticas argenteas, vt apparet ex Demosthenis oratione ad Phormionem: idcirco habita proportione auri ad argētum probari videtur, aureum istum appendisse duas drachmas, & dimidiam, ac fortasse plus ad rationem vnius drachmę auri pro decem argēti, quod ferè Budæus, & Agricola fatentur. Eiusdem ferè ponderis erāt aurei, siue stateres Macedonici, et Regum, qui Alexandro Magno successerunt, vt idē Agricola censet libr. 2. de pondere monetarum. Budæus tamen lib. 5. de Asse, testatur, se vidisse numum aureum Lysimachi Regis, quem non potuit appendere, & tamen suspicatur, eum quatuor drachmarum pondus habuisse.

Illud sanè prætermittendum non est, quandóque aureum staterem quoad pondus quatuor drachmarum, dictū esse eiusdem ponderis numisma. Quin & Minæ, hoc est libræ pondus, dictum fuisse staterem, scribit Iulius Pollux de rerum vocabulis, vt quidam interpretantur. Ipse verò censeo, minam & libræ, & numi nomē fuisse, atque ideo apud Pollucem, mina, vt numus, stater dicitur: quod Ludouic. Cælius adnotauit lib. 6. lectio. antiq. cap. 2. Qua ratione stater aureus minam æquabat, & vterque numus erat. Sic & Ioseph⁹ lib. 2. antiq. cap. 3. argenteos numos, quorum mentio fit Genes. cap. 37. minas appellat, intelligens, vt opinor, stateres argenteos quatuor drachmarum, & sic sanctuarij siclos Hebræos.

THEMA CAP. IIII.

Quanam ratione sit examinanda libra in iure.

SVMMARIA.

Argenti libra qualiter intelligatur.

2 *Auri libra, quonam modo æstimetur in iure.*

3 *Libra quandoq; non pondus, sed numus est.*

4 *Sestertium generis neutrius expenditur, aliquotq́; loquendi modi traduntur.*

5 *Talenta variæ examinantur ad rationem valoris & ponderis.*

CAPVT IIII.

Qvandoque legibus auri, vel argenti libra iure mulctæ indicitur, aut ratione pœnæ ob crimen aliquod exponitur, quod passim constat, & ideo oportet inquirere, qualiter sit in hisce legibus libra æstimanda & expendenda. Etenim vbi libra, vt pondus auri, vel argenti indicitur, erit referenda in tot argenteos denarios, vel aureos numos, quot
1 Romana lege, regia, vel prouinciali ex duodecim vncijs auri, vel argenti percutiuntur. Quæ quidem ratio facilimè haberi poterit ex his, quæ hoc in tractatu tradidimus: sic sanè est interpretanda decisio l.2.C.de episcop.audi.l.ab executione. C. quorum appellat. non recip. quibus equidem legibus temerè appellanti pœna imponitur quinquaginta librarum argenti, & quandoque centum indicta est, l.ciuitas.C.de officio rector. prouinciæ.

Argenti enim libra quælibet duodecim vnciarum æstimatur nonaginta sex numis argenteis regalibus iustissimi ponderis, nempè drachmalibus: aut centum ex his, qui publica, & regia percussi authoritate in commutationib' expenduntur. quemadmodum ex cap.2. deduci facilimè poterit. Eodem pacto est accipienda pœna triginta librarum argenti, quæ sacrilegis infertur in c.quisquis,17.quæst.4. Ex Ioanne Papa VIII. & Iuone Carnutensi lib.2. titul.de sacrilegio. Quamuis in hac specie, quia hæc pœna indicitur ex argento purissimo, quod vulgò Plata acendrada dicimus, maior erit æstimatio facienda cuiuslibet argentei numi: cùm hi numi, quibus vtimur in commutationibus, etiam si argentei sint, habent tamen aliquam æris partem admistam. Ex his, etiam constat interpretatio, l. properandum. §. sin autem vtraque.C.de iudic. & l.vnic.C.de ratio.oper.publico.quibus constitutionibus pœna infligitur librarum auri certo quodam distincto numero.

† Est enim quælibet libra ex his referenda in septuaginta duos solidos, seu aureos numos Iustiniani, vel quadraginta octo aureos veteres Romanorum: aut duplos aureos in his regnis signatos authoritate Regum Catholicorum Fernandi, & Elisabeth. Hoc ipsum notandum est ad l. si quis sepulchrum. C. de sepulchro violat. Quandoque libra non pondus, sed numus est, qui hoc nomine censetur: aut sanè hoc libræ nomine paucorum numismatum numerus significauit. Quod Budæus explicat libro quarto de asse. Ex quo refert Carolus Molinæ. de contractibus, quæst.100.nume.781. Circa tempora Iustiniani libram staterem fuisse aureum non magni ponderis: atque inde deducit, etiam olim libram fuisse numeralem longè minorem iusta & ponderali duodecim vnciarum. Quod inde forsan procedit, quia Iulio Polluce authore, cuius in c. præcedenti meminimus, stater aureus, mina dictus sit: minam autem Græcam dictionem plerique libram latinè interpretantur: tametsi ad exactam libræ, & minæ rationem discrimen sit inter hæc duo pondera constituendum: sicut probat Georgius Agricola lib. de ponderibus, & mensuris.

Quamobrem stater pondus quatuor drachmarum libra dici potuit, & ea ratione numerus quatuor drachmarum auri, & numus item aureus quatuor drachmarum dici potuit tunc libra numeralis. Quod mihi admodum arridet ad plerasq; Iustinianei Codicis leges intelligendas: præsertim vbi pœna grauissima videri potest, si auri libra ad rationem duodecim vnciarum iudicetur. Hinc denique existimat Carolus l. vltim. C. de cupressis, libr. 11. non de libra auri ponderali, & sic duodecim vnciarum, sed de libra auri numerali, aut numaria fore intelligendam. Statutum enim est in d. l. vlti. Quod plantanti singulas nouellas cupressi luco Daphnensi,

nensi, vel littori Antiocheno, dentur singulæ auri libræ, qui verò vel vnam cupressum e sylua tulerit, in pœnam quinquaginta libras auri soluat. Nam si auri libra illa ponderalis intelligatur quæ septuaginta duos solidos aureos appendit, nulla esset nec precij, nec pœnę proportio: qua ratione videtur, non esse hanc constitutionem intelligendam de libra ponderali, sed de numerali, vel numaria: quamuis incertum nobis sit, quanti hæc fuerit precij, vel æstimationis: siquidem quod de libra auri quatuor drachmarum diximus, non est ita certum, nisi eam sententiam ad libram quis retulerit, quam explicuimus in vltimis præcedentis capitis verbis.

Id equidem admonemus obseruandũ esse ad plures leges iuris ciuilis, quarum aliquot in initio huius capitis tradidim⁹, item & ad l. addictos. C. de episcop. audien. Sunt tamen qui in d. l. vltimo. C. de cupressis. non quinquaginta libras, sed quinque libras auri legant. idque magis conuenit, l. 1. C. eod. titu. atque ita in Codice Gregorij Haloandri legitur. Apud Gallos in vsu est, & a quinquaginta annis in vsu fuisse legitur libra numaria, quæ valet viginti solidos Turonenses, quorum quilibet valet duodecim denarios Turonensis, vt scribit Carol. Molinæ. in d. quæstio. 100. num. 781. Septem autem solidi Turonenses didrachmum efficiunt, vt ex Budæo explicuimus in c. præcedenti. §. vlti. nu. 7. atque ideo hæc libra numaria, quæ valet viginti solidos Turonenses, valebit sex Regales numos argẽteos, quos Drachmales esse apud nos probauimus in c. 2. aut paulò plus propter ponderis diminutionem. Andræas item Alciatus lib. 3. disfpunctio. cap. 9. alterius Italicæ libræ numeralis meminit, quæ nostris conuenit centum æreis marauedinis: scribit etenim, sestertium neutrius generis valere centum libras monetæ Bononiensis, aut Italicæ. Hoc autem sestertium valet, & iuxta propriam eius æstimationem continet mille numos sestertios, vel ducentos, ac quinquaginta denarios. Vnde prædicta libra valet duos denarios et dimidium, sic sanè decem numos sestertios.

Habent & Valentini in Hispania Tarraconensi suam numariam, & numeralem libram, qua passim vtuntur. Quæ quidem libra valet viginti solidos itidem Valentinos, quorum quilibet valet decem & octo æreos nostros marauedinos. Idcirco valet hæc libra decem Regales numos argenteos, quibus modò vtimur, & viginti æreos marauedinos. Poteritque libra ista æstimari decem argenteis drachmis, & dimidia. Cæterùm quod modò diximus sestertium neutro genere valere mille sestertios numos, probatur à Guilielmo Budæo aliquot authoritatib⁹ libro 1. de asse: eiusdem sententiæ sunt Leonardus Porti. lib. 1. de Sestertio. & Alcia. lib. 3. Dispunct. cap. 9. & libr. 5. Parerg. cap. 27. Quamobrem sestertium neutrius generis valet, ac appendit ducentos quinquaginta denarios argenteos Romanos: atque ideo apud nos æstimabit decem millibus aureorum marauedinorum, seu quadrãtum, quibus vtimur. Erit autem ponderis marcharum quatuor, & dimidiæ, atque insuper vnciæ dimidiæ.

Sed Georgius Agricola libr. 2. de pondere, & temperat. moneta, existimat, sestertium neutrius generis non differre à sestertio masculini generis, atque ideo sestertia eiusdem valoris esse censet, cuius sunt & sestertij, vt planè secundùm hanc opinionem sestertium fuerit quarta vnius denarij pars. Et profectò is author iure videtur dissentire à Budæo, dum is censet, sestertium ita dictum esse genere neutro, quod duas efficiat argenti libras, & dimidiam, nempè ducentos, ac quinquaginta argenteos denarios. Nam libra non constat ex centum denarijs, nec adhuc ex centum drachmis: quemadmodum ipse Agricola diligentissimè omnium ostendit libro quarto de ponderibus Romanis, nisi quis velit deductionem Budęi probare ab ea opinione, quæ denarium ferè drachmæ ęqualem facit, ac deinde libram centum drachmis constare: quæ quidem sententia defendi nequit, si rem exactè ad propriam rationem, & verum pondus

bis fuère apud Principes: intelligim' ducenta quinquaginta sestertia. Sic denique apud Tacit. Annalium lib.2. qui ita scribit: daturum liberis eius ducena H - S. singulis, qui sexus virilis essent. Ducena sestertia, non ducena sestertiûm accipimus, etiam refragante Agricola, qui in æstimatione constituenda omnibus his summis non dissentit à nobis, cùm & si intellexerit ducena sestertiûm: nihilominùs interpretatur bis centum mille sestertios, qui efficiunt ducena generis neutrius sestertia: quam summam & nos admittimus.

Fit igitur vt sestertium generis neutrius valeat mille sestertios generis masculini, quod & Antonius Sabellicus in Suetonium adnotauit. Quin & Andręas Alciat. in adnotationibus ad Cornelium Tacitum lib.11. legit inibi dena sestertia: & asserit, ea æstimari decem millibus sestertiorum generis masculini. Illud verò non prætermittam, quod Budæus, & Agricola scripsère, nempè maximum esse discrimen inter hæc duo: decem millia sestertiûm, vel numûm, sestertiorum inquam, vel numorum: & decies sestertiûm, vel sestertiorum. Nam decem millia sestertiûm, significant decem neutrius generis sestertia: at decies sestertiûm idem est, quod decies centena millia sestertiorum, id est, mille sestertia. Hoc ipsum tot probatur authoritatibus, vt possimus easdem hîc omittere. Nam quemadmodum cùm à numis sestertijs ad sestertia genere neutro fit transitus, numerus millies multiplicatur, ita cùm ad eam locutionem ventum est, quæ per aduerbia numeralia enunciatur, sestertia singula conduplicata crescunt, si genitiuo in casu sestertiorum mentio fiat. Etenim si centum sestertia dicam, centum millia sestertiorum intelligere debeo, quod si centies sestertiûm dicam, non iam centum sestertia, sed centies centena sestertia subintelligenda sunt. Est apud Martialem locus satis hac de re insignis libro 1.

Si dederint superi decies mihi millia centum.
Dicebas nondum Scæuola factus eques.
Qualiter O viuam, quam largè, quamq́; beatè.
Riserunt faciles, & tribuere Dei.
In ius ô fallax, atq; infiaator eamus.
Aut viue, aut decies Scæuola redde deis.

Plutarchus hoc idem testatur in Antonio ita scribens. Romani quinque & viginti myriades drachmarum, decies nominant. Constat etenim sestertiorum decies, centena millia efficere denariorum: Drachmarum verò ducenta quinquaginta millia: aut viginti quinque denariorum myriadas. Nam Græci myriada dicûnt decem millia. Sed & hanc locutionem præter Budęum, & Agricolam ita explicarunt. Andr. Alciat. in adnotationibus ad Cornelium Tacitum lib.13. & Baptista Egnatius ad Tranquillum in Augusto, & in Caio Cæsare. Eandem significationem ipse Budæus libr.1. de Asse. per casum ablatiuum singularis numeri pronunciat, & insinuat in hunc modum: decies sestertio, à quo dissentit Agricola vbique legens, decies sestertiûm: non decies sestertio.

Decies igitur sestertiũ significat decies centũ mille sestertios, aut mille sestertia, quæ summa efficit apud nos decem computos: vulgò dicemus, *diez cuentos.* Extat & de sestertio neutrius generis pulcher locus apud Aelium Lampridium in Heliogabalo. ita enim inquit, fertur, & meretricem notissimam, & pulcherrimam redemisse. C. H.-- S. eamq́ue intactam velut virginem coluisse. Huic eidem priuato cùm quidam diceret: non times pauper fieri? dixisse dicitur: quid melius, quàm vt ipse, hæres mihi sim, & vxori meæ. Hæc Lampridius, ea commemorans inter immodicas Heliogabali largitiones. & ideo centum sestertia apud eum intelligo in genere neutro: vt hæc summa sit apud nos vnius computi, vt vulgari dictione vtar: quòd si apud Lampridium de sestertijs masculini generis intelligeremus, non esset profectò vel pilifacienda in homine ditissimo ea liberalitas: nec verosimile censeri potest, tam

vile precium meretricis pulcherrimæ, & notissimæ.

Computum autem Hispani dicimus, quem vulgò Itali, & Galli millionem appellant: qua dictione et nos vtimur quoad summam aureorum, & millionem aureorum dicimus million, id est, decies cētum millia ducatorum seu aureorum vulgarium: computi verò vocabulo vtimur quo ad quadrantes, & marauedinos. sic Budæ. lib. 2. de asse scribit. Lingua nostra millionem vocat decies centena millia, Latinè dicere possumus mille millenarios, vel millies mille. Hæc ille, ex quo & idem significabimus dicentes Chiliada Chiliadū, aut centum Myriadas. Extat & apud eundem Lampridium in eiusdem Heliogabali vita locus satis euidens pro Budæo aduersus Agricolam, sic sanè. Idem nūquàm minus centum H-S. cœnauit: hoc est, argenti libris triginta. Hæc Lampridius: Qui subdit. Aliquando autem tribus millibus H-S. cœnauit, omnibus supputatis, quæ impendit. Etenim si locus hic de sestertijs masculini generis foret intelligendus, minimè conueniret tam vilis impensa immodicis Heliogabali sumptib⁹, quos Historici passim improbant, & execrantur. Hæc item sestertiorum summa par esset triginta libris argenti, quarum meminit Lampridius: si consideremus, quot sestertij argenti libram efficiant. Sed & si de sestertijs neutrius generis locus hic intelligatur, vt est verè intelligendus, adhuc apparet, centum sestertia non tantum constituere triginta libras argenti, sed & multò plures, atque ideò Babtista Eguatius censet illic legendum. Hoc est, auri libris triginta: vt minor sit lapsus, ipse vero legerem, hoc est, auri libris viginti. Nam ex centum sestertijs neutrius generis constant viginti auri libræ, & paulò plus, si exactè obseruauerimus, quot aurei libram efficiant, & deinde, quot argenteos denarios contineat aureus, & quot sestertium neutrius generis. Quæ quidem omnia superius examinauimus.

Hæc etenim in re vetera tempora, & eorum æstimatio auri ad argentum sunt examinanda: vt constet, centū sestertia nondum efficere vnam, & viginti libras auri, habita illorum temporum auri ad argentum ratione. Mille siquidem constabant numi aurei ex centum neutrius generis sestertijs: & sic vigintiquinque mille argentei denarij. Ex his verò aureis numis veteribus quadraginta octo efficiebant auri libram. Idcircò ex centum sestertijs constant viginti auri libræ, saltem nō constant vna & viginti, desunt enim octo aurei. Sæpè veteres scriptores solo aduerbio numerali vsi sunt, vt significarēt totidem cētena millia, sestertiorū masculini generis: quemadmodum ex eisdem authoribus constat. Sed vbi nomine numerali vtuntur in neutro genere adiectiuo, tot sestertia significârunt, aut tot millia minorum sestertiorum. Sic Iuuenalis Satyra prima.

Sed quinq; tabernæ
Quadraginta parant.

Id est, quadraginta sestertia: aut quadringenta millia sestertiorum minorum: vt & illic adnotauit Cœlius Curio in scholijs. Est autem hæc summa ex nostris quadrantibus, aut marauedinis quatuor computorum. His subscribit omnibus vnico fere verbo Antonius Augustinus libro secundo emendatio. cap. 6. ea deducens ad aliquot Iurisconsultorum responsa latine & verè interpretanda. Primum, inquam, hinc constat intellectus ad l. propemodum. ff. de verbo. signific. & in l. Offidius. in fin. ff. de legat. 3. quibus in locis: centies aureorum, scriptum extat in hac significatione, vt centies centena millia aureorum intelligamus. Hanc itidem interpretationem in specie probat Haloander in Epistola nuncupatoria Codicis Iustinianæi, ex his, quæ proxime adnotauimus ex Budæo, cui consentit Andr. Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 1. & 2. idem & Portius lib. 1. & si concisè nimis scripserat. Vulgò tamen non centies aureorum in dictis responsis, sed centum aureos legitur in Pandectis Florentinis centies aureorum. Deinde l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, scribitur, imperator quoque noster Seuerus

uerus filiæ Flauij Atenagoræ, cuius bona fuerant publicata, de fisco ideo numerari decies centena dotis nomine iussit, quòd ea patrem præstitisse dotis vsuras allegasset. Decies centena millia sestertiorum numorum, hîc interpretamur, aut mille sestertia, quæ nostræ monetæ efficiût decem computos. Ad hoc item conducit, l. auia. §. pater. ff. de cond. & demonstr. Cùm vxori, inquit Iurisconsultus, mandatum esset, vt moriens filiæ communi decies restitueret. Ita enim legitur in pandectis: & significatur his verbis numerus is, qui côputus, aut millio quadrantum, aut marauedinorum dicitur, vulgò aliter legitur apud Iurisconsultum.

Hinc deducitur vera interpretatio ad textum in l. cùm hæres. §. 1. ff. de statu liber. Nô est, inquit Paulus, statuliber, cùm libertas in tam lôgum tempus collata est, vt eo tempore is, qui manumissus est, viuere non possit, aut si tam difficilem, imò impossibilem conditionem adiecerit, vt alium de ea libertas obtingere non possit: veluti, si hæredis millies dedisset. ita sanè legit Anton. Augustin. asseuerans, hanc quantitatem esse ditissimi liberi hominis patrimonium: nempè millies centum millia sestertiorum numorum. Quæ quidem quâtitas efficit mille computos, aut mille milliones nostrorum marauedinorum numorum, ac fermè duos milliones, & dimidium aureorum numorum, quibus modò nos Hispani vtimur.

Igitur conditio dandi hanc summam impossibilis censetur a Iurisconsulto: tametsi frequens lectio, ac vulgò recepta nô millies, sed mille habeat, quæ facilem inducit conditionem, secundùm Ant. Aug. Mihi tamen non ita facilis videtur. Nam mille significantur sestertia neutrius generis, quæ efficiunt nostræ monetę decem computos. ac fere 27. millia ducatorum aureorum. Et quamuis nomen hoc, mille, possit referri ad sestertios, & ad sestertia: ratio tamen subiectæ materiæ, & loci ab scriptore tractati nos docebit, vtram significationem admittat, qua ratione vtitur Georgius Agricola lib. 2. de pondere moneta. Facilis profectò esset conditio, ac vanus esset Iurisconsulti sensus, si hoc in loco sesterrios mille intelligerimus: vnde cùm mille sestertia intelligi possint congruo sensu, lectio vulgaris defendi poterit. Eadem fermè ratione constat interpretatio l. lecta. ff. si cer. pet. vbi Lucius Titius accepit à P. Mæuio quindecim mutua numerata: quorum vsuræ inibi à Iuriscôsulto examinantur.

Est etenim intelligenda hæc summa de quindecim sestertijs neutrius generis: quę nostræ monetæ efficiunt centum quinquaginta mille quadrantes, aut æreos marauedinos: ex Romanis autem argenteis denarijs continet ter mille, septingentos, quinquaginta denarios: atque ita prædictam summam constituit Andrę. Alciatus lib. .dispunctio. cap. 2. & in d. l. lecta. qui aduersus Paulum Castrensem, & alios rationem vsurarum ibi traditam expendit. Hoc ipsum fecêre Guilielmus Zagarus Selandus in relectione dictę l. lecta. diligentius Anton. August. lib. 2. emendat. cap. 10. eos legito: nec enim omninò inter eos conuenit, quæ sit genuina lectio apud Iurisconsultum in alio eiusdem responsi loco. Ex his etiam patet propria interpretatio Iurisconsulti in l. si quis stipulatus. ff. de solution. Si quis, inquit, stipulatus fuerit decem in melle. Decem enim sestertia intelligemus: tametsi hoc in loco, vt & in plerisque alijs summæ istæ, & numeralia nomina, itidem & aduerbia exempli causa potius, quam ex rei gestæ veritate exponantur à Iurisconsultis, & legumlatoribus. Quam verò quantitatem, & numorum numerum diximus hoc aduerbio simplici decies significari, eandem inducit, & significat hic locutionis modus: decies centena, id est, decies centum millia sestertiorum masculini generis: atque ita decem Hispanos computos, seu marauedinorum milliones: quod Budæus doctè tradit libr. 2. de asse. vt hinc planè constet, Horatianos interpretes, etiam viso Budæi opere hallucinatos fuisse lib. 1. sermonum Satyr. 3. super illud.

Decies centena dedisses
Hinc parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis.

Nec tantùm Acron, & Badius in hoc fuêre decepti: sed & ipsi lyncei adnotatores, verùm post hæc quæ de sestertio diximus, oportet & de talento agere. Græci enim vsi fuêre hoc vocabulo ad pondus, & ad numismatum numerum significandum, variaque fuêre talenta: sed omnia propemodum ad vnam formulam, siquidem † talentum sexaginta minas appendit cuiusque gentis: atque ideo sicuti minæ pondus alibi maius est: ita & talentum ipsum, quod ex Iulio Polluce lib. 9. de rerum vocabulis explicant Budæus lib. 4. de Asse. & Georg. Agricola libro 5. de ponderibus Græcis. Quorum sententias summatim hîc referam, ad æstimationem talenti constituendam ex numis, aut ponderibus Castellani principatus. Talentum igitur Atticum minus sexaginta minas Atticas appendebat: quarum quælibet centum Atticas drachmas continebat: & ideo talentum Atticũ minus valet sex millia drachmarum Atticarum ex Argento. Hoc constat ex Polluce, Festo, Fânio, & alijs, quos hac in re diligentissimè adducit Agricola, nec dissentit Budæus. Appendit ergo hoc talentum sex mille numos regales argenteos iustissimi ponderis, quibus aurifices, & fabri argentarij vtuntur: & quorum octo iustam efficiunt vnciam apud nos, sic & hac ratione idem talentum appendit nonaginta tres nostros marchos, & sex vncias.

Est & talentum Atticum maius, quod est octogenarium, & habet proportionẽ ad talentum minus tertiariam. Sic etenim appendit, & valet octuaginta libras centum drachmarum, aut octo drachmarum millia, secundùm Budæum & Agricolam, qui in hoc conueniunt. qua ratione talentum Atticum maius appendit idem quod minus, & tertiam alterius minoris partẽ, denique continet octo millia regalium argenteorum iustissimi ponderis, quibus passim hac in Republica vtuntur argenti ponderatores. Talentum Euboicum Festus scribit appendere quatuor millia denariorum latinorum. Cuius loci meminêre Budæus lib. 2. de Asse. & Agricola lib. 3. de pondere monet. ideo æstimabitur hoc talentum æreis nostris marauedinis centum sexaginta millibus. Quòd si Budæi opinio de similitudine drachmarum & denariorum admittenda sit, hoc talentum appendet quatuor mille argẽteos regales numos iustissimi ponderis ex numis Castellanis: attamen si denarius septima ex parte maior est ipsa drachma, tunc erit septima pars quatuor mille argenteorum adijcienda. Qua in re sunt illa repetenda, quæ de denario, & drachma superiùs scripsimus. Sed idem Agricola, & Budæus lib. 4. de Asse. ex Herodoto censent, talentum Euboicum esse minus Attico talento minori tribus minus, & quadrante, minas autem hîc intelligo libras centenarias.

Sic sanè talentum istud Euboicum appendit quinquaginta sex libras centenarias & septuaginta quinque Atticas drachmas: qua ratione iuxta computationem istam continet talentum istud quinque mille, sexcentas, & septuaginta quinque drachmas Atticas, & sic nostros totidem argenteos numos regales iustissimi ponderis, quorum octo efficiunt vnciam integram: vnde proximè accedit hoc talentum Euboicum ad talentum Atticum minus: atque ideo maxima subest suspicio, non satis certam esse Festi hac de re sententiam: aut eius codices vulgò in denariorum numero vitiatos circumferri. Talentum Aeginæum decem millia drachmarum appendebat, authore Polluce in dicto libro decimono, quem Budæus, & Agricola ad huius rei cognitionem testem adducunt: ideo appendit hoc talentum centum libras centenarias: ex nostris numis, & ponderibus habet decem millia regalium argenteorum iustissimi ponderis, quorum octo integram vnciam appendunt. Babylonium talentum eisdem authoribus valuit septem millia drachmarum: totidemque apud nos valebit regales argente-

argenteos numos iustissimi ponderis.

Quamobrem poterit lector hic repetere, quæ de his regalibus argenteis numis superius cap. 2. tractauimus, vt facillimè talenta omnia possit nostris numis æstimare. Syrium Talentum appendit, & valet mille quingentas drachmas Atticas: atque ideò totidem numos argenteos regales iustissimi ponderis, quibus in Hispania vtuntur aurifices, & fabri argentarij: quorumque nos sæpissimè mentionem fecimus. Aegyptium autem Talentum appendit octuaginta libras Romanas, teste Plinio libro 33. cap. 2. Drachmas verò Atticas ad rationem nonaginta sex drachmarum pro qualibet libra, habet hoc talentum drachmas septem mille, sexcentas, octuaginta, totidemque numos argenteos iustissimi ponderis, quibus in his regnis vtimur, quorumque octo vnciam integram efficiunt. Denique appendit hoc talentum centum & viginti marchos argenti. Rhodium Talentum, authore Festo libro quinto, valuit quatuor mille, & quingentos denarios, iuxtà quam rationem poterit à nobis æstimari centum octuaginta millibus quadrantum seu marauedinorum, quibus ex ære vtimur, & de quibus in huius operis capitulo primo tractauimus.

Ego verò, quod & Agricola sensit, hos Festi denarios drachmas esse interpretor Atticas: & ideò hoc Talentum æstimabitur apud nos quatuor mille, & quingentis argenteis numis regalibus iustissimi ponderis, eorumque ratione constabit facilimè huius talenti æstimatio. Siculum Talentum vetus quatuor, & viginti minas: id est, libras centenarias valuit: nouū vero duodecim, Authore Suida, cuius & Agricola meminit libr. 2. de pondere moner. Vetus ergò appendit bis mille, & quadringentas Atticas drachmas: totidemq; nostros argenteos numos regales iustissimi ponderis: libras Romanas vigintiquinque, marchos verò, quibus vtimur, triginta septem, & dimidium. Idcircò poterit facilime constitui pondus, & valor talenti Siculi noui: cùm id dimidia ex parte sit minus talento Siculo veteri. Hæc sanè ita cōstituenda sunt, si apud Suidam legamus minas, aut mnas. Budæus etenim lib. 4. de asse. non minas sed numos legendum esse apud Suidam censet ex Iulio Polluce lib. 9. de rerum vocabulis, cuius authoritate opinatur, Talentum Siculum maius, & vetus senas drachmas valuisse: nouum ternas: & quia Budæus in ea est sententia, vt denarium parem faciat drachmæ Atticæ, & Pollucem de numis sestertiolis intelligit, planè significat, istud talentum vetus æstimari sex denarijs latinis, nouum verò tribus, atque ideò erit satis facilis, & diuersa huius talenti æstimatio. Talentum Byzantinum apud Vitruuium lib. 10. ca. 31. 120. Romanas drachmas habet.

Huius meminere Budæus lib. 2. de asse. & Agricola lib. 2. de externis ponderibus, qua ratione huius talenti pondus constat ex vndecim mille, quingentis ac viginti drachmis: aut sanè ex centum octuaginta marchis, quorum quilibet appendit octo vncias: vt non semel admonuimus. Apud Hebræos talenti pondus duplex fuit. Talēti equidem sanctuarij, quod pendebat centum minas Hebræas: & talentum congregationis, quod quinquaginta: vtrunq; autem dictum est eorum lingua Cicar. de talento sanctuarij est ad hoc examen testimonium Ioseph. lib. 3. antiquit. cap. 7. qui hoc ipsum expressim explicat, idem probat Georgius Agricola libr. 2. de externis ponderi. quo in loco quod diximus de talento Hebræo minori, deducit ex cap. 38. Exod. & ex magistro Salomone: quælibet autem mina Hebræa pendebat sexaginta siclos, quorum quilibet quatuor efficit, & habet Atticas drachmas: atque ideò quælibet libra Hebræa, siue mina appendit libras duas Romanas, ac dimidiam: quod Iosephus asserit lib. 14. antiquita. cap. 12. qua quidem perpensa ratione talentum Hebræum maius complectitur viginti quatuor millia drachmarum Atticarum, totidemq; nostros ex argento regales iusti pōderis numos.

Minus autem talentum Hebræū appēdit duodecim millia drachmarum, toti-

demq; numos argenteos. Atque hæc de talento Hebræo ex Agricola diximus: tametsi Budæus libro 4. de asse. diuersam rationem hac in re sequatur. Sed & hæc obtinet quò ad Hebræum talentum, pondus significans. Erat etenim & talentum non pondus, sed numus aureus apud Hebræos, qui siclum appendebat: ita quidem talentum vbi non pro pondere, sed pro numo aureo apponitur, siclum significat: id est, staterem aureum quatuor drachmarum: quod Budæus lib. quarto de Asse. probat authoritate Eupolemi, cuius mentio fit ab Eusebio libro 9. de præparat. Euangelic. cap. 4. Deinde adducit Pollucem, qui lib. 9. scribit: valebat autem talentum auri tres aureos Atticos: argenti verò sexaginta minas Atticas. Aureus autem Atticus valuit duas drachmas auri, quas appendebat, quod idem Pollux scripsit. Sed & Homerus lib. 23. Iliados. talentum auri pro summa non magna posuit.

His accedit quod de Siculo talento paulò ante dicebamus: vt hinc constet, talentum non tantùm pondus significasse: sed & numum non multi valoris, nec summæ. Hoc & præter Pollucem Festus adnotauit scribens, Alexandrinum talentum valuisse duodecim denarios, seu drachmas. Neapolitanum sex: Syracusanum tres: Rheginum victoriatum, & sic quinarium vnum. Idem & Agricola obseruat lib. 2. de pond. & temperat. monet. Atque hæc de talentorum ratione, ex qua expendi potest Plutarchi locus in vita Pauli Aemilij, dum is inquit. Tuberoni genero argenteam phialam quinque talentorum pondo largitus est.

Hæc duo capit. subsequentia, Quintum & Sextum, fuerunt ab ipso Auctore lingua Hispanica primò conscripta, nuper opera cuiusdam Studiosi sermonis vtriusque, in Latinum sermonem translata.

THEMA CAP. V.

In quo declarantur vetustæ aliquot & Neotericæ horum Regnorum monetæ.

SVMMARIA.

1 *Marauedinus Castellanus nouus, & antiquus, quomodo æstimetur, iuxta vnam opinionem, vbi multæ leges Regiæ de monetis loquentes, explicantur.*

2 *Leges Regiæ de hac materia tractantes, conciliantur.*

Carneri valor quantus.

Precia rerum venalium, caponum, gallinarum, anserum, in regnis Castellæ, Asturiæ, & Gallicia.

3 *Marauedini veteris cum nouo collatio.*

4 *Marauedini boni, & marauedini aurei æstimatio.*

5 *Pepiones, qualis moneta fuerit.*

Granatæ Rex septingenta milia marauedi norum in reditu habuit: quorum dimidiam partem Ferdinando Castellæ regi donauit.

6 *Marauedini boni, aurei, & communis: alia initur æstimatio.*

7 *Solidi, qualis moneta fuerit: et quomodo respondeant monetis, quibus hodie vtimur.*

8 *Monetarum æstimatio inter se collata, iuxta prædictas duas opiniones.*

Cruciatus, Blancus, Agnus Dei: qualis moneta fuerit.

CAPVT V.

QVatuor præcedentibus capitibus conatus sum vetusta Romanorum, Græcorum, & aliarum gentium numismata, ad ea reducere quæ in præsentiarum hisce in regnis cursum & vsum retinent, annisque ab hinc quinquaginta retroactis cursum obtinuerunt, nullam faciendo mentionem plurimorum numismatum, quæ hisce in regnis percussa fuerunt à Gothorum ætate ad hæc vsque tempora, quorum quidem fit satis obscura memoria in vetustis horum regnorum legibus & historijs, eo quod semper non declaretur eorum valor & pondus. Volui igitur breuiter expendere eorum numismatum valorem & pondus, illa reducendo ad

do ad eorum valorem, quibus hodie vtimur. Video quidem hanc materiam esse arduam ac difficilem, verùm illud dicam, quod assequi potui: quòd si opus conatui non corresponderit, veluti ego existimo, forsan commoditati publicæ hoc bonum accedet, quod alijs dabitur occasio, vt eo curiosius ac diligentius contendant, ad emendationem errorum quos admisi, quatenus veritati locus pateat. Hæc dictio marauedinus penes Hispanos est admodum vetusta & communis, tàm in legibus, quàm antiquis historijs, quandoquidem eius mentio fit in foro Iuzgo, in quo habentur plurimæ leges, quas Gotthorum Reges ante tempora Roderici Regis statuerunt: quæ quidem dictio significat, & sæpius significauit certum monetæ genus, & nonnunquam certos monetarum aut denariolorum numeros, veluti quoque applicata fuit denariolis, aut monetis aureis, verùm frequentius monetis æreis, prout ex sequentibus patebit.

Cæterùm ante omnia oportet monetã, quæ modò in vsu est, iuxtà conformitatem sui valoris, exactè intelligere, & quãuis hoc ipsum capitibus præcedentibus discusserimus: conueniet tamen eadem summariè repetere. Quod monetam æream spectat, nos Marauedinum præsentem capite primo constituimus, diuisum in duas blancas, vel in sex coronatos, vel in decem denariolos, vel in sexaginta measas, & ita videtur quidem, & Marauedinum quo nunc vtimur, ad decem denariolos, quæ probantur ex Ordinationibus, pro hac regali audientia Granatæ, anno 1523. conditis, in quibus viginti quatuor denarioli reducuntur ad quinque blancas. Hinc valorem decem denariolorum, & sex coronatorum obtinuit à multis annis, hisce in regnis marauedinus, veluti euidenter patet in Ordinationibus, quas Rex Henricus, eius nominis secundus, condidit in ciuitate Toro, anno Domini 1411. & Rex Ioannes primus in Viruiesca, anno 1387. Id quidem apparet ex alijs Ordinationibus, quas idem Henricus secundus Compluti edidit, anno 1408. ex quarum præfatione euidenter verificatur, duos coronatos olim valuisse tres denariolos, & duas measas. Hinc etiam liquet, sex coronatos valuisse & valere decem denariolos, siquidem valuerunt nouem denariolos, & sex measas. Ita quòd ex supradictis legibus probatur, Marauedinum olim & nostro tempore valuisse decem denariolos, vel sex coronatos, vel sexaginta measas, & singulum denariolum valuisse sex measas, & singulum coronatum decem.

In Ordinatione Regia, quam Reges catholici Ferdinandus & Elysabeth, gloriosæ memoriæ, publicàrunt, plærumque fit mentio monetæ veteris, & Marauedini veteris. Hunc Marauedinum † veterem declaraui in varijs Resolutionibus, libro 1. capite 11. tantùm valuere & valuisse, quãtum valent modo tres blancæ, vel aliquid vltrà: nam sex Marauedini veteres, reducuntur ad decem modernos, quibus modò vtimur & tractamus. Eam opinionem tunc insecutus fui propter rationes sequentes, vnde patebit, quam sufficientes probationes habuerim ad sequendam præfatam computationem, siquidem eam hauserim ex ijsdem Ordinationibus regijs, prout nunc temporis auctoritate publica, & Regia impressæ habentur, quatenus ex ijs iudicemus & determinemus lites horum regnorum.

Primum, quod mea sententia considerari oportet, est, quòd vbi leges Regiæ mõtionem faciunt monetæ veteris, respectũ habent ad eam, quæ cursum habebat ætate regis Alfonsi vndecimi, vel antè, vel paulò post eam ætatem. Id colligi potest ex locis aliquot, quæ notaui in legibus Regijs: præcipuè in l. 3. & quarta, titulo 12. vbi mulcta constituta in quodam casu sexcentorum Marauedinorum, & in alio duorum millium, & rursus sex millium in allio, additur, quod isti marauedini debeant esse monetæ veteris.

Cùm verò leges istæ conditæ fuerint à rege Alfonso vndecimo Cõpluti, an. 1386. tium-

titulo 20. l. 12. & 13. constituendo eam ipsam mulctam, non fit mentio monetæ veteris: sed mulctetur quisque sexcentis marauedinis huius nostræ monetæ, statim probatur, quòd in ordinationibus Regijs dicitur moneta vetus, & Marauedini veteres, ij Marauedini, qui cursum habebant tempore dicti regis Alfonsi vndecimi, qui qui easdem leges condidit: cuique adscribuntur in nouis ordinationibus Regijs, quod apparet ex libro Constitutionum & Comitiorum ab eodem Rege habitorum, quem ego & multi alij in hoc Regno manuscriptum possident. Hic ipse Marauedinus, dicebatur vetus, tempore Ioannis Regis, eius nominis primi, veluti constat ex lege quinta, secundæ Constitutionis, quam idem Rex condidit Guadalaiarę, anno 1390. quæ castigans eos, qui in excõmunicatione perseuerant, ait: Quicunq; spatio triginta dierum manserit excommunicatus, soluat centum bonos marauedinos, qui monetæ veteris efficiunt sexcentos Marauedinos.

Eadem lex refertur in ordinationibus Regijs, l. 1. titulo 5. libro 8. Tametsi aliquãtum discrepet à manuscriptis exemplaribus, in ordinationibus antiquis: nam in nouis ordinationibus iuxtà communem tenorem omnium impressionum, mulcta hoc modo constituitur: Quod excommunicatus, qui in sua pertinacia & excommunicatione permanserit triginta diebus, soluat centum Marauedinos. Verum d. l. 5. Regis Ioannis primi, & petitione sexagesima prima Comitiorum, quæ Madricij habuit Rex Alfonsus vndecimus, anno 1367. hisce verbis eadem mulcta constituitur. Quòd excommunicatus, pro triginta diebus luat centum Marauedinos, & si annum perseuerauerit, mille, & transacto anno singulis diebus sexaginta marauedinos. Hoc modo resumuntur istæ leges in Repertorio, quod ad leges Regias latinè conscripsit D. Montaluus. Huius quidem meminimus, eò quòd l. 9. titulo vlti. libro octauo Ordinationum, ponitur alia lex admodum similis & conformis, libro primo, titulo quinto, quæ est Regis Henrici tertij, condita Madricij anno 1400. quæ ab ordinationibus veteribus manuscriptis, aliquantum discrepat ab impressis codicibus.

Verùm, vt redeamus ad Marauedinum veterem, † cuius fit mentio in dicta l. prima, titulo 5. & in ordinationibus Regis Ioannis primi, dico, quòd in ijsdem ordinationibus confirmetur lex Regis Alfonsi vndecimi, quæ mentionem facit sexcentorum Marauedinorum illi pro mulcta constitutorum, qui triginta diebus manserit excommunicatus, nec addit, quòd debeant esse veteres. Hos ipsos vocat Rex Ioannes eius nominis primus, marauedinos veteres, & reducit ad centum Marauedinos bonos, veluti eos quoque reduxerat, idem Rex Alfonsus. Nam quod hoc attinet, eam legem non reuocauit, quã prius condiderat, cum mulcta sexcentorum marauedinorum, sed primam legem ob eam causam reuocauit, ne ab excommunicato post triginta dies exigerentur sexaginta marauedini in dies singulos. 2

Quod marauedinus vetus correspondeat & æstimetur marauedino cum dimidio huius ætatis, probatur auctoritate illorum, qui ex mandato Regum Catholicorum collegerunt leges Regias hoc modo: Marauedinus bonus valuit decem marauedinos modernos, veluti exprimitur l. prima, titulo 9. libro octauo Ordinationum. & centum marauedini boni valent sexcentos marauedinos veteres, veluti declaratur l. 1. titulo 5. libro octauo Ordinationum, & legibus Regis Ioannis, eius nominis primi, paulò antè allegatis. Immediatè sequitur, marauedinum veterem tantùm valere, quantùm marauedinus cũ dimidio ex ijs, qui modò cursum obtinẽt: quandoquidem sex marauedini veteres pro vno ex bonis appreciantur, & marauedinus bonus, in prædictis ordinationib. æstimatur decem modernis, & sic quidem probatum est, sex marauedinos veteres valere decem ex ijs, quos in præsentiarũ expendimus.

Præterea

Prætereà marauedinus vetus in ordinationibus regijs,& in legibus Regis Ioannis primi, multis in locis valuit quindecim denariolos, & aliquid amplius: sed qui modò cursum habet,& quo iam inde vtimur, is valet decem denariolos, & nil amplius: quamobrem benè colligitur, marauedinum veterem valuisse quindecim denariolos. Huic opinioni, magnã occasionem dare potuit. l. 22. titu. 32. ordinationum, quas Compluti condidit Alfonsus vndecimus, anno 1386. vbi habet: Quoties aliquis vi rapuerit quidpiam, quòd spectat ad rem alimentariam, luet rustico vel agricolæ trecentos solidos: hi efficiunt ducentos & quadraginta marauedinos: quòd si raptum fuerit nobili, luet quingentos solidos, qui supputant in hac moneta quadringentos marauedinos. Hæc ipsa lex relata fuit ad ordinationes, quibus modo vtimur l. 14. titu. 11. lib. 4. vnde patet marauedinos istos veteres (tales enim intelliguntur cursum habuisse seculo regis Alfonsi vndecimi) esse quinta parte maiores solidis. Solidus bonus valet duodecim denariolos, veluti postea probabimus: quamobrem marauedinus vetus valuit quindecim denariolos, & ex consequenti tantùm valuerunt duo marauedini veteres, quantùm tres eorum valent, quibus modo vtimur: siquidem hi valent decem denariolos, alij verò quindecim.

Habetur & alia lex in ijsdem comitijs Alfonsi vndecimi, eodem titulo, estque l. 30. quam habemus in ordinationibus regijs, sed non adeò absolutam, veluti ea, quæ in actis manuscriptis, eorundem comitiorum continetur: quòd nobilis, qui maius vectigal acceperit, quàm illi debeatur, luat pro re singula quinq; bonos solidos, qui sunt huius monetæ quatuor marauedini. Deinde ait lex: Campis quo in loco maximi sunt arietes, aries pendet quinque solidos, hi efficiunt quatuor marauedinos huius monetæ. In Castellæ regno quatuor solidos, qui sunt tres marauedini, & duo denarioli huius monetæ. Verùm in locis montanis, & in Asturia, & in Callecia aries pendeat duos solidos cum dimidio, qui sunt duo marauedini. Campis gallina pendeat sex denariolos huius monetæ, anser septem denariolos, capus octo denariolos. In Castella gallina quinque denariolos, anser sex denariolos, capus septem denariolos. In locis montanis in Asturia & Callecia, gallina quatuor denariolos, anser quinque denariolos. Ex istis legibus, quas insecuti sunt ij, qui vacarunt legibus regijs tempore Regum Catholicorum Fernandi & Elysabeth in ordinem redigendis, quatenus per impressionem publicarentur, veluti modò impressæ sunt, ego illationes aliquot produco, in hunc modum.

Prima & præcipua est, quòd leges istæ meminerunt † de marauedino veteri, tractant enim de marauedino æreo, qui ætate regis Alfonsi vndecimi in vsu erat, quẽ marauedinum nuncupatum extitisse veterem, probatum fuit in principio huius capitis. 3

Secunda est, marauedinum istum veterem quinta parte excessisse valorem solidi boni, veluti patet ex tenore prædictarum legum.

Tertia, marauedinum veterem tertia parte excessisse valorem eius, qui hodie cursum obtinet. Hoc euidẽter probatum est ex ijsdem legibus ordinationum regiarum, quod ita colligitur: Si marauedinus vetus valuit quindecim denariolos, & plus quàm solidus, modernus solùm valet decem denariolos.

Quarta, marauedinum veterẽ aliquid valuisse vltra quindecim denariolos. Hoc liquet, ait enim lex: Quatuor solidos, qui sunt tres marauedini & duo denarioli: quòd si quatuor solidi, singuli ad duodecim denariolos supputant quadraginta octo, supersunt tres marauedini in quadraginta sex denariolis.

Quinta insequendo hãc rationem, meritò sex marauedini veteres, reducuntur ad decem denariolos modernos, tametsi sit aliquod discrimen: nam sex marauedini veteres supputant nonaginta duos

verba, quæ prædicta glossa continentur. Iuxta hanc rationem octo solidi supputant nonaginta sex denariolos, deinde tres, sunt nonaginta nouē denarioli, qui supputant decē marauedinos præsentes: quandoquidem singulus marauedinus valet decem denariolos. Hanc ob causam sustinui in prædicto cap.11. variarum resol. istum marauedinum bonum valuisse 10. marauedinos modernos: & illum extitisse, qui in vsu erat, ætate regis Alfonsi 10. quem ibidem Legislatorem nuncupaui, intelligendo, quòd tunc temporis eo vtebantur pro marauedino bono & maiori, vel aureo.

Cùm verò prædicti Doctores, qui maiorem nobis hac ætate monetæ antiquæ notitiam habuerunt, dicant, istum marauedinum, seculo regis Alfonsi decimi, fuisse aureum, scripsi quoq; prædicto ca. 11. Marauedinum aureum ætate regis Alfonsi decimi, valuisse decem ex modernis: & hic quidem dicebatur marauedinus bonus. Suspicor equidem, quod eodem tempore marauedinus dicebatur certa quædam summa denariolorum minutorum, quæ æquiparabatur decem marauedinis præsentib. quòd ita apparet: nam ca.1. historiæ eiusdem regis Alfonsi decimi, tractans auctor de monetis, quæ tunc tempore ris in vsu erant: dicit vnum maradinum tot denariolos comprehendisse, vt assequeretur marauedinum aureum. Subiungam illud caput eiusdem historiæ, nam conuenire videtur subiectæ materiæ, quā tractamus.

Hic marauedinus aureus, est minimus marauedinorum aureorum, quos reperi in legibus & chronicis istorum regnorū, & considerando legem styli 114. conatus sum eādem explicare & intelligere, prædicto cap.11. Hæc sunt verba legis.

Secundū est, quòd in legibus, vbi mulcta additur Marauedini aurei, ita iudicatum fuerit à Rege Alfonso, qui per id tempus, dum ea contingerent, comperit ordinatum fuisse, vt moneta, quæ tum in vsu erat, aurea esset. Et iussit coram se ferri marauedinos aureos priscæ ætatis, & appendere cum sua moneta, ex quo pondere compertū extitit, sex marauedinos suę regiæ monetæ appendere vnum marauedinum aureū: ita vt marauedinus aureus censeri debeat valoris sex marauedinorū huius monetæ. Ex ijs verbis elicitur, marauedinum regis Alfonsi decimi fuisse aureum, non expediebat enim illum cum antiquo ponderari, qui aureus quoque erat, quandoquidem si metallis discrepassent, nulla ratione quadrabat, nec quadrare poterat, ex pondere vtriusq; in eadem bilance, elicere valorem, quo alter alterū excederet: Præcipuè cum lex ista dicat, pōderatos extitisse sex marauedinos regis Alfonsi quorum sex tantùm appenderunt, quantum vnus marauedinus aureus vetustæ monetæ.

Quòd si marauedinus bonus, qui cursum habuit ætate regis Alfonsi decimi, fuit differens ab eo marauedino, quē huius regni leges veterem nominant, tantūque valuit vnus, quantum sex veteres, veluti apparet ex legib. regis Ioānis primi, & ex alijs, superius allegatis, & vetus corrrespondet vni cum dimidio eorum, quibus hodie vtimur, & marauedinus bonus æquiualeat decē modernos: vetustior ille marauedinus aureus, qui ponderauit sex bonos, valebit sexaginta marauedinos, ex ijs, quibus modò vtimur.

Rex Alfonsus, eius nominis vndecim⁹, in comitijs, quæ Legionis habuit anno 1387. petitione secunda, marauedinū bonum quoq; æstimat sex marauedinis monetæ veteris, vbi ait: Luat centum marauedinos monetæ bonæ, nempe sexcētos monetæ præsentis. Ita vt lex ista quoque potuerit causam præbuisse ęstimationi, quā constituerunt ij, qui in ordinem redegerunt ordinationes regias, æquiparando marauedinum bonum, decem præsentibus, & veterem vni cum dimidio: quam quidē æstimationē semper insecuti sunt Iudices, in executione prædictarum legū. Pro intelligentia omnium prædictorum aduertendum est, quod leges styli conditæ fuerint ætate regis Alfonsi decimi, patris regis Sanctij quarti, veluti ex

earum initio constat, vnde dinoscitur, eam recollectionem maiori ex parte con tinere leges ætatis. regis Alfonsi decimi.

Auctor Chronicorum regis Alfonsi decimi, capit. 1. tractans de Fernando tertio, ac de Alfonso eius filio, subdit verba sequentia.

Nam ætate regis Ferdinandi, conferebat Rex Granatæ dimidiam partem suorum redituũ, qui appreciabantur septingentis millibus marauedinorum monetę Castellæ. Ea quidẽ moneta erat adeò grauis, & marauedinus constabat tot marauedinis, vt marauedinus assequeretur va lorem marauedini aurei. Cùm verò per id tempus regis Fernandi, in Castella cursum haberet moneta pepionum, & in regno Legionensi, moneta Leonum, & marauedinus valeret centum & octoginta eiusmodi pepiones, & minutæ emptiones fierent per metales, quorum vnum conficiebat decem & octo pepiones, & decem metales marauedinum, atque ex ijs mara uedinis appreciarẽtur reditus regni Granatensis ad septingenta millia marauedinorum, & conferretur Fernando regi dimidia eorum pars, & Rex Alfonsus eius filius, initio sui regni iussisset in nihilum redigi monetam pepionum, & præcepisset cudi monetam Burgalensium, & valeret marauedinus decem denariolos, & minutæ emptiones fierent per solidos, & sex denarioli valerent vnum solidum, & quindecim solidos marauedinus. Hæc scribuntur capite primò eiusdem historiæ. Et cap. 7. scribit idem Historiographus, eundem regem Alfonsum iussisse anno 1258. quòd in nihilum redigerentur Burgalenses, & percuti fecerit monetam denariolorum atrorum, quorum quindecim efficiebãt marauedinum: ita vt quindecim denarioli efficerẽt prædictum marauedinum.

Ex hoc libro Chronicorum facilè elici posset valor marauedini aurei, cuius vsus fuit ætate regis Alfonsi decimi, si rectè possemus verificare, qualiter † Pepio correspõdeat monetæ, qua in præsentiarum vtimur. Notandum est porrò, prædictam monetam metalium, cuius paulò ante memini, quãquam hoc nõmine scripta sit in eadẽ historia, in aliquot libris à me visis, & alijs scripturis vocari, mercale, vel mercales.

In quodam libro manuscripto, reperi breuẽ relationem veterũ monetarũ, & in eo legi, Pepionem valere duas measas, & vnum Burgalensem duos Pepiones, vel quatuor measas, iuxtà quam rationẽ marauedinus ætatis regis Alfõsi decimi percipitur valuisse sexaginta denariolos, cõficientes singuli ad sex measas, sex marauedinos, quales hodie sunt in vsu. Quòd si ita se res habet, dubitari non potest, capiendo verba eiusdẽ historiæ, & rationẽ ex ijs ineundo, quin hic marauedinus regis Alfonsi decimi, sit ille idem, qui vocatur bonus, & æqualis marauedino aureo eius temporis, cuius faciunt mentionem leges fori Hispaniæ & aliæ. Neq; dubium est, quin marauedinus æreus successu tẽporis diminutus sit à pristino valore, neque valuit tot denariolos, veluti in principio huius capitis probauimus.

Hinc sequitur dubitatio, quam habet æstimatio marauedini boni & veteris, posita in ordinationibus regijs Regum Catholicorum, & in alijs quas supra citauimus, æstimando marauedinum † bonum decem marauedinis, qui modò sunt in vsu: nam decem marauedini præsentes reducti ad denariolos, efficiunt centum denariolos, & sic habent plures denariolos, quàm marauedinus bonus vel aureus, qui cursum habuit ætate regis Alfonsi decimi, quandoquidem iuxta hanc vltimam computationem, is marauedinus valebat sex denariolos, verum prima æstimatio marauedini veteris ac noui est adeò determinata, in prædictis ordinationibus Regijs, nunc tẽporis impressis & publica legum auctoritate, examinatis & discussis, vt videatur temere agere, qui decidere velit in contrarium. Non omittã tamen, quin absque præiudicio auctoritatis eorum, qui eas in ordinem redegerunt (siquidem æstimatio monetarum non

non admodum ſpectat ad ſubſtantiam legis, quę iubetur obſeruari, iuxta ſuā antiquam deciſionem, & fit incidenter) tractē aliam rationem æſtimandi. Marauedinū bonum & veterem, dilucidè ac particulariter ob oculos ponendo differentiam, quę duabus opinionibus ineſſe poteſt, vel modos & formulas appreciandi eandem monetam.

Hæc monetæ veteris ac nouæ diſtinctio quantum ex vetuſtis legibus horum Regnorum apparet, videtur per eam occaſionē proceſſiſſe, quod pro remedio neceſſitatis publicæ, monetæ valorem ordinarium excederēt, & ſubinde cuderetur ex viliore & inferiore materia, permanente valore antiquo in eodem quo prius vigore. Hæc omnia probantur, ex principio ordinationum Regis Henrici II. quas condidit in Ciuitate Toro anno 1411. & Compluti anno 1408. & ex lege Ioannis I. condita in Ciuitate Burgenſi anno 1388. quæ iubet Marauedinum veterem ac nouum eſſe æquales, & eiuſdem valoris, tametſi denarioli noui ſint ex inferiori materia percuſſi.

Denique Marauedinus vetus & monetæ veteris ſemper valuit decem denariolos, & ſex coronatos: intelligendo, veluti intelligo, de Marauedino communi, cuius vſus erat, ætate Regis Alfonſi II, nam talem leges nuncupant veterem & monetæ veteris, nulla ſiquidem per id tempus interceſſerat in augendo vel diminuendo monetæ valore nouitas, vel immutatio: veluti accidit ætate Regis Henrici II. filij prædicti Regis Alfonſi XI.

Idipſum quoq; confirmatur per leges, initiò huius capitis allegatas, ex quibus probari intelligo, Marauedinum communem ætatis Regis Alfonſi XI. quem leges nuncupant Marauedinum veterem, valuiſſe decem denariolos, & nō amplius, vel ſex coronatos: & nuncupatum veterem, reſpectu nouitatis, quæ poſteà incidit in monetis, quatenus remedium adhiberetur neceſſitatibus publicis: prout euidenter intelligi poteſt ex prædictis legib. & ordinationibus.

Huic ſupputationi admodum quadrare poſſet ſolidorum æſtimatio, ſuſtinēdo per hiſtoriam de vita Regis Alfonſi X. ſolidum communem valuiſſe ſex Burgalenſes, quorū ſingulus æquiualebat ſex Meaſas: & conſtituendo ſolidum bonum in duodecim talibus Burgalenſibus, ita vt duodecim Burgalenſes efficerent octo denariolos: veluti poſteà dicemus: & ſic †maneret ſolidus bonus, cuius mentionē faciunt leges Regis Alfonſi XI. ad octo denariolos: vnde reſultat, quinq; ſolidos bonos efficere quatuor Marauedinos cōmunes, ætatis dicti Regis Alfonſi XI. veluti conſtat ex legib. eiuſdem Regis prius allegatis, vnde Marauedinus percipitur eſſe quinta parte maior ſolido bono: iuxta quam rationem Marauedinus ætatis Regis Alfonſi XI. manebit ad decem denariolos, velut modernus, tametſi pluribus in legibus fuerit nuncupatus Marauedinus vetus.

Hanc diſtinctionem ſolidi boni, & alterius minoris cum eadem æſtimatione Marauedini communis, ætatis Regis Alfonſi XI. notatam vidi in memoria ſuperiùs allegata de monetis antiquis, quam vidi admodum vetuſtis characteribus. Vnde apparet, concluſum eſſe, Marauedinū veterem &. communem diſtinctum ab eo, quem leges & hiſtoriæ nuncuparunt bonum, valuiſſe decem denariolos, vel coronatos, prout valet is, quo modò vtimur. Tametſi Marauedinus ætatis Regis X. qui nuncupatur bonus, eſſet aureus, vel tot denariolorum, vt æquiualeret Marauedinum aureū, veluti eius hiſtoria teſtatur, & valeret multò plures, ſiquidem valebat ſex Marauedinos, ex ijs, qui modò ſunt in vſu.

Id eadem hiſtoria Regis Alfonſi X. & in alijs fit mētio certæ monetæ dictæ Tornes vel Turonenſis, quam hiſtoria ſcribit fuiſſe argenteam. Hanc puto extitiſſe monetam Gallicam, cuius erat vſus in Caſtella, quod allata eſſet à Gallis, qui tum temporis ad hæc regna peruenerant: & iuxta temporum rationem videtur fuiſſe argenteus Turonenſis, de quo tractat Cle-

ment.2. de magistris, & nos tractauimus cap.3.§.2.nu.8. huius operis, vbi eum appreciauimus viginti quinque marauedinis, iuxta æstimationem, quam nunc habet Realis & Regalis argenteus Castellanus: nam, Turonensis appēdebat tres partes ex quatuor vnius Regalis, vel tres quartos: qui tum temporis valore suo poterat adæquare duos marauedinos communes.

Verùm, dicet quispiam, Turonensem istum fuisse solidum Turonensem, de quo tractauimus in eodem §.2. nume.7. cuius pondus constituimus ad tertiam partem vnius Regalis, qui nunc temporis efficeret vndecim marauedinos, & ea ætate potuit valere vnum marauediuum communem, veluti posteà indicabimus, tractaturi de monetis argenteis, qui cursum olim habuerunt hisce in regnis: tametsi suspicor, solidum Turonensem multò ære cōmixtum fuisse, neque tantum argenti continuisse.

In legibus Regijs fit quoq; sæpiùs mentio solidorum, qui fuerūt differentes, veluti ex ijsdē legib. & Chronicis apparet: Non sum hic tractaturus de solido, cuius fit mentio in foro Iuzgo, & in legib. Gothicis, eò, quòd inferiùs cōmodior de iis tractandi nobis offeretur occasio.

Sunt & alij solidi, quorum mentionem faciunt leges Alfonsi Regis X I. ex quibus apparet, singulum illorum fuisse quinta parte inferiorem marauedino communi, qui per eam ætatē cursum habuit: hoc probatur l.11.& l.19.tit.11. & lib.4.ordin. lib.12.& l.10.tit.32.ordinat.quas condidit præfatus Rex Alfonsus X I. Compluti anno 1386.

Hoc ipsum paulò anteà probauimus, quandoquidē ex ijsdem legibus constat, quatuor marauedinos valore suo adæquare solidos quinq;:& iuxta alteram opinionem constituimus talem marauedinum ad valorem quindecim denariolorū, asserentes, eundē esse, quem leges nuncupant monetæ veteris. Quamobrem solidus iste valebat duodecim denarios, & sexta parte excedebat marauedinum præsentem: nam hic saltem valet decem denariolos: vnde apparet, quinq; huiusmodi solidos æquiparare valorem sex marauedinorum præsentis monetæ. Iuxta eandem æstimationem declarauimus in varijs resolutionibus, lib.1.cap.11. solidos contentos in legib. Regis Alfonsi X I.

Hanc opinionem ante plurimos sustinuerunt Doctores Vincent. Arias & Montaluus l.1.titu.3.& l.1.tit.5. libr.2. fori Hispalensis. Et idem Montaluus in Repertorio, quod conscripsit ad ordinationes regias, in verbo, solidus. vbi nouum addit: Nempè solidum bonum valuisse octo marauedinos monetæ veteris, qui iuxta suā supputationem adæquarent duodecim marauedinos præsentes, quos hodie expendimus.

Huc allegat ordinationem quandāRegis Alfonsi X I. conditam Compluti, quæ incipit: Si nobilis, &c. & l.1.tit.11.libr.4. ordinat. Sic ait lex in nouis ordinationibus regijs, estq; lex in ordine 19. Qui plus acceperit, soluat Regi ex suis bonis pro rebus singulis quinq; solidos, qui sunt huius monetæ quatuor marauedini. Cū ista lex sit eadem, quam allegat Montaluus, euidēter patet, ipsum nō probare id, quod probare intendit. Scribitur etiam in antiquis ordinationib. Alfonsi X I. soluat Regi pro re singula, quinque solidos bonos, qui sunt huius monetæ quatuor marauedini.

Hinc apparet, Doctorem Montaluum vsum fuisse mendoso exemplari: & hoc quidem clarum existit: nam eadem lex, & reliquæ eiusdem tituli, taxant alimenta ijsdem solidis marauedinis & denariolis, & in alijs reliquis locis ita cōstituit solidū, vt quinq; valeant quatuor marauedinos: ita vt non probet, solidum ea ætate valuisse octo marauedinos veteres. Rex Alfōsus vocat & vocare potuit istos solidos duodecim denariolorum solidos bonos, ad differentiam aliorum, mea sententia minoris valoris, quorum mentionem facit Rex Henricus I I. filius eiusdē Regis Alfonsi, in ordinationibus, quas in Ciuitate Toro condidit anno 1411. vbi in proœ-

prooemio ait, quòd tres solidi valeant quatuor denariolos, prout solebant valere: vnde sequitur, talem solidum valuisse aliquid vltrà vnum denariolum, nempe denariolum cum tertia parte alterius: ita & hic minor solidus æquiualeat octo measas, vel tres solidos, qui fuerunt in vsu tempore Alfonsi X. velut apparet ex cap.1. suæ historiæ. Valebat singulus horũ solidorũ sex denariolos Burgalenses, quibus mea sententia, singulus constabat, & valebat quatuor measas, veluti ex prædicto cap.1. aliquatenùs colligi potest: nam valuit singulus duos pepiones. Iuxta hãc computationem hic vltimus solidus valuit viginti quatuor measas, nempe quatuor denariolos, ex ijs, qui posteà cursum habuerunt in hoc regno, ex quibus marauedinus valuit & valet decem, prout iam elucidauimus.

In l.2.tit.9. lib 4. ordinationum dispositum est, quòd qui alteri per contumeliam dixerit aliquod verbum ex ijs, quæ in eadem lege continentur, mulctetur trecentis solidis. Istos solidos veluti annotaui in varijs resolutionibus, quidam iudices, præcipuè inferiores æstimant singulum ad duos marauedinos. Alij velut præfecti Curiæ, quatuor marauedinis modernis. Lex ista desumpta est ex Foro Regali Hispaniæ, l.4.tit.3.l.1. & in eodem tit.l.1.

Notatur quoq; eadem mulcta trecentorum solidorum in alio casu: & in l.3.tit.5.libr.4. Fori fit mentio solidorum. Et ibidem Doctor Montaluus intelligit solidos Burgalenses, iuxta l.1.tit.8.libr.1. Fori, & declarat l.1.tit.5.libr.2. istum solidũ Burgalensem valuisse duodecim denariolos, ita vt duobus solidis excedat marauedinum præsentẽ, qui hodie in vsu est. Quãobrem isti solidi tantum valent, vt quinque ex ijs efficiant sex marauedinos præsentes: & iuxta hanc rationem trecenti solidi æstimabuntur trecentis & sexaginta marauedinis huius monetæ, qua modò vtimur.

Quòd si isti denarioli non constant sex measis, sed Burgalensibus quatuor measarum, veluti annotaui, singulus solidus esset quadraginta & octo measarum, & quinta parte minor marauedino communi: ita vt quinque solidi valerent quatuor huius ætatis marauedinos: & sic trecenti solidi efficerent ducentos & quadraginta marauedinos huius monetæ: tametsi in hac supputatione semper cõtrarium sustinuerimus à Doctore Montaluo, & ab ijs, qui eius opinionem insecuti fuerunt.

In hac materia solidorum & iniuriarũ est rationi consentaneum notare duas leges styli admodum antiquas: quandoquidem hoc opus conscriptum est ætate Regis Alfonsi X. Prior verò legum, quibus id seculum maxima ex parte vtebatur, est l.85. posterior est l.131. vnde apparet, quòd is, qui verbis contumeliosis affecerit virũ nobilem, luat quingentos solidos: quamuis iniuriæ prolatæ in viros ignobiles, nõ sint tam graui mulctæ obnoxiæ. Has leges notauit vir magnificus, & literis ac iustitiæ rectitudine illustris Ioannes Arce de Otalora I.V. Licent. ac Regię Maiest. in Regia audientia Vallisoleti Consiliarius, in trac. suo de nobilita. 2. par. cap. 4. num. 11. quòd viro nobili in Castellę regno, iuxta leges Fori Hispaniæ, competat iure speciali, ratione suæ nobilitatis ęstimare suas iniurias, ac vindicare quingentis solidis. Facit ad prædicta lex, quæ habetur in Foro Hispaniæ, lib.3. de pignoribus, quæ ait:

Si eques quispiam debeat libero, vel alteri homini triuiali, pro eo debito, nec pro re quauis alia, non sistat animal quod equitauerit, neq; illi frenum cohibebit: quod si id fecerit, luat quingentos marauedinos prę calumnia: quorum ducenti quinquaginta cedent Regi, & reliqui ducenti quinquaginta equiti pro ignominia qua affectus est. Idipsum quod hac lege notatur, per alia huius Regni fora probatur. Proinde cùm plurimæ adferantur rationes pro intelligentia originis & principij, quod habuit is loquendi modus, ad comprobationem prædictorum considero l. 11. titul. 11. libr.4. ordinationum Regiatum,

giarum, vbi refertur lex Regis Alfonsi XI. condita Compluti anno 1386. quæ ait: Si quis ex fundo agricolæ rapuerit quid piam rei aljmentariæ, luet trecentos solidos: quòd si fundus spectauerit ad Nobiles, quingentos solidos.

Huc etiam potest applicari alia lex Fori Iuzgo lib.8.tit.4. quæ incipit: Quòd si quispiam bouem ferocem: vbi æstimãdo calamitates, quę fiũt per animalia, & mortes hominum in certa quantitate: constituit domino animalis pro morte hominis ingenui mulctam quingentorum solidorum pro homicidio

Huc etiam aliqua ratione applicari potest, quod scribit Beatus Rhenanus lib.2. rerum Germanicarum, vbi ait inter leges Salicas, quibus Franci vtebantur, quandã contineri, qua pœnę iniuriarum æstimabãtur, hoc modo: Quòd si Francus Salicus iniuria quempiam affecisset, lueret solidum æstimatum duodecim denarijs: verùm si Phrygius vel Saxo iniuria affecisset Salicum Francum, lueret pro solido quadraginta denarios, taliter ęstimatum, vt solidus pro satisfactione iniuriæ commissæ aduersus Salicum deberet accipi & ęstimari maioris, nempe ad quadraginta denarios: reliqui verò ad duodecim denarios. Id quidem fiebat: quòd Franci Salici gens esset nobilissima: eiusque generis & qualitatis, vt ex ea eligerentur Reges Franci, eius consiliarij, legislatores, atque id genus cæteri, quorum votis, & prudentia Respublica gubernaretur. de qua re, & de legibus Salicis tractaui cap.1. nume.8. practicarum quæstionum.

Iuxta prædicta necessarium est distinguere duas istas opiniones, atque ad singulam earum resoluere monetarum æstimationem, in quibus est vel consistere potest illa differentia: Attenta verò opinione Doctoris Montalui, & declaratione Regiarum ordinationum Regum Catholicorum Fernandi & Elizabeth, seruabitur opinio sequens.

Marauedinus bonus, qui adęquabat Marauedinum aureum ætatis Alfonsi decimi, valet decem Marauedinos pręsentes.

Marauedinus vetus, qui erat communis ætate Regis Alfonsi XI. correspondet paulò plus tribus blancis: ita vt sex veteres supputent decem Marauedinos præsentes.

Solidus Burgalensis valuit duodecim denariolos: & quia Marauedinus pręsens valet decẽ denariolos, hic solidus valuit sexta parte ampliùs Marauedino pręsenti: & quintã minùs Marauedino veteri. Hic solidus nuncupabatur solidus bonus.

Verùm accipiendo & insequendo aliã supputationem, notari debet alia æstimatio modo sequenti.

Solidus minor valuit vnum denariolum, & duas measas: ita vt valuit octo measas.

Solidus bonus valuit duodecim Burgalenses, & nuncupatus fuit iste solidus, Solidus Burgalensis, quod probatur l.1.titu. de scribis, lib.1. Fori: vbi apparet, legem voluisse innuere, solidum istum Burgalensem diuidi & æstimari per denarios Burgalenses, & ferè indicat, sex denariolos Burgalenses efficere dimidium solidum.

Denariolus Burgalensis valuit quatuor measas, velut annotatum est in antiquo illo memoriali, quem suprà allegaui.

Vnde colligitur, solidum Burgalẽsem non valere duodecim nouos denariolos, continentes sex measas, quorum decẽ efficiunt Marauedinum præsentem, vt voluit Montaluus, sed duodecim Burgalenses singulum ad quatuor measas, nempe octo denariolos nouos singulum ad sex measas.

Ex supradictis quoque infertur, solidum istum bonum nuncupatum Burgalensem, eundẽ esse cum eo, de quo tractẽt & mentionem faciunt leges Regis Alfonsi XI. quas suprà allegauimus, & aiunt, solidum istum quinta parte esse minorem Marauedino paruo & communi, quãdoquidem Marauedinus valebat & valet decem

cem denariolos sex measarum: & hac ratione quinque tales solidi, nempe quadraginta denarioli efficiũt quatuor Marauedinos, qui etiã valuerunt & valent quadraginta denariolos.

Hæc eadẽ æstimatio quadrat l.30. à Rege Alfonsi Compluti conditæ, absque vlla diminutione vel additione, vbi ait: Quatuor solidi, qui efficiunt tres Marauedinos.& duos denariolos. Cùm iste solidus constet octo denariolis, illorum quatuor efficiunt triginta & duos denariolos & Marauedino existente decem denariolorum, tres Marauedini supputant triginta denariolos: ita vt quatuor solidi æquiualeant tres Marauedinos & duos denariolos. Iuxta alteram supputationem cõstitueramus solidum ad duodecim denariolos, & non potuimus Marauedinũ appreciare quindecim denariolis, quod verisimile non fit, cùm Marauedinus semper habuerit denariolos certos & integros.

Alter solidus, cuius fit mẽtio in Chronicis Regis Alfonsi X. valebat sex Burgalenses, eratq; dimidium solidi boni Burgalensis: ita vt solidus iste valeret viginti quatuor measas, vel quatuor denariolos singulum ad sex measas. Potest solidus dici medius, veluti colligitur ex prędicta historia, ex eo quòd per illam intelligi potest, atque ex eo quod statim dicturi sumus.

Marauedinus bonus, qui aureum in suo valore adequabat, veluti in eadem historia scribitur, valuit centum & octoginta pepiones: singulus pepio constabat duobus measis. Iste Marauedinus quoque valuit decem metales, siue mercales: singulum verò mercale decem & octo pepiones. Iuxta quam rationem talis Marauedinus valuit sexaginta denariolos, singulus ad sex measas, qui correspondent sex Marauedinis modò vsum retinentibus.

8 Scribitur in eadem historia Regis Alfonsi X. Marauedinum eius ætatis adæquantem illum qui aureus dicebatur, valuisse nonaginta Burgalenses: singulum Burgalensem duos pepiones, qui ad nihilum redacti sunt, & reducti fuerunt centum octoginta ad nonaginta. Valuit etiã Marauedinus iste bonus quindecim solidus, quorum singulus habebat & valebat sex Burgalenses: ita vt hic marauedinus correspondeat sex pręsenti ætate cursum retinentibus.

Huc etiam spectat, quòd Nigri quindecim, vulgò prietos (quorum eadem historia Regis Alfonsi X. meminit, efficiebant marauedinum) tot denariolos supputabant, vt iuxtà eandem computationem æquiualeãt sex marauedinos modernos: ita vt hic denariolus Niger valuerit quatuor denariolos communes.

Huic rationi correspondent leges Regis Ioannis I. vbi taxant marauedinũ bonum, sex marauedinis monetæ veteris, quos in eodẽ valore que hodie sunt præsentes, constituimus: tametsi in diuersis locis atque in particularibus iudicijs marauedini veteres fuerint & sunt interpretati & æstimati aliquãdo duobus, aliquãdo tribus, aliquando quatuor marauedinis quibus hodie vtimur.

Vnde colligitur, marauedinum aureũ antiquum, qui lege styli valuit & ponderauit quantum sex marauedini aurei Regis Alfonsi X. æstimatum & appreciatum extitisse triginta sex marauedinis, cuiusmodi hodie expendimus.

Lex 2.tit.33.part.7.distinguit marauedinos Nigros à marauedinis albis, liquidò commonstrans, marauedinum nigrũ pluris valuisse, quàm album. Forsan lex nuncupauit marauedinum nigrum marauedinum bonum, ęquiualẽtem quindecim nigros: album verò marauedinum inferiorem & communem, adæquantem decem denariolos, prout valet is, quo modò vtimur: quod etiam probari potest ex eo, quod modò dicturi sumus de albo.

Verum est equidem, me in plerisque contractibus concessis Capitulo Ecclesię Cordubensis, vidisse fieri distinctionẽ marauedinorum monetæ veteris, & marauedinorum monetæ albæ, æstimando marauedinum monetæ veteris duobus monetæ albæ,

albæ, atque intelligẽdo monetam albam pro ea, qua hodie vtimur, quæquæ habuit cursum annis ab hinc sexaginta, & ampliùs.

Quamuis monetæ istæ antiquæ æreæ existerent, credo tamẽ & suspicor, ijs admixtum fuisse plus argenti, quàm Blãcis, Quartis, & Octauis, qui modò cursum retinent. Hoc aliquatenùs colligi potest ex cap. 18. historiæ Regis Alfonsi XI. cuius ætate, & anteà seculo Regis Fernãdi IIII. sui parentis, & aliorum Regum, marauedinus communis fuit æstimatus per monetas & coronatos, vulgò Cornados, vt apparet ex eadem historia, & valuit idipsum quod modò valet, prout ex sequentibus credi potest.

Primò, quia ex legib. Regis Alfonsi XI. quas circa solidos allegauimus & expendimus, apparet talem marauedinum valuisse decem denariolos, prout modò valet, & non ampliùs.

Deinde quia marauedinus valebat decem nouenas, quarum singulæ adęquabãt vnum denariolum, sex measarum, veluti apparet ex ordinatione, quam Rex Henricus II. condidit in Toro anno 1411. vbi ait: Marauedinus valeat decem denariolos, vel decẽ nouenas, vel sex coronatos: & duodecim quinquenæ valeant vnũ marauedinum, & duo quinquenæ vnum coronatum: vnde patet, talem marauedinũ valuisse sex coronatos, vulgò cornados, & decem denariolos, prout valet is, quo nunc vtimur: & duodecim quinquenas tantum efficere ac supputare, quantũ decem nouenæ: ita vt nouena valuerit sex measas, quinquena siquidem constabat quinq;: & hæc omnia quadrant cum marauedino præsenti.

Ex hoc etiam probatur, nouenam denariolum per id tempus non valuisse vltrà sex measas, & non nouem, quamuis fieri queat, vt alias idipsum valuerit.

Cruciatus, monetæ minutioris numus ordinariè solebat in Castella valere duos coronatos, neq; per illam necessitatem auctus fuit eius valor, veluti probatur ex ordinatione, quam condidit Rex Henricus II. Compluti anno 1408 Blancus etiã refertur inter monetas, & quam prius potuerit esse percussus, veluti colligitur ex regijs partitarũ legib. par 2. tit. par. 7. tamen illum prius mandauit cudi Rex Ioannes eius nominis I. & constituit in valore vnius marauedini decem denariolorũ, deinde imminutus est singulis blancus ad sex denariolos, ferè idem efficientes quod hodie vna blãca, prout apparet ex ordinatione, quam idem Rex Ioannes condidit in Biruiesca anno 1387, & Burgis anno 1388. Hic Blancus imminutus est ad valorem vnius coronati à Rege Henrico III. anno 1391.

Aetate eiusdem Regis Henrici III. hisce in regnis habuit cursum moneta nuncupata Agnus Dei, quæ initiò æquabat marauedinum: deinde percussa fuit ex tam infima materia, vt saltem valuerit vnum coronatum, vulgò Cornado, veluti tractatur in Chronicis eiusdem Regis Henrici III.

Antiquitùs quoq; hisce in Regnis percussa fuit moneta, quam veteres nuncupàrunt dimidiam Blancam, veluti cõstat ex legib. quas Rex Ioannes I. Segouiæ cõdidit anno 1290.

Aduertẽdum est, monetas antiquas aureas, & argenteas, tametsi in hoc opere plerumq; æstimentur iuxta precium antiquum, comperto pondere quod habuerũt, debere reduci ad eas, quæ modò cursum obtinent, ad æqualitatem in quantitate ponderis: & tale pondus æstimari, prout hac ætate æstimatur: quandoquidẽ debent considerari iuxta prædictum pondus, & quantitatem auri vel argenti.

Thema Cap. VI.

In hoc Capite tractatur & consideratur pondus vetustorum numismatum aureorum & argentorum horum Regnorum, ad faciliorem legum intellectum.

SVMMARIA.

1 Pre-

1 *Pretia rerum venalium in antiquis temporibus qualia fuerint, in his Regnis.*
Marca argenti æstimatio.
2 *Regalis Hispanici pondus & valor qualis fuerit sub Henrico II. & antè, vel post illius tempora.*
3 *Dupla Castellana cuius ponderis valorisq́; fuerit.*
4 *Marauedinus aureus cuius æstimationis & ponderis fuerit antè hac tempora.*
Gothis in Hispania regnantibus, quales monetæ in vsu fuerint.
5 *Leges Partitæ, & Fori, de marauedinis & alijs monetis loquentes, examinantur.*
6 *Francus, qualis moneta fuerit, & quo pondere, & valore.*

CAPVT VI.

QVOD ad intellectum plurimarum legum partitarum & Fori Regalis attinet, necessum est penitiùs expendere ac discutere valorem & pondus numismatum aureorum & argenteorum, qui olim hisce in Regnis cursum obtinuerunt: quandoquidem licèt dixerimus ac declarauerimus precium marauedini aurei veteris ac noui, per æstimationem marauedinorum communium, & denariolorum minutorum: operæpretium erit ad verificationem eorum, quæ deinceps tractaturi sumus, expendere pōdus & quantitatem istorum numismatum, quatenùs rectiùs intelligi queat grauitas pœnarū iuxta vsum huius nostræ ætatis, vt dinoscamus, an mulcta marauedini aurei leuis fuerit, & ex consequenti mulcta aliorum marauedinorum communium. Pro huius rei inuestigatione considerari debent aliquot antiquitates.

1 Quicunq; legerit Historiographos Castellæ, & leges antiquas huius Regni, cōperiet annonam & reliqua id genus ad humanam sustentationem necessaria, olim adeò vili & exiguo precio cōparata extitisse, vt pro vnico Reali vel Regali argenteo, eiusdem ponderis, quem neoterici habent, quispiā sibi parabat vel parare poterat, quæ hac ætate nemo sibi decē aut quindecim, imò nec fortè viginti comparare posset. Idipsum dici posset de marauedino communi: siquidem tūc temporis vtilior erat ad res emendas vnicus marauedinus, quàm hodie quindecim aut viginti. Hoc ita apparet, etiam si de vetustiori ætate non inquiramus, quàm ea, qua suas ordinationes condidit Rex Alfonsus XI. Compluti anno 1386. & copiosè ex legib. quas in Toro condidit Rex Henricus secundus anno 1407. à lege 19. vsque ad legem 36.

Notandum est etiam, ætate Regis Alfonsi XI. & Henrici Secundi in diem vsque hodiernum, marauedinum, ex quo per easdem leges appreciabantur, vel appreciata fuerunt, quæcunque ad vsum humanum sunt necessaria, fuisse valoris sex coronatorum, aut decem denariolorum, veluti patet ex ijsdem legibus, & ex ijs, quæ cap. præcedenti allegauimus: quandoquidem hic marauedinus non erat is, qui vulgò dicebatur bonus, vel aureus, sed communis.

Apparet etiam ętate Regis Alfonsi XI. marchum argenti valuisse centum & viginti quinque marauedinos, veluti probatur ex eius historiæ cap. 98. Deinde ætate Regis Ioannis I. marchū argenti valuisse ducentos & quinquaginta marauedinos: quod ex Comitijs, quæ Rex Ioannes habuit in Ciuitate Burgensi anno 1388. certum esse constat, & in hac re, veluti alijs in rebus Reipublicæ necessarijs, per huius regni Chronica comperietur, quod quo magis approximauerimus hæc tempora, tantò ampliùs aucta sunt precia rerum omnium, quibus ad communem victum ac vestitum, & alios actus ad vitam necessarios vtimur: quod quidē sola rerū experientia absq; vlla historiarum cognitione, annis ab hinc triginta vel quadraginta didicimus: quamobrē tanta non tenebimur admiratione de ijs, quæ legerimus quoad precia alimentorum & aliarū

rerum ad humanam sustentationem accommodarum ab annis ducentis retroactis.

a Iuxta prædicta non exorbitat precium Realium siue Regalium Castellanorum eius ætatis. Erant enim regales eius ætatis tanti ponderis, vt eorum octo vnã vnciam appenderent, veluti & hodie pendent: prout probatur ex lege, quam idem Rex Ioannes tulit in Biruiesca anno 1387. vbi ait: Quòd pro octo regalium dedito soluatur vna argenti vncia: quum statuit iustum esse debiti precium.

Ex valore Marchi argentei possumus elicere diuersitatem valoris regalis argentei prædicti ponderis, qui voluit ætate Regis Henrici I I. tres marauedinos, & quia hic numus pro ratione publicæ necessitatis, ex viliori materia percussus fuit, idem Rex diminuit eundem regalem ad vnum marauedinum, vt patet ex eiusdem historiæ anni 6. cap. 8. & ex ordinationibus, quas idem condidit Compluti anno 1308. Idem numus posteà percussus fuit ex bona materia veluti antiquus: talem intelligo, qualis extitit is, qui cursum habuit priusquàm cuderetur ex viliori materia: & sic regalis argenteus nouus & vetus valuerunt singuli ætate Regis Henrici I I. tres marauedinos.

Hoc probatur ex legibus eiusdem Regis in Ciuitate Toro conditis anno 1411. vnde liquet, regalem argenteum paulò antè per diuersas necessitates publicas auctum fuisse ad duodecim marauedinos: deindè confestim imminutum ad tres.

Deinde successu temporis, regnante Ioanne primo, valuit idem regalis argenteus eiusdem ponderis quatuor marauedinos. Ita quidem intelligo pondus regalis argentei, quòd octo regales efficiebãt, & appendebant paulò minùs vnam vnciam.

Denique monetis omnibus semper deest iustum pondus, quarenùs satisfiat impensis ad eam cudẽdam necessarijs. Quòd verò ætate Regis Ioannis I. regalis argenteus valuerit quatuor marauedinos, probatur ex lege, quam idem Rex Ioannes condidit Burgis anno 1388. deinde cùm au geretur argenti precium, peruenit regalis argenteus ad valorem duodecim mara uedinorum, & nuncupatæ fuerunt tunc temporis quartæ certi nummi valoris trium marauedinorũ: quòd constarent quarta parte vnius regalis: qui etiam valuit decem & sex marauedinos: atq; inde fuerũt nuncupatæ quartæ numi quatuor marauedinorum. deniq; antiquitùs habita est ratio monetæ argenteæ, iuxta valorem ipsius argenti, vel paulò plus, prout est notorium.

Prætereà in huius regni legibus & historijs fit mentio numismatum aureorũ † præcipuè in Castellæ regno fuit vsus duplorum: & ex legibus Regis Henrici I I. 3
in Toro conditis anno 1407. lege 61. videtur duplus Castellanus eo seculo valuisse triginta sex marauedinos cõmunes: quorum singulus valebat decem denariolos, veluti modernus: deinde idem Rex Henricus auxit monetarũ precium, & valuit duplus Castellanus centum & viginti marauedinos: & confestim reducta ad iustũ valorem moneta, valuit triginta quinque marauedinos: sic probant leges eiusdem Repis Henrici, conditi in Toro anno 1411. Aetate Regis Ioannis I. valuit duplus Castellanus quinquaginta marauedinos, quod patet ex legibus eiusdem Regis Ioannis, quas condidit in Biruiesca anno 1377. Burgis anno 1388. Inter duplos qui cursum habebant ætate Regis Ioannis I I. erant aliquot admodum infimæ materiæ: & bonæ perinde ac malæ excidebant iustum valorem: prout aucti erant & auri, & argenti, ac aliarum rerũ precia: veluti patet in petitionibus Madricij in Comitijs anno 1415. oblatis, in cõtractu cuiusdã vẽditionis ætate Regis Ioannis I I. anno 1425. celebrato de certo prædio territorij Hispalẽsis, in quo cõtractu vidi factã mentionem duplorũ Mauritanorũ, qui legib. regijs adæquabantur duplis Castellanis, singuli ad septuaginta marauedinos: quod tolerabatur, quia per id tempus dupli Mauretani habebant cursum, tametsi essẽt inferioris materię, veluti & Castella

Iste contractus initus fuit quinta decembris, per quem domina Leonora Guttieres Abbatissa, & monachæ ordinis sanctæ Claræ vendiderunt prædium Villæ nouę de Balbona Francisco de Villa franca, bis mille, ducentis, & quinquaginta duplis Mauritanis: singulum duplum ad septuaginta & vnum marauendinum. Duplus iste Castellanus nostra ætate cursum habuit: verum non extitit tam bonæ materiæ neque tanti ponderis, velut ij quos dixi cursum habuisse, ætate regis Henrici secundi, & Ioannis primi, & vltimi, annis abhinc triginta vel quadraginta percussi, valebāt trecentos & sexaginta quinqui marauedinos.

Dupli antiqui valebant ætate Regis Ioannis primi duodecim Regales argenti signati & argenti rupti vnciam cum dimidia cum octaua parte vnciæ, veluti ex prædictis legibus apparet.

Vltra prædicta, pro elucidatione eorū quæ dicturi sumus, conuenit expendere pondus dupli istius Castellani, & videre quantum auri continuerit: Quantum vero assequi possum, opinor duplum istum habuisse pondus vnius Castellani, quod quidem hactenus colligo ex sequentibus.

Primò, quia Rex Ioannes primus, anno 1390. Segobiæ condidit legem secundæ supplicationis, cūm mulcta mille & quingentorum duplorum, nil iudicando præter duplos, absque vlla declaratione precij illorum: quamobrem dupli isti debēt intelligi Castellani, & similes ijs, qui cōtinentur in alijs legibus eiusdem Regis, quòd mea sententia clarum apparet, nostris & patrum nostrorum temporibus, postquam eadem lex fuit condita, dupli isti fuerunt iudicati ad pondus & preciū Castellanorum: vnde confestim probatur, duplum Castellanum eius ætatis habuisse pondus vnius Castellani.

Opinor etiam, duplos istos eosdē existere, qui vulgò cum capite nuncupātur, ex eo, quòd ait Rex prima Regis Ioannis primi, condita in Biruiesca, vbi fit mentio certi honorarij duplorum, quos illi regnum promisit, certa forma signatorū capitibus maiusculis & minusculis. Nūcupantur isti dupli: Dupli cum capite, in prouisionibus à Carolo 5. anno 1539. in materia supplicationum expeditis, cū mille & quingentis duplis.

Secundò, quia in constitutionibus vniuersitatis Salmaticensis, conditis anno 1412. vel paulò ante, iubentur dari singulo Doctori in actis Licentiæ & Doctoratus duo dupli, qui procul dubio nequeunt aliter intelligi, quàm de duplis Castellanis, qui ea ætate cursum habuerunt in istis regnis, & semper æstimati fuerunt ad pondus & valorem Castellanorum, veluti notorium est, nec potest negari, vel adduci ratio in contrarium.

Prædictis omnibus correspondet precium & æstimatio duplorum ex Regalibus argenteis, ponderis huius nostrę ætatis: quandoquidem certum sit, nunc temporis vnam auri particulam valere vndecim argenti particulas, ac per æstimationem auri & argenti, quę semper aucta est, vel saltem nunquam tantùm valuit in Castella, quantum in præsentiarum valet, colligi potest. Duplum vnum æstimatum ad Regales duodecim efficientes vnciam vnam cum dimidia argenti, cōtinere plus auri, quàm Ducatus nostri temporis. Pōdus igitur dictorum duplorum adæquabit vnum Castellanū, veluti diserte probatur: nam in prædictis legibus duplus Castellanus æquiparatur duplo Mauritano, qui appendit vnum Castellanum, & vltra.

Si quis consideret ætatem Regis Henrici secundi, cùm dupus Castellanus valeret triginta sex Marauedinos communes, & quod eodem seculo non fuerit exilius auri & argenti precium, quàm ætate Regis Alfonsi decimi, poterit inferre, Marauedinum aureum, ætatis Regis Alfonsi decimi, qui iuxta eandem rationem valebat sex Marauedinos communes, ad minimum appendisse sextam partem vnius Castellani: quamobrem si consimilis moneta aurea hodie percuteretur, valore ferè suo adæquaret duos Regales argēteos

cum dimidio, & minutim octoginta marauedinos. De simili marauedino aureo, debent intelligi leges, quas condidit Rex Alfonsus, eius nominis decimus: tametsi iuxta supputationem Doctoris Mõtalui, trãsactam per ordinationes Regias, quas modò habemus, marauedinus iste valuerit decem communes, quorum singuli cõstabãt decem denariolis, velut ij, qui hac ætate cursum retinent.

Alter Marauedinus aureus vetustior,
4 † ad quem referri debent leges antiquæ horum regnorum, conditæ ante ætatẽ Regis Alfonsi decimi, & illæ, quæ ex ijs decerptæ sunt, appendebat iuxta legẽ styli sex marauedinos, superiùs tractatos: vnde colligitur, fuisse eiusdem ponderis cũ Castellano, tametsi tùm temporis valuerit triginta sex marauedinos communes, qui hodie excederent valorem quadringentorum & octoginta marauedinorum, vel quatuordecim Regalium argenteorũ.

Ex prædictis omnibus liquidum efficitur, Marauedinum aureũ contentum in legibus Partitarum, debere intelligi, ac iudicari, fuisse ponderis vnius Castellani: nam qui easdem leges cõdiderunt, respectum habuerunt ad monetam antiquam auream, interpretantes, sicut interpretati sunt leges tantæ vetustatis, easq; in ordinem redigentes. Huc spectat argumentum, mea quidem sententia admodum efficax, quòd qui condiderunt prædictas leges Partitarum, easque in ordinem redegerunt, optimè intellexerint, pondus solidi aurei Iustinianæi, nempe quod põdere adæquaret vnum Castellanum. Probè norunt etiam, solidum & aureum extitisse eiusdem ponderis: vnde claret, prędictos auctores in legibus, quas interpretati sunt, nihil prorsus immutare voluisse: verùm si quando quidpiam immutarunt, existimarunt à se nullam mutationem fieri, haud intelligendo leges, veluti ab alijs intellectæ fuerunt: & sic in omnibus locis, vbi ius commune mentionem facit solidi vel aurei, interpretati sunt in eorum versionibus marauedinum aureum, vel simpliciter Marauedinum, subintelligentes aureum: vnde apparet, prędictos auctores iudicasse. Marauedinum aureum contentum in vetustis horũ Regnorum legibus, ante tempora Regis Alfonsi decimi, vel Fernandi tertij eius parentis, & aliorũ Regum ætatis, proximæ conditis, fuisse eiusdem ponderis, cuius est modò Castellanus, nempe sextæ partis vnius vnciæ auri, cuiusmodi septuaginta duo efficiebant libram Romanam duodecim vnciarum.

. Huic declarationi & opinioni famulãtur leges Regum Gotthorum, qui in Hispania regnarunt ante Regem Rodericũ, quarum ad hodiernam diem habetur notitia per librum, qui dicitur & inscribitur, Forum iudiciale, vulgò Fuero Iuzgo, latina lingua conscriptum, & per librum vernaculum antiquum, qui eo tempore fuit in vsu, parùm differentem ab eo, quo nunc vtimur.

Hisce in legibus Gotthicis, creberrimè fit mentio solidorũ aureorum in textu latino, qui in eodẽ textu Hispanico vocantur Marauedini, vel Moruisij aurei, & aliàs simpliciter Marauedini, vel Moruisij. Istos solidos aureos intelligo olim fuisse eiusdem ponderis cum Castellano, veluti solidus Romanus, cuius in suo Codice mentionem facit Iustinianus: vnde præsumi potest, tempore Regum Gotthorum, in Hispania solidos Romanos & Iustinianeos, in cõtractibus & commercijs cursum habuisse: quandoquidem eo tempore, quo Gotthi regnarunt in Hispania, non erant ab ea Romani omninò exclusi: verùm gubernarunt Hispaniæ partem vsque ad Suintillam, vicesimum sextum Regem Gotthorum, qui regnare cœpit anno 621. & Romanos exegit ab vniuersa Hispania & Francia Gotthica, atque monarcha istarum prouinciarũ remansit, vt scribit S. Isidorus, Rodericus Archiepiscopus Toletanus, & Alfonsus de Carthagena, episcopus Burgensis: tametsi Paulus Emylius in Chronica Francorum, attribuat hanc monarchiam Regi Sisebutho, qui fuit vicesimus quartus Rex Gotthorũ, & cœpit regnare an-

no 612. Quomodocunque sit, cùm Iustinianus Imperium Romanum possederit, & sexaginta annis, aut circiter antea obierit, verisimile est, permansisse eius numismata & solidos aureos, & alias consimiles monetas, quæ iussu Imperatorum eius successorum percussæ fuerunt, quantum ad contractationem & commercium Hispaniæ. [illegible] nius portionem Imperatores habuerunt, spectare potuit, & postquam inde eiecti fuerunt, veluti solent durare & tractari huiusmodi numismata, tàm excellentis & præstantis metalli.

Hoc ipsum colligi potest ex ijsdem legibus Gotthicis. in quibus solidi isti aurei diuiduntur per tremisses, vt patet l. vltim. tit. vltim. libr. 6. & libr. 8. tit. 4. in lege quæ incipit: *Si algun bombre tal como à cauallo*, & in lege: *Si Algun bombre encierra ganado*, vbi in textu latino fit mentio tremissis aurei, veluti partis solidi, prout autem supra probauimus, capit. 3. numer. 3. solidus Iustinianeus quoque diuisus fuit in tremisses aureos. Denique tam ex nomine, quàm ex ipsa diuisione & cõtractatione, cum Romanis facile possumus intelligere, solidos aureos contentos in legibus Gotthicis extitisse eiusdem ponderis, vel eosdem, quales fuerũt Iustinianei: quamobrem sunt ponderis vnius Castellani. Iuxta hanc rationem possunt intelligi plurimæ leges fori Iuzgo, præcipuè libr. 7. & 8. & alijs pluribus locis, vbi textus latinus vtitur solidis, & Hispanicus Marauedinis aureis, vel simpliciter Marauedinis.

Quòd si velimus inferre, Reges Gotthos non curasse Romana numismata, dicemus, eosdem mandasse percuti solidos aureos, ad imitationem solidorum, Cæsareorum & eiusdem ponderis. Huc faciunt, quæ Petrus Alcocerius attigit in ea historia, quam immensa diligentia & curiositate conscripsit de insigni & imperiali ciuitate Toletana, libr. 1. cap. 31. qui affirmat & testatur, se vidisse dimidium Marauedinum aureum magnitudinis medij Castellani, signatum Toleti, ætate Regum Gotthorum, altera parte habentem Regis effigiem, eum hisce literis: Vuitigis Rex, altera literas: Toleto pius. Verum esse constat, Petrum Alcocerium nuncupare hoc numisma Measam auream, prout leges fori Iuzgo nuncupant tremissem Measam auream, vt apparet ex l. vltim. tit. vltim, libr. 7. vbi textus latinus posuit tremissem, & vernaculus interpretatus est Measam auream: quod si ita sit, Measa aurea nequijt esse dimidium Marauedini aurei, sed tertia pars, prout probatur lege, quæ incipit: *Si algun bombre tal como a cauallo*, titul. 4. libr. 8. & certum est, tremissem aureum fuisse tertiam partem solidi, ætatis Iustiniani, vt probauimus cap. 3. & hæc est eius propria significatio, cui non obstat lex, quæ incipit: *Si algun bombre encierra ganado*, in eodem titulo 4. vbi textus latinus posuit, tremissem vnum pro duobus capitibus, & textus vernaculus interpretatus est, duas partes vnius Marauedini: est enim error euidens, quandoquidem tremissis nõ vult significare, neque significat, duas partes vnius Marauedini, sed tertiam partem Marauedini, vel solidum: tamen existimans, quòd lex latina poneret pro singulo capite duarum vnam tremissem, in textu vernaculo interpretati sunt pro duobus capitibus, duas partes eius vnius Marauedini, subintelligendo duas tremisses.

Tandem numisma, cuius Alcocerius facit mentionem, fuit dimidius Marauedinus, vel dimidius solidus aureus, qui in legibus Iustinianeis dicitur semissis, & non tremissis. Non fuit igitur Measa aurea, qui est verus tremissis, vt patet ex ijsdem legibus Gotthicis.

Ex omnibus præmissis apparet, Marauedinos aureos, quibus Gotthi vsi sunt, partitos per semisses & tremisses, fuisse eiusdem ponderis, cuius solidus aureus Imperatorum, & Castellanus aureus, qui nostro tempore in Castella cursum obtinuit. Huius solidi faciunt mentionem leges prædicti Fori Iuzgo, quas alle-

allegaui,& aliæ plures, præcipuè lex 17. & 18. libro 2. tit. 1. Tametsi Doctor Montaluus in glossa Fori, libr. 1. tit. 5. libr. 2. Fori, dicat, hunc solidum aureum Fori iudicialis valuisse centum & tres aureos. Nullam hactenus vidi auctoritatē, vnde hæc opinio probari possit: verùm ex lege, quę incipit: *Porque vemos ya muchos Iuezes, y muchos merinos,* in dicto titulo lib. 2. Fori Iuzgo, mea sententia clarum apparet, hunc solidum minorem fuisse vna vncia auri: quamobrem fieri nequit, vt valuerit tot auri numismata, veluti annotauit Doctor Montaluus.

Ante ætatem Regis Alfonsi decimi, hisce in regnis cursum habuit certus auri numus, quem nuncupabant Moruisium Alfonsinum: is nimirum fuit Marauedinus aureus Alfonsinus. Istorum fit mentio in quadam scheda vel instrumento, quem habet ciuitas Toletana, vbi continentur cessio vēditionis, quam fecit Rex Fernandus tertius, eidem ciuitati de municipijs Alcocer, Herrera, & alijs locis, precio quadraginta quinque milliū Moruisiorum Alfonsinorum, cuius mentionem facit doctissimus I. V. Licentiatus Ioannes Arce de Otalora, in suo insigni tractatu de nobilitate, 2. parte, capi. 4. & Petrus Alcocerius libro paulò ante allegato, lib. 1. cap. 84. æstimantes, singulum Marauedinum ferè ad valorem vnius Castellani, nempe sexta parte vnius vnciæ auri. Hæc scriptura exhibita est in lite, quam in hac Curia & Cancellaria Granatensi, ciuitas Toletana sustinet contra Marchionem de Gibraleon, & Comitem de Belalcazar, in qua lite producuntur testes, deponentes, præfatum Moruisium Castellanum fuisse ponderis & valoris vnius Castellani. Tametsi circa hunc valorem non viderim testimonium, vel auctoritatem alicuius historię, vel legum antiquarum: & pars Marchionis prætendit, Moruisiū Alfonsinum fuisse minoris valoris & pōderis. Quòd si hic Moruisius sit Marauedinus aureus antiquus, qui iuxta legem styli appēdebat sex Marauedinos bonos, clara & manifesta est eius æstimatio & pondus, ex ijs, quę modò tractauimus: vnde etiam apparet, Moruisium istum Alfonsinum, si fuit ex ijs Marauedinis aureis, cursum habentibus initio regni Alfonsi decimi, vel paulò ante, quod istorum sex appenderint vnum Castellanum. Non meam edissero sententiam, cùm sit articulus concernens litem pēdentem. Posteaquam tractauimus, æstimationem & pondus quorundam numismatum antiquorum huius Regni, conuenit ex prædictis aliquot intellectus & declarationes plurimarum legum in Partitis contentarum eruere, vt hinc elucescat quædam notitia alijs legib. Regijs intelligendis accommoda.

Prima illatio erit circa intellectum legis. 7. tit. 13. part. 6. vbi interprerando authentic. † Præterea C. vnde vir & vxor, dicit: Verùm hæc quarta non debet excedere centum libras auri. Hanc eandem summam librarum auri, in isto casu posuit Nouella Iustiniani in Authentica, Vt liceat matri & auię. §. quia v[illegible]rò. Quod si debeamus insequi æstimatio[illegible]em, quam de auri libra facit Iustinian. in lege quoties. C. de susceptoribus. & arcar. nempe libræ singulæ ad septuaginta duos solidos aureos, vel Castellanos, [illegible] tant cētum istæ libræ auri, septem m[illegible]a & ducentos aureos Castellanos: Lex etenim Partitarum conformiter debet intelligi ad legem, quam interpretata est, quæ intelligit de libris Romanis, duodecim vnciarum, & singulam ad septuaginta duos Castellanos: ita vt prædicta lex sit conformis huic euidenti supputationi, quantū ad quantitatem, quam voluit limitare. 3

Secunda illatio spectat ad leg. 4. tit. 13. part. 1. vbi tractando, qualiter iniuria sepulchris & funeribus illata vindicari debeat, dicit, quod Iudex eam haud [illegible]o ris æstimat centum Marchis. Ista lex decerpta est ex lege 3. §. si nemo erit, & § qui de sepulchri. ff. de sepulchrorum violat. & ibi statuitur hæc pœna ad centum aureos, non ad centum marchos, quæ plurimum differunt: manifeste enim apparet, centum Marchos, siue sint aurei, siue argentei,

gentei, longè excedere centum aureos: quare debet animaduerti hæc varietas legis Partitæ,& illa,l.12.titulo 9.Partit.constituendo eidem delicto pœnam,& interpretando eandem legem Romanorum iisdem terminis,ponit centum marauedinos aureos, & non centum marchos aureos. Sit etiam lex 2.3.titulo 18.libro 4.Fori,tractans de iisdem pœnis, eas constituit ad centum solidos aureos,vbi notandum est, illarum legum conditores intellexisse solidum aureum,& solidum Iustiniani, vnũ atque idem numisma, eiusdem valoris & ponderis existere, veluti copiosè supra disseruimus,capit. 3. In hac eadem materia iniuriarum, mortuorum sepulchris illatarum,dicit eadem lex 12.titulo 9.part.7 Quicunque saxa vel lateres à sepulchris abstulerit,vel sepulchra aperuerit,quatenus mortuos pannis spoliet,luat Regi duas libras auri: quæ lex mendosa est, & debet restitui,decem auri libras,ex l.qui sepulchra.C.de sepulchr.violat. vbi notandum est, hanc pœnam initio constitutam fuisse ad viginti libras auri,ex l.12.titu.17. lib.9.Codicis Theodosiani, quam condidit Imperator Constantinus, statuens eandem pœnam Iudici non castiganti prædictum crimẽ:vnde prouenit l.si quis sepulchrum,C.de sepulchrorum violat. Posteà idem Imperator in eodem casu constituit pœnam decem auri pondo, in l.4.titulo 17.libro 9.Codicis Theodosiani. Hinc deriuauit prædicta l.Qui sepulchra. Debent intelligi hæc auri pondo singula ad septuaginta duos Castellanos,& sic debet interpretari l. Partitarum, ita vt duo auri pondo sint centum & quadraginta quatuor Castellani,& si fuerint decem auri pondo, erunt septingenti & viginti Castellani, si per consuetudinem aut forum aliter non fuerit receptum aut dispositum.Quod dixi circa dictas leges Regias,debet intelligi iuxtà intentionem,quam habuerunt ij, qui prædictas leges copularunt circa pondus, & valorem solidi: nam iuxtà valorẽ antiquorum aureorum,dequibus tractant Iurisconsulti,velut diximus cap. 3. singulus aureus tantùm appendebat, quantùm hodiè duplus aureus,quem duplicem Ducatum nominant, & minutim per numos argenteos vigintiquinq; denarios,supputantes propemodum 30.Reales,ex iis, quibus modò vtimur.

Tertia illatio offertur, quantum ad l. 9.tit.18.part.1.quæ constituit sacrilego pœnam nongentorum solidorum.Lex ista decerpta est ex c.si quis contumax.17. q. 4.& ex concilio Triburiensi,anno 895.celebrato.Solidi isti non intelliguntur aurei, neque solidi Iustinianæi,sed alij solidi minoris æstimationis,de quibus tractauimus c. 3.§.2.explicando intellectum c.qui subdiaconum.17.q.4.

Quarta illatio debet expendi,quãtum ad l.7.tit.18.part.1. vbi interpretando solidum dicti ca. qui subdiaconum. 17.q.4.ait lex:Istos solidos debere intelligi Marauedinos,& veraciter, si intelliguntur Marauedini aurei ponderis solidorum Iustinianæorum, veluti ex consuetudine solent leges Partitarum:ingens est æstimatio, & pœna magnæ quantitatis,ex quo, & ex aliis considerationibus,d.§.2. Sustinuimus istos solidos non fuisse aureos, sed solidos Gallicos argenteos,etiam ære cõmixtos.Hæc intelligi debent, quantùm ad æstimationem solidorum conformium, ca. qui subdiaconum. & iuxtà tempus conueniens,intelligendo, quod leges Partitarũ voluerint immutare æstimationem, nec pondus antiquorum numismatum contẽtum in Legibus,vel Canonibus, quas interpretabantur,quod mihi quidem fit admodum verisimile,siquidem vsi sunt voce marauedini,quę tunc valdè communis erat diuersis monetis aureis & æreis. Verùm si hæc opinio duriuscula videbitur, & opponatur, quod lex interpretando prædictum caput Decreti voluerit illam monetam immutare,& reducere ad marauedinos Castellanos, tunc vsum habentes, necessum est considerare non intellexisse marauedinos aureos antiquos,ætatis Regis Alfonsi, cuius tempore prædictæ leges conditæ fuerunt: pœna siquidem ista in quantitate longè maior existeret, quàm eius capitis,quod lex interpretatur,

Ooo ve-

verùm intelligi debet de marauedinis æreis, tunc in vsu, tametsi precij valorem excederent existentibus iuxtà id quod notabitur illatione septima, quandoquidem in legibus Partitarum quoque mentio fiat marauedinorum æreorum, ex eo, quod dicetur illatione 13. quæ quidem æstimatio magis conuenit prædicto c. qui subdiaconum, cum minori derogatione, vel immutatione iuris veteris.

Quinta illatio est circa l.10.tit. 18.par. 1. quæ statuit pœnam sacrilego triginta auri librarum, qui vim intulerit ecclesijs. Libræ istæ ex omnibus suprà dictis colligun tur, esse singulæ duodecim vnciarum, ita vt hæc pœna sit quadraginta quinq; marchorum argenti, iuxtà id, quod notauimus capit.4. pro intellectu c. quisquis. 17. quæstione 4.

Sexta illatio spectat ad praxin, l.18.tit. 4.par.3. vbi tractando de iurisdictione mediocri vel mixto imperio, ait, quòd ad talem iurisdictionem pertineat, cognoscere vel determinare litem, vltra trecentos marauedinos, & ad iurisdictionem minorem pertinuit sententiam proferre, cognoscere & definire litem infra trecentos marauedinos aureos. Isti Marauedini ex ijs, quę dixi, debent æstimari singuli ad Castellanum: Talis etenim est stylus legum Partitarum. Prædicta lex decerpta est ex Nouella Iustiniani, tit. de defensor. b. ciuit. §. & iudicare, vbi hosce trecentos Marauedinos aureos subinde vocat solidos, & subinde confestim aureos.

Pro meliore autem & faciliore prædictorum intellectu aduertendum est, prędictam æstimationem claram existere, præsupponendo leges Partitarum noluisse monetam, neque pœnam in sua quantitate à legibus antiquis, quás interpretati sunt, immutare, velut annotaui. Verùm si de eo tractetur, & verisimilior sit opinio, dicere, leges Partitarum constituisse numerum pœnarum, in legibus antiquis contentarum, quas interpretabantur respectum habendo ad monetam, quæ ætate Regis Alfonsi decimi, vel noni, patris Regis Sanctij in vsu fuit, alia debebit haberi ratio in æstimatione Marauedinorum in eadem l. 18. & aliarum similium contentarum, vt singulus Marauedinus aureus sit ponderis sextæ partis vnius Castellani, ita vt sex marauedini in auri pondere, efficiant vnum Castellanum, iuxtà quam rationem trecenti marauedini hodie, quantum ad auri pondus, efficient quinquaginta Castellanos, tametsi valor & æstimatio singuli marauedini, tunc valuerit decem ex ijs, qui modò cursum retinent, vel sex, iuxta aliam computationem. Vnde resultat, pondus auri prædictorum trecentorũ Marauedinorum, ad pondus expensorum hodie continere æstimationem, quam habent quinquaginta Castellani, nempè viginti quatuor millia, ducentos & quinquaginta Marauedinos. Et hoc quidem habita consideratione ponderis auri, tametsi iuxtà minutam æstimationem marauedini eius temporis, trecenti marauedini, multiplicando singulum per decem, efficiunt tria millia marauedinorum, & multiplicando singulum per sex, mille & octoginta Marauedinos. Quòd si dicamus, veros quosdam insigniter doctos & curiosos annotasse d. l. Partitæ, & similes debere intelligi de Marauedinis aureis vetustis, qui olim expendebantur, antiquis legibus contentis, quorum singulus in auro appendebat sex eorum, qui cursum habebant, ætate qua leges styli conditæ fuerũt, tametsi certo cõstet, tales leges styli, pręcipuè l.114. loqui de Rege Alfonso decimo, patre Regis Sanctij, velut probauimus capite quinto, numer. 4. Apparet sane iuxtà prædicta, leges Partitarum non intelligi de moneta tum temporis currente, quandoquidem illas condidit Rex Alfonsus decimus, Regis Sanctij pater, quod inficias iri nequit, verùm deberent intelligi de moneta aurea vetustiore, ad quam refertur prædicta lex styli, & idem Rex Alfonsus in illa nominatus. Sunt igitur tales Marauedini, ponderis vnius Castellani aurei conformes ponderi solidi Iustinianei, velut probatum fuit d. c. 5. tametsi ea ætate singulus per monetam minutiorem æstimatus valuerit, iuxta vnam computationem

sex-

sexaginta marauedinos præsentes, & iuxta alteram triginta sex marauedinos. Hinc manifestum apparet, quòd quicunque fatebitur prænominatam legem Partitarum, debere intelligi de Marauedino antiquo, quem lex styli ait fuisse aureum, & appendere lex illorum, quibus tunc vtebantur, debebit concedere, singulum marauedinum contentum prædicta l. 18. debere esse ponderis vnius Castellani aurei, & conformem in pondere solido Iustinianeo, licet eius valor per minutos marauedinos accreuerit, vel ratione temporis & legum nouarum immutatus fuerit. Concedet etiam, marauedinos prædictæ l. probè ad Castellanos aureos & solidos Iustinianeos esse reductos: quamobrem exigua erit differentia inter opinionem, quam prima huius operis editione, quantum ad istam illationem sustinui, & eam, quæ deinde magno cum respectu annotata fuit in contrarium: verùm in idem recidit, si (veluti sensi) lex Partitæ intelligatur de ijs marauedinis aureis, quos antiquos lex styli nominat.

Septima illatio debet notari, quantum ad l. 8. tit. 7. part. 3. in qua litigantibus pertinacibus pœna constituitur certorum Marauedinorum pro mulcta pertinaciæ. Qui mea sententia non debent esse Castellani aurei, veluti sunt alij plurimi, legibus Partitarum contenti: nam in alijs casibus procedunt dictæ leges cum intentione interpretandi ius commune. Hoc in casu intelligerem huiusmodi marauedinos, iuxta æstimationem, quam habebat marauedinus aureus vel bonus, ætate Regis Alfonsi decimi, nempe sex præsentis ętatis, vel decem iuxta aliam computationem, cui fauet l. ... tit. 4. lib. ... fori, quæ contumaci coram Rege citato & côuento, eandem pœnam centum marauedinorum cõstituit, veluti præfata lex Partitæ. Marauedinos autem legum Fori, semper intelligimus ex bonis, nempe aureis, qui cursum habebant ætate regis Alfonsi decimi, & eius coetaneorum per summam numorum æreorum.

Iuxta hanc rationẽ debent intelligi, marauedini contumacib. in pœnam constituti, l. 1. 2. 3. 4. ti. 3. li. 2. fori, & solidi, quorũ ibi fit mentio, iuxta id, quod annotauimus de valore & æstimatione solidorum. Hæc ipsa interpretatio prædictorum marauedinorum, nempe quod intelligi debeant ex bonis, colligitur ex l. 24. 25. & 26. styli, quæ respectũ habent ad marauedinũ bonũ Regis Alfonsi decimi. Eandẽ opinionẽ sustinuit Hugo Celsus in Repertorio verbi *Emplazemiẽto*, licèt istę cõtumaciæ aliter dirigantũ alijs in locis, iuxta cõsuetudinẽ.

Octaua illatio pertinet ad l. 3. tit. 8. par. 3. vbi constituit pœnam centum marauedinorum in vno casu, & decẽ in altero, quando possessor resistit & impedit, ne fiat, vel exequatur locatio. Isti marauedini debent intelligi ex bonis, nempe ex ijs, quorum præcipuè vsus erat ætate Regis Alfõsi decimi, qui erant aurei, vel aureis æquales, iuxta ęstimationem, quam insecuti sumus & expendimus. Hoc probatur ex eo, quòd præfata lex non est decerpta ex iure communi, neque ex alijs, quas ego vidi: quamobrem illam sum intellecturus, conformẽ monetæ Regis, qui eam signari iussit, nempe Regis Alfonsi decimi.

Nona illatio spectat ad l. 20. tit. 23. part. 3. vbi in casu refugij ad Curiam, lex reputat & iudicat eum pauperem, qui nõ possidet valorem viginti marauedinorũ, qui si debeant intelligi, iuxta monetam regiã, quam lex condidit (nam quod ad eam summã, iuxta id, cuius in præsentiarũ reminiscor, nõ possumus eã referre ad alias leges antiquas) singulus marauedinus valet decem præsentes, vel sex bonos, iuxta aliam rationem. Supputant igitur prædicti 20. marauedini, ad minimum sexcentos & viginti marauedinos præsentes, singulum ad 10. denariolos, qui tunc temporis valebant in regalibus argenteis, eiusdem quo moderni sunt põderis vltra 40. Regales, qui ea ætate plus erant, quam hodierno tempore, 3000. marauedinorum, considerando precium omnium alimentorũ, veluti probauimus ex legi. antiquis huius regni, & in præsentiarũ æstimamus inopẽ,

qui in casu refugij ad Curiam non possidet in bonis 3000. marauedinorum.

Quantùm ad id, quod quispiam sit obligatus se pauperem ac inopem declarare, ait l. 1. tit. 5. lib. 2. fori. Qui habuerit in bonis centum marauedinos, non obligatur se pauperem ac inopem declarare. Marauedinos istos intellexit Montaluus singulum pro 10. marauedinis nostri temporis: verùm per aliam rationem æstimo singulum ad sex marauedinos præsentes. Erant verò tunc temporis centum marauedini lōgè maioris valoris, quàm hodiè quinquaginta ducati, prout omnia exiguo precio venundabantur.

Sic etiam, quantùm ad id spectat, quod quispiam ob paupertatem nequeat esse accusator, ait l. 2. titul. 1. part. 7. illum esse pauperem, qui in bonis non possidet quinquaginta marauedinos. Ista lex fuit decerpta ex l. nonnulli. ff. de accusationib. pro hoc effectu constituente quinquaginta aureos, qui iuxtà communem iuris opinionem, contentam in legibus antiquis debēt æstimari pro conformitate illius ætatis, qua leges fuerunt conditæ, & sustinendo id, quod probaui cap. 3. debet ex pondere auri singulus aureus appreciari ad duplicem ducatum, vel ad quartam partem vnius vnciæ auri, & in argēto ad viginti octo Reales, siue Regales, & amplius: quandoquidem singulus aureus valuerit absque aliqua contradictione, viginti & quinq; denarios, efficientes argenti tres vncias cum dimidio, & amplius. In moneta ærea, singulus aureus valebat mille quadrātes, vel quatrinos, qui ferè totidem supputant Marauedinos ex ijs, qui hodie ex Castella vsum retinent. Hæc ipsa declaratio, quæ est vera & genuina, l. nonnulli. applicatur ad legem Partitarum: si intellexerimus, auctores illarum voluisse aliquam innouationem facere: verùm cum illorum mēs fuerit declarare aureum antiquum, pro precio & valore solidi Iustiniani, debemus prædictam summam æstimare ac reducere ad quinquaginta aureos Castellanos, & ad eorum valorem, iuxtà illa, quæ superius annotauimus.

Decima illatio est circa l. 41. tit. 2. part. 3. ex qua interpretando authenticam: nisi breuiores. C. de sententijs ex periculo recitandis, dicit: Quòd causæ infrà decem marauedinos, sunt & debeant reputari breues: ita vt nequaquam oporteat pro illis actionem instituere. Ista quantitas non erat taxata iure communi, veluti apparet ex eo, quod notatur ex dicta authen. quam obrem intelligemus, æstimationem conformem esse monetæ marauedinorū principalium, cursum ætate, quo lex fuit condita, habentium, nempè bonorum, iuxtà vnam computationem ad decem pro singulo, aut sex iuxtà alteram; ita vt essent vel cētum, vel sexaginta marauedini, qui tum temporis pro ratione exigui precij rerum necessariarum, tantùm conferebant, quantùm hodie duo ducati, & amplius.

Vndecima illatio est admodum manifesta, quò ad l. 9. tit. 4. part. 5. de donatione, quæ fieri potest absque insinuatione ad quingentos Marauedinos aureos. Lex ista decerpta est ex l. sancimus, & ex l. penult. C. de donationibus, vbi fit mentio quingētorum solidorum, quorum singulus tum temporis pondere adæquabat vnum Castellanum, vel sextam partem vnius vnciæ auri: & sic lex Partitæ debet intelligi iuxtà eandem æstimationem, vt singulus Marauedinus aureus, sit vnus Castellanus, veluti tractauimus lib. 1. variarum resolutionum, cap. 11.

Duodecima illatio deducitur pro intellectu l. 2. tit. 11. part. 3. vbi in causis infrà decem Marauedinos defertur iuramentum, quando adest probatio vnius testis. Quantitatem istam ius commune reliquit in arbitrio iudicum: quamobrem nō erit incōueniens, subinde intelligere marauedinos istos per solidos Iustinianæos, qui sunt Castellani aurei, tametsi proprius intellectus referri debeat ad marauedinos ætatis Regis Alfonsi decimi, quorum sex appendebant vnum Castellanum, veluti tractauimus in ijs quæ hactenus explicauimus.

Decimatertia illatio deducitur ad intelligentiā l. 5. 7. 8. & aliarum quatuor sequētium

tium,titu.10.& l.13.15.titu.19.part.3.vbi fit mentio Marauedinorum,appreciando tributa, quæ ex priuilegijs & alijs constitutionibus, & sigillis penduntur in Curia. Istos Marauedinos eosdem intelligo, cuiusmodi vsum habuerunt ætate Regis Alfonsi decimi, & paulò antè seculo parentis eius Regis Fernandi, neque intelligi debêt per monętam auream vel argenteã, prout dicit eadem lex 15.tit.19.par.3.& sic debent ęstimari Marauedini legum in partitis contentarum,haud enim interpretantur certam monetam iuris communis, & legum Romanarum,neque tractant de Marauedino aureo.

Decimaquarta illatio pertinet ad l.14. titu.6.part.3.quæ Aduocatis salarium appreciando,ait: Maius salarium non excedat centum Marauedinos. Isti Marauedini debêt æstimari aurei, & singuli ad pondus aureorum antiquorum,nempè ad duplum vnum, vel duos ducatos simplices, prout diximus: nam lex ista decerpta est, l.1.§.si cui.ff.de varijs & extraord.cognit. vel ad minimum debet æstimari singulus ad Castellanum,prout tractauimus ad l.2. tit.1.part.7.

6 Fit mentio in aliquot Castellæ regni historijs, cuiusdam monetæ, quam Francum nuncupabant. Francus iste fuit aureus, & valebat decem Regales argenteos, eiusdem ponderis cum ijs, qui hodiè cursum retinent, & octo habent vnciam vnam.Erat Francus sexta parte minor duplo Castellano eius ętatis, quem capite isto extendimus, prout deducitur, & benè colligi potest ex quadam ordinatione, quam condidit Rex Ioannes, eius nominis primus,in Viruiesca,anno 1387.vt Frãcus appenderit aliquid vltra ducatum,ex ijs,qui nostro tempore vsum retinent. In priuilegijs quoque & legibus horum regnorum fit mentio Petitorum, & monetarum in materia contributionum,& debet intelligi, quòd singulæ monetarum istarum æquiualebant quinquaginta coronatos, vulgò Cornados, nempè octo Marauedinos præsentes, & octo Cornados, quod probatur per aliquot scripta & monumenta nobilitatum & distributionum, ex quibus prædicta resultat æstimatio.

THEMA CAP. VII.

De mutatione monetæ quoad pondus & valorem eius.

SVMMARIA

1 *Numismata,an possint pluris æstimari,quã materia, ex qua fuerit signata.*

2 *Aristotelis locus expenditur ad intellectum Iurisconsulti in l. 1. ff. de contrah. emptione.*

3 *Pecunia,an possit pluris æstimari in priuatis commercijs , quàm publicè sit æstimata.*

4 *De cambio ad pecuniæ permutationem, & de campsoribus.*

5 *Numismata an sint cudenda publicis expensis.*

6 *Princeps an possit mutare pecuniæ valorem.*

CAPVT VII.

OBiter superiùs non semel diximus, in his Hispaniarum regnis numismatum pondus & valorem mutatum fuisse regia quidem authoritate. Idcirco quæritur, an ea mutatio licita sit,& iure fieri possit. Et sanè quoties mutatio monetæ fit,quoad pondus & eius valorē, planè omninò licita est,nec in hoc aliquid potest controuerti. Etenim si numismatum aureorum pôdus augetur vel minuitur, æquum erit, quod & valoris, ac æstimationis fiat diminutio, vel augmentum. 1 † Erit igitur huius quæstionis controuersia in hoc, an numismata pondere eodem possint quandoque pluris æstimari, & valere authoritate principis? cui quæstioni & illa accedit, an moneta cudenda sit expensis Reipublicæ,vel principis?

Et quibusdam visum est, numismata

non pluris esse æstimanda regia authoritate, quàm æstimetur, & valeat ipsa massa auri, vel argenti, aut pondus, ex quo constant. notatur in l 1. ex Accursio ibi.ff. de contrahen.empt. vbi de pecunia iurisconsultus inquit, Electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret: eaque materia forma publica percussa, vsum dominiumq; non tam ex substantia præbet quàm ex quantitate: nec vltrà merx vtrumque est, sed alterius precium vocatur. Hactenùs Iurisconsultus, de cuius intellectu paulò post tractabitur, vt videamus, an illic probetur opinio Accursij.

Secundò ad hanc rem adducitur tex. in l.1.C.de veteris numisma. potest. quo in loco apparet, numismata esse vbique cudenda & expendenda, debitũ pondus habentia. Sed ea constitutio nihil aliud probat, quàm quòd numismata publica percussa authoritate, debeant esse iusti ponderis, & debiti, nēpè eius ponderis, quod lege publica fuerit diffinitum: nō tamen sequitur ex hoc, quòd numi sint habituri eundem valorem, quem valet ipsa materia, ex qua fuêre signati.

Tertiò in idem tendit text. in l.2.C.eo. titu.de vete. numis.potest. iuxta Accursij interpretationem, quæ videtur probare, quòd diminutis numismatis quoad pondus quidem, etiam eorum æstimatio diminuenda sit. Sed nec hic textus quidquam vrget: est etenim eius sensus secundùm Bartol. quòd minuta æstimatione solidi, minuitur æstimatio rerum quæ venduntur ad solidum, sicut itidem cõtingit, vbi æstimatio monetæ augetur & crescit. Nã eadem ratione crescunt precia rerum omnium, quæ eadem moneta emi solent, quemadmodum notant Ange. in l. Paulus. ff. de solutio. Purpur. in l. cùm quid. ff. si certum peta. nume.17. Quod verum est, & procedit, vbi omnes monetæ minores pari proportione augentur, vel minuuntur: tunc enim precium augetur vel minuitur omnium rerum vniformiter, diminuta, vel aucta æstimatione omnium monetarũ: atque ideo precium rerum, cùm sit vniformiter variatum, æquipollet veteri precio. Quòd si vna tantum species aurei, vel numismatis minuatur, reliquis monet s manentibus in statu suo: tunc precia rerum manent in priori statu respectu aliarum monetarum stantium: respectu autem aurei minuti non minuuntur, imò augentur rerum precia. Sic è contrariò in augmento vnius numi respectu aliorum qui non fuêre aucti, precia rerum manent in eodē statu, respectu verò illius aucti numismatis, precia rerum minuuntur, quemadmodum eleganter considerat Carol. Molinæ, de contractibus, q.95.nu.716.

Quartò huc pertinet l.3. eod. tit. C. de veteris numisma. potest. decisum extat, numismatum precia vbique debere eandem æstimationem habere, deniq; & vniformē. Sed & hęc constitutio eo tendit, vt vbique eadem sit æstimatio, idem sit valor eiusdem numismatis, nō tamen sequitur ex hoc, quòd tanti sit numus æstimandus publica authoritate, quāti æstimatur ipsa materia, ex qua conficitur.

Quintò hæc ipsa opinio deducitur ex c.quanto.de iureiur. quo in loco apparet, principem teneri omninò monetam cudere, & publicam facere ea lege, vt valor iuxta pōdus ei cōstituatur: alioqui si princeps posset pro sua libidine precium constituere numis quodcunque pondus auri vel argenti habentibus: iuramētum illud, quod tanto conatu Romanus Pontifex illicitum esse censet, minimè foret vlla ex parte reprobum, atq; ideo fateor, hāc decretalem decisionē admodum vrgere aduersus principes, qui hanc legem nequaquàm obseruant in numismatis cudendis.

Cæterùm contrariam sententiam plurimum comprobat ratio ab Aristotele deducta libro 5. Ethicor. cap.5. & lib.1. Polit. cap.6. inquit enim, numum lege consistere, ac suam vim retinere, non natura. Siquidem ipse princeps, ipsa Respublica, denique ipsa lex numum constituit: atque ideo numisma dicitur, quasi nomisma à νόμῳ id est lege, à qua precium & valorem certum accipit: cuiusque libera potestas

testas est, numos semel percussos inutiles efficere, ac reddere. Hæc Aristoteles, à quo libet non temerè argumentari. Nam si non natura ipsa, sed à principe numismata vim & potestatem accipiunt: ab ipsoque legem reuocante inutilia effici possunt, profectò non tanti æstimatur materia ipsa auri, vel argenti, quanti numus ipse: cùm si tanti æstimaretur, natura ipsa non lege, precium & vim numus haberet.

Huic rationi Plutarchus suffragatur in Phocionis vita scribens, numos eos esse præstătiores, qui in minori materia plus valoris, ac precij complectantur.

Simili ferè ratione suffragatur textus in l. Titiæ. ff. de auro & argento legat. vbi Iurisconsultus respondet, legatis alicui decem pondo auri, satis iustè legatum solui, si vel aurum, vel precium auri præstetur. Idem probatur in l. 1. §. vltim. ff. eod. titul. Etenim si pecunia, qua aurum ipsum æstimatur, aurea quidem tanti ponderis esset, quanti ipsum aurum, nulla subesset ratio, cur hæc vt diuersa ab ipso Iurisconsulto nominentur: siquidem nullo discrimine constant. Sed nec istæ rationes aduersus principum censores omninò vrgent. Locus equidem Iurisconsulti diuersa censet aurum & pecuniam, vel numos aureos, & meritò: quia numi propter formam & characterem publicum à massa & materia rudi distinguuntur: quemadmodum statim probabitur.

Sic locus Aristotelis rectè intellectus eum sensum habet, vt plurimum intersit, Sitne massa metalli informis & rudis, an in numos redacta. Hoc enim & ipse Aristoteles explicat eleganter in dicto ca. 6. Nam cùm inquit, quæque necessaria non facilè posset vltrò & citrò comportari, publico gentium consensu constitutum est ad permutationes faciĕdas, vt tale quidam inter se darent & acciperent, quod cùm esset ipsum ex genere rerum accommodatum ad vsum vitæ, facilè tractari posset: cuius modi est ferrum & argentum, & si quid aliud eius generis habetur, quod initio magnitudine ac pondere simpliciter erat definitum: postremò etiam charactere fuit percussum, vt homines liberi essent à sollicitudine examinandi, nam charactere quantitas numi significatur. Hæc Aristoteles. Ex quo primùm adnotandum est, authoritate publica effectum fuisse, vt numi certam habeant & ponderis, & æstimationis rationem, quæ & ipso charactere, & forma constet absque alio examine, quod quidem necessarium foret, si massa auri, vel argenti daretur absque publica forma pro aliqua alia re ad humanum vsum necessaria. Quo fit, vt licèt numus eiusdem ponderis sit, cuius & ipsa materia, ex qua constat: attamen admodum vtilis fuerit numismatum vsus, vt absque alia hominum sollicitudine constet ex publico charactere, quanta sit eius materiæ æstimatio, quod manifestissimè Aristoteles explicat. Deinde constat ex eodem, numum ipsum authoritate publica constare, non tam ex substantia, quàm ex quantitate: ita enim ipse legendum esse censeo, in l. 1. ff. de contrahenda emptione.

Etiamsi Budæus inibi, ex qualitate legerit. Est enim sensus, quòd in numisiam ipsa substantia materialis non consideratur, sed quantitas: id est, valor imposititius publicè & perpetuò coustitutus: quam equidem quantitatem, publicam & perpetuam æstimationem vocauit paulò antè idem Iurisconsultus. Quantitas igitur ab eodem appellatur publica illa numismatum æstimatio, qua intelligitur, & significatur, quanti numisma quodlibet locabile sit.

3 Hinc sanè deducitur illius quæstionis definitio, an aliquod aureū numisma possit permutari, aut vendi pro numis argenteis, pluribus tamen quàm lege, aut publica æstimatione fuerint definiti? Et, quia isthæc æstimatio numismatum publica est, & precia cuiusque rei publica lege constituta, non liceat peruertere, quibusdam visum est, non posse vendi pecuniam cariùs, quàm lege valeat: nisi excessus ille recipiatur ratione officij, vel consuetudinis, vel eius, quòd verè intersit.

terſit ipſius recipientis illum exceſſum ratione damni emergentis, vel probatiſſimi lucri ceſſantis. Sic etenim cenſet doctiſſimus Ioannes Ioannes à Medina de reſtitutione: vbi de cambijs agit. folio 157. ſed vt hæc quæſtio facilius intelligatur, aliquot ſubijciam concluſiones.

Prima concluſio. Pecunia duplici ratione in in precio habetur: ſcilicet tanquã res & tanquàm ſignatum numiſma. Probatur hæc aſſertio, quia valor metalli, nec petit, nec mutatur propterea, quòd ſigillum publicum impreſſum habeat: ſiquidem æſtimatio publica in id tendit, vt ea obſeruanda ſit, quoties illud aurum, vel auri maſſa, vt numiſma expenditur. Hanc denique concluſionem eleganter exponit Dominicus Soto libro ſeptimo de iuſtitia & iure, quæſtione 2. cui ſuffragatur locus inſignis apud Iuriſconſultum in l. numiſmatum. ff. de vſufruct. quo in loco veteres numi ex auro forſan puriſſimo percuſſi, vt gemmæ, & precioſiores res ita ſeruantur, & cuſtodiuntur, ac æſtimãtur, quòd vſusfructus poteſt in eis conſtitui: ſicuti & in rebus vſu non conſumptibilibus.

Secunda concluſio. Secundùm metalli naturam poterit iuſtè numiſma aureũ, vt aurum, permutari, aut vendi maiori precio, quàm ſit illi à Republica prętaxatum: modò augmentum illud ſit exiguum. Hanc opinionem tenuerunt Sylueſter verbo, vſura. 4. §. 3. Dominicus Soto in dicta quæſt. 2. Caietanus, licèt dubius in tractatu de Cambijs cap. 6. Huius caſus erit exemplum, quoties numiſmata aurea dantur, & venduntur ad deaurandum, ad ornamentum, ad annulos, inaures, torques, & his ſimilia conficienda, in hac etenim ſpecie locus non eſt publico precio, quod tantùm obtinet, vbi numiſmata permutantur, & in commercijs expenduntur. Qua ratione tollitur Ioannis Medinæ opinio, quæ contrariam huic ſententiam potiùs admittit. Quod eſt maximè notandum. His adde Aymonem Crauettam conſil. 6. nume. 15. & ſequen. qui hac de re nonnihil agit.

Tertia concluſio. Licitum nihilominùs eſt, numiſmata vt numiſmata ſunt, & 4 ea ratione, permutare aut cambire, nonnullo ab alterutra parte cõceſſa alteri precio. Hæc probatur. Nam licèt primus & proprius vſus pecuniæ ſit ad emendum & vendendum, vt ſit alterius rei precium, iuxta l. 1. ff. de contrahend. emptione. Ariſtotelem libro 1. Politic. cap. 6. & quoad hanc partem nulli liceat tranſgredi eius æſtimationem à lege taxatam: eſt tamen & alter pecuniæ vſus improprius, nempè vt permutetur pecunia cum pecunia, & ad hoc non habet à lege taxatam certam quantitatem, nec valorem, vt docent Sanctus Thomas libro ſecundo, de regimine princip. cap. 14. Sylueſter verb. vſura, 4. quæſtione 2. & 3. ſic ſanè licèt proprius vſus calcei ſit ad tegendum pedem: alter tamen eius vſus improprius eſt, vt cum alia re permutetur, ſicuti ex eodem Ariſtotele deducitur in dicto cap. 6. & cap. 7. Hoc ipſum hac in re & Caietanus adnotauit in tractat. de cambijs, cap. 7. deinde commutatio iſta pecuniæ admodum vtilis eſt Reipublicæ, dum numularius auream pecuniam dat pro minuto argento, aut vice verſa minutum argẽtum pro aurea pecunia. Contingit enim ſæpiſſimè, vtiliores eſſe alicui minores numos argenteos ad faciliorem vſum, & expenſas, quàm aureum numiſma: atque itidem alteri erit vtilius numiſma aureum ad tranſlationem, quàm argentei minuti numi. Qua ratione ob faciliorem ac commodiòrem vſum, eſt vtilis valdè iſthæc in Republica permutatio. Ideo mirum non eſt, ſi permittatur, mercedem aliquam dari his, 5 qui labore proprio, & induſtria paratos habent numos aureos, & minutos argenteos ad huiuſmodi cambia, modò preciũ hoc tenue ſit, ne fraudibus locus aperiatur. Præſertim conſtat, hoc licere publicis campſoribus, miniſtris Reipublicæ, ab eaque conſtitutis.

His etenim hoc licere aſſeuerant noſtri Doctores paſſim, quorũ meminit eos ſequutus Laurentius Rodulphus in c. con ſuluit. de vſur. in repetit. quæſtio. 26. Ioan. Lup.

Lup. in c. per vestras. notab. 6. in §.9. nume.13. de donatio. inter virum & vxorem. Florentinus 2. parte, titu.1. cap.7. §.47. Conradus de contractibus, quæst.99. quorum opinio communis est, secundùm Syluestrum verb. vsura 4. §. 7. Qui tamen & si præmittant se tractare rē ista quoad publicos campsores: non tamen negant expressim, idem licere priuatis personis. Sed Caietan. in tracta. de cambijs, cap.5. in specie asserit, non esse hoc cambium licitum priuatis, sed tantùm his, qui ab ipsa Republica sunt ad id munus electi: cuius cōtrarium Syluester in d. verb. vsura 4. §. 7. probare mihi visus est, & idem tenet maxima ratione Dominicus Soto in d. quæstio.2.

Etenim si hæc permutatio genere suo pecunia æstimabilis est, vt constat, nihil vrget, cur non sit licita cuicunque, etiam priuato, quod equidem verum est ex ipsa natura rei: nisi lex huius cambij vsum priuatis interdixerit: tunc etenim nemo poterit officium hoc exercēre, nisi is, qui à Republica fuerit electus: alioqui mortale crimen is committeret, & teneretur ad restitut onem lucri ex ea re percepti, sicuti ipse Domini. Soto probat in d.q.2. sic lege regia 1. tittu.8. lib.5. ordin. interdictum est officium istud priuatis, & omnib', nisi in curia principis habentibus ab eo specialem commissionem & licentiam: in alijs verò ciuitatibus & locis permittitur his, qui à collegio Decurionum fuerint nominati & electi. Hac sanè ratione dicti sunt ab initio Campsores hi, qui paratas habebant pecunias ad permutandum minores pro maioribus, & vice versa maiores pro minoribus seruata compensationis æqualitate. Habuit verò hæc dictio originem à verbo: Cambio, id est, permuto: & inde vetera illa: campsi, campsum, & campso, campsas: eadem significatione author e Prisciano lib.10. cap.2. qui ex Ennio citat. Leucatem campsant, id est permutant. tradit Andr. Tiraqu. lib.1. de retractu. §.30. in princ. inde campsores. Cambium autem dictio non est à Latinis recepta: tametsi vtatur eadem libri feudorum author in c.1. §. si quis dominus, quo tempo. miles. & in c.1. §. cùm autem. de contro. inuestit. vbi Bald. notat, Cambium esse permutationem non tantùm speciei ad speciem, quæ propriè est permutatio: sed & speciei ad genus: vt domus cū frumento, & etiam generis ad genus, notat Iason in l. 1. colum. vlt. ff. de rerum permuta. sic & regia Partitarum lex. 1. tit.6. part.5. permutationem cambium appellat. Illa verò merces, quæ campsori datur pro permutatione pecuniarum, dicta est à Græcis Collybus: & inde cāpsores Collybistæ, quod Budæus adnotauit in l. vltim. ff. de pignorat. action.

Dicti etiam fuēre Numularij. Sed & argentarij, qui trapezitæ, & mensularij appellantur, non tantùm pecuniarū permutationi dedēre operā maiorem: siquidem simul negotiationem exercebant. Nam pecunias custodiendas accipiebant, propriasque & alienas fœnori dabant. Vnde apud Plautum argentarius pro fœneratore accipitur. His solebant in publico ad longum tempus tabernæ locari, l. qui tabernas argentarias. ff. de contrahend. emption. quo in loco labitur Accursius, dum interpretatur argētarias tabernas, in quibus argentum venditur. Iidem argentarij mensas publicas & officinas Romæ in foro habebant, propè Castoris ædem, ex Plauto in Gurgulione: in Persa & in Asinaria. Terentio item in Phormione. Qua ratione argentarij fore cedere dicebantur, cum tabernis, id est, mensis suis cedentes, aliò fugientes habitatum migrabant, fallebantque creditores: quod longius explicat Guilielmus Budæus in l. si hominē. ff. deposi. §. quoties. vbi Iurisconsultus huius loquutionis meminit. Dicti etiam fuēre argentarij collectarij à colligendis numis in l. quisquis. C. si certum petat. vti explicat Alciatus in libro 4. dispunctio. cap.22. ex Suida. Horum autem argentariorum officium & ministerium causam publicam habebat, l. argentarius. in princip. ff. de edendo. Nam & alij rationes conficiebant, ad quarum fidem recurrebatur, l. Prætor ait. cum l. sequ. ff. de eden.

notat & de his aliqua Carol. Molinæ. de contractibus,nu.59.

Ad propositam ab initio quæstionem rursus accedens illud ex multis adnotabo præmaxima authoritate,tex.in c.quan
5 to. de iureiurando. numismata expensis publicis esse cudenda, nec pluris fore æstimanda, quàm materia ipsa absque publico charactere æstimaretur. Hanc sententiam probat gloss. in d. l. 1. ff.de contrahend.emption.Bartol in l.Paulus.ff.de solutio.2.colum. Idem Bartol.in l.qui falsam. ff.de falsis, & in l.1. §.vltim.ff.de auro & argen.legat.cuius opinionem Communem esse asseuerat Curtius Iunior in l.2.§.mutui,nume.12.ff.si certum peta. vbi Bartol. eandem opinionem probat, & tenet, quam etiam sequuntur Matthæ. Afflict. decisio.90. & Petr.Velluga in speculo principum,titu.de mutatione monetæ, nume.7.

Nihilominùs contrariam exponimus conclusionem, qua constanter asserimus, posse principem in cudendis numis eam obseruare legem, vt aliquid lucri percipiat pro ratione expensarum, quæ fiunt in ipsa moneta signanda.

Non enim tenetur princeps proprijs expensis numos percutere. Idcirco poterit à principe numismatum precium taxari vltra ipsius materiæ æstimationem: quod consuetudo iamdiù toto in orbe Christiano recepit, secundùm Innocen. Abba.num.11. Imol.colum.4. & ibi Doct. in d.c.quanto.de iureiurand. Imol.in d.l. Paulus.ff.de solutioni. imò & de hac consuetudine Bartol. ipse testatur in d.l.2.§. mutui. ac Martinus Laudens. in tracta. de monetis,colum.1. Petr.Vellu. in d.num.7. Boer.decis.327. nume.3. & Albertus Brunus in tracta.de augmen.& diminuti. conclusione vltima,colum.1. qui eandem approbat,vbi lucrum id fit exiguum.

Ego verò hac in re non video, admodum vrgere contra principes, text.in d.c. quanto. potuit enim in ea specie detrimentum in numismate contigisse eo pacto, vt præter valorem materiæ, & modum legitimum expensarum precium foret constitutum,quod illicitum est: deinde consultius est,numismata expensis publicis percuti, & eundem habere valorem, quem ipsa habet materia: & tamen consuetudinem, cuius paulò antè meminimus:non ita contrariam iuri opinamur, vt admittenda non sit. Ea etenim principes ipsos excusabit omninò.

Sic in his regnis apparet ex pragmaticis constitutionibus, quarum in primis huius operis capitibus mentionem fecimus, consuetudinem istam planè seruari in numis argenteis, & aureis:tametsi modò ob auri penuriam pluris æstimemus,& faciamus aurei numismatis materiam, quàm numus ipse lege regia sit æstimatus: atque ita hanc sententiam, quam recepit consuetudo, crebriorem esse asserit Carolus Molinæus de Contractibus,quæstio.100.numer.798. quam probare videtur Gabriel in 4.senten. decisio.15. quæstion.9.colum.2. quin & idem innoc. Abb.& alij in d.c.quanto.hoc principi licere arbitrantur vltra expensas necessarias, quæ fiunt in cudendis numis, si ipse princeps sit in aliqua inopia constitutus.

Nam ad subueniendum publicæ necessitati, publicisque impensis, poterit pluris monetam æstimare, quàm numismatum materia æstimetur. Imò & hoc ipsum quandoque vtile Reipublicæ est,ne pecunia aurea,vel argentea extra regnum,aut extra prouinciam exportetur, quemadmodum admonent ipse Innocen.& Guid. Pap.in d.c.quanto. colum.3. constat sanè ex constitutionibus Henrici Regis secundi,& Ioannis primi, ob publicas necessitates ab ipsis Regibus numismatum precia augmentum accepisse. Sed & consensu populi, aut ciuitatum regni, etiam absque publica inopia poterit idem princeps efficere, secundùm Innocen. Panormitan.& alios in d. c. quanto. Romæ itidem hoc facto olim fuisse ob publicam inopiam ab ipso senatu, testatur Plinius. libro

libro 33. cap.3.

Hinc denique poterit & alteri quæ-
6 stioni respondere: an princeps possit mutare pecuniæ valorem, & æstimationem? qua in re Aristoteles inquit lib.1.Politic. cap.6. & 5. Ethico. cap.5. esse in potestate Reipublicæ & principis, numismata semel signata mutare, & reddere ac efficere inutilia. Mutata siquidem voluntate vtentium numis, vt numum valere nolint, ipse numus, vt numus est, inutilis efficitur. Hic enim est sensus Aristotelis, tametsi Michael Ephesius in d.c.5. aliter interpretetur locum illum: scilicet ex vsu permutationis. Ita equidem inquit. Nam si voluerimus ea, quæ habemus dare, & quæ non habemus accipere, inutilis prorsus vsus numi euadet: ipse tamen opinor, non esse hunc sensum proprium Aristotelis, sed eum, quem modo tradidimus.

Mutatio verò pecuniæ, si fiat ex consensu populi, erit planè licita, vtcunque fiat: cùm accedat consensus eorum, quibus præiudicium ex ea mutatiõe fit: quod fatentur Hostien. in titul. de censib. §. ex quibus. Innocen. & Doctores in d.c. quanto. Albert. Brunus in tracta. de augment. conclus. vltim. colum.2. qui expressim admittunt mutationem monetæ, vt licitam, quoties ea fit ex iusta causa: nempè quia materia numismatum facta est vilior, vel preciosior communi hominum æstimatione: vel quia non habet iustam æstimationem seruata proportione materiæ, ex qua ipsa constat. quod & Andr. Isern. scribit in c.1. quæ sint regal. numer.18. & sequen. qui, nume.24. etiam probat, licere principibus precium monetæ augere tempore publicæ necessitatis: modò ea cessante fiat subditis restitutio damni illati ab ipso principe, qui posset id restituere.

Quòd si mutatio monetæ fiat absque iusta causa pro principum libidine, id est omninò illicitum secundùm omnes, quos modò citauimus. quamobrem dum Ioan. Fab. in princip. Instit. quib. mod. tolli. obli. & Boerius decisione 327. numer.6. scribunt, posse principem absque consensu populi mutare monetam, est intelligendum, modò fiat ex iusta causa, vel absque populi præiudicio. Qua ratione S. Thom. in tracta. de regi. princip. lib.2. cap.13. admonet principes, ne numismata pro libidine propria mutent.

De eadem re multa tradit Carol. Molinæ. de contra. quęstio.92. & 93. qui num. 696. conatur improbare communem modum loquendi: dum pecuniæ bonitas distinguitur in extrinsecam & intrinsecam: bonitas enim intrinseca dicitur substantia ipsa metallorũ tam in bonitate, quàm in quantitate, seu pondere: bonitas verò extrinseca appellatur valor impositititius, vt scribunt omnes in d.l. Paulus. ff. de solutioni. & in l. cùm qui d. ff. si certum peta. & in dicto c. quanto. Etenim existimat Carolus, bonitatem intrinsecam pecuniæ esse publicam illam æstimationem, & valorem impositititium: quia est eius propria, specifica, substantialis & formalis bonitas, & essentia, quæ dat ei esse, qua sublata, publica videlicet approbatione remota, desinit esse pecunia, l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorati. actio. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhiben. bonitas autem extrinseca secundùm eum dicitur ipsa numorum materia: scribitque is author, ita loquutos fuisse olim Azonem, Iacob. de Bellouis. Odofred. ac Cyn. in l. in minorum, colum.4. C. in quib. caus. in integrum restitutio non est necessaria. Et tamen ad intellectum eorum, quæ in hac materia tractantur, obseruandus est communis dicendi modus: quem etiam sequitur Albertus Brunus in dicta conclusione vltim. colum.5.

Ex §. sequenti.

SVMMARIA

1 *Obligatus soluere in certa numorum specie, an possit in alia soluere?*

2 *Pecuniæ bonitas intrinseca, an sit consideranda iuxta tempus contractus, vel solutionis?*

3 *Numismatum bonitas extrinseca, quomo-*

 do

do sit obseruanda quoad solutionem debiti?

4 *Mutatio pecuniæ post moram, an noceat, vel prosit creditori?*

5 *Promissio solutionis in certa pecunia sub certa æstimatione, quo pacto sit obseruanda?*

§. vnicus.

SVperest modò ex Bart. in d.l. Paulus aliquot conclusiones deducere, vt breui quodam examine quæ ipse adnotauit, explicentur: saltem iuxta communem aliorum traditionem.

1 Prima conclusio. Quoties obligatio concepta fuit sub certa specie monetæ, non tenetur creditor recipere quamlibet aliam monetam, etiam probam, ad monetæ promissæ æstimationem, si sit alterius materiæ. Hanc conclusionem quidam probant ex eo, quòd aliud pro alio inuito creditore non soluitur, l. 2.§.1.ff.si certum petat.& l.eum à quo.ff.eo.titul.denique in specie assertionem istam tenent Bart.in d.l. Paulus, nume.3.idem Bart.in l. 1.§.vltim.ff.de auro & argent.legat. idem Bartol.Alexand.Aretin.& alij in d.l.2.§.1. ff.si certum peta. Imol.& Doct.in d.l.Paulus. Antoni.& Abb. colum. vltim. in d.c. quanto.Bal.in l.si quis argentum.in prin. C.de donatio. & in l.libera.C.de sententia.& interloc.omni.iudic. Boer. decisio. 327. colum.3. qui tamen vnanimi consensu fatentur, consuetudine contrarium receptum esse. Quod etiam asserit gloss. in d.l.si quis argentum. Curti.Senior in tracta.monetarum, super l.cùm quid, quæst. 9. ff.si certum petat. Afflict. decision. 90. de qua consuetudine scribit Carolus Molinæ.de contract.quæst.92. nume.709.non omninò obligare eam: cùm ex ciuilitate, & benignitate creditorum processerit, non ex necessitate, nisi in his casibus, in quibus nihil interest creditoris: quod est notandum ex multis, quæ tradidit Alber. Brunus in d. conclusion. vltim. colum. 7. hanc tamen consuetudinem iure procedere, conatur probare Curti.Iun. in d.l.cùm quid, nu.25.

Secunda conclusio, etiam vbi obligatio concepta fuit sub certa specie monetæ, cogitur creditor monetam diuersę formæ, & charecteris recipere, modò eiusdē materiæ sit, & ad eandem æstimationem, quæ debetur, solutio fiat: Hoc expressim Barto. & omnes paulò antè citati probant ex d.l.Paulus, quæ est secundùm hanc conclusionem intelligenda.

Tertia conclusio. Pecunia mutata in bonitate intrinseca: nempè in materia, vel pondere, soluenda est secundùm eam bonitatem, quam habuerat tempore contractus, non aūt secundùm illā quā habet tempore solutionis, probatur ex ratione, l.cùm quid.ff.si cert.petat. vbi eam tenent Doct. & in c. olim. de censibus. notant Bartol.& alij in d.l.Paulus, colum.3.text. ad idem in c.cum Canonicis. de censibus. quam opinionem fatentur communem esse. Panormita. in c.quanto. de iureiur. colum.penult. Iason in l.2.quæst.36.C. de iure emphyteu. Socin. Iunior consil.145.lib. 1.nume.94.idem fatentur omnes, qui hanc materiam tractauerunt, præsertim Curti. Iun. in l.cùm quid.ff.si cert.peta.nume.23. Gratus consi.12.num.30. & cons.13. & 14.1. col. Alber. Brunus in tract. de augm.& dimi.conclusio.vlti.1.ver. His sic præmissis, qui latè hāc materiam examinat, & Boer. decis.327.eandem sententiam constat communem esse ex his, quæ latissimè tradit Andr.Tiraquel.lib.10. de vtroque retract. §.1.glo.18.nu.26. 2

Contrariam in hoc opinionem tenet Ioan.Faber in auth.Hoc nisi.C.de solutio. Idem in principio insti.Quibus modis tol li.obligat. ad finem: eiusque sententiam pluribus rationib.conatur defendere Carol.Molin. in tract.de contract.quęst.100. quem legito. Nam pulchrè expendit intellectum text. in d. c. olim. & c. cùm canonicis. de censibus, & eleganter, atque eruditè probat, solutionem debitæ pecuniæ rectè fieri, si fiat ex pecunia probatam in materia, quàm in forma, quæ ex publico decreto valet summā, & quantitatem

tiratem debitam, etiam si certa species pecuniæ, aut monetæ debeatur. Etenim si centum Castellani deberentur ex contractu, vel aliàs: etsi forent publica authoritate diminuti in materia, vel in pondere, nouique percussi eiusdem valoris, & precij publica authoritate constituti: satis esset, cétum numos aureos ex nouis soluere: nec teneretur debitor centum Castellanos veteris ponderis creditori dare. Sed & hanc sententiam aduersus communem latissimè ampliat, & limitat ipse Carol. sicuti & communem diffusè explicat Albert. Brunus in d. conclus. vlti. Quòd si veteres numi non essent tantùm in pondere, & materia mutati, sed simul & in valore, ac precio publico: tunc & conueniunt omnes, esse omninò distinctos numos nouos à veteribus, & ideò soluendos esse veteres numos, aut eorum propriam, ac veterum æstimationem. Quod est rationi adeò congruum, vt temere contrarium admittatur. Etenim hæc est propria species, & casus c. cũ canonicis. de censi. Vt ipse Carolus probat eleganter: cum inibi diffinitum sit, non teneri debitorem soluere creditori iuxtà nouorum numismatum æstimationem, sed iuxtà veterum qualitatem, & valorem, quoties veteres extrinsecus, & intrinsecus fuere mutati. Quod Ioan. Faber notat in prin. Instit. quibus modis tolli. obligat. ad finem.

Quarta conclusio ex Bart. hunc in mo-
3 dum colligitur. † Quoties pecunia eodem pondere, & materia manentibus, vel augetur vel minuitur extrinsecus quò ad eius precium & æstimationem, ea mutatio ante moram & nocet, & prodest creditori. Hæc conclusio communis est, & probatur ab his, qui proximã probauere paucis exceptis, quorum statim mẽtionem agemus. Barto. etenim & omnes alij expressim eam veram esse censent in locis paulò ante citatis. Nam simul has duas conclusiones iuris vtriusq; interpretes exponunt, & explicant. Igitur in hac specie satis erit creditori, quod debitor ei soluat centum Castellanos, quos in cõuentionem deduxit, etiã si hi numi modò publicè minoris æstimentur, quã tempore contractus. Eademque ratione debitor tenebitur centũ Castellanos reddere creditori, etiamsi hi modò pluris publico decreto æstimentur, q̃ tempore obligationis fuerint æstimati: atque ita omnium consensu receptum est, præsertim eorum, qui citantur ab Andrea Tyraquel. in d. gl. 58. nu. 27. & Alber. Brun. de augmento & dimin. conclus. vlt. limit. 1. & alijs. Cæterùm Carol. Molinæ. de contractibus. q. 92. doctissimè profectò hanc quæstionem examinat, multis ad huius cõclusionis probationem, ad eiusq; impugnationem adductis, quæ subtilia sunt, tantique viri iudicio, & ingenio digna. tandẽ propositis pluribus quæstionibus in specie: nempè in mutuo, in dote, testamento, & contractu emptionis & venditionis, existimat, vbi nullum aderat tempore cõtractæ obligationis periculum crebræ mutationis monetæ, variationisq; sordidæ, minimè admittendam esse communem sententiam: imò mutationem pecuniæ quò ad bonitatem extrinsecam nocere, & prodesse etiam antè moram ipsi creditori. Sic sanè iuxtà opinionem istam, qui teneretur soluere creditori cẽtum aureos Castellanos, & hi essent post contractam obligationem extrinsecus diminuti, tenetur omninò soluere creditori æstimationem illam, quam tempore contractus habebant centum Castellani, & sic numerum augere. Quod si Castellanorum valor esset auctus, satis esset, & satis fit creditori, si debitor soluat pauciores Castellanos, qui iuxtà nouum augmentum æquipollent centum illis in obligationem deductis. Quam sentẽtiam veram esse opinantur, præter Carolum latissimè eam probantem, Anton. & Abb. in d. c. quantò, colum. penultim. Curt. Senior colum. 3. & Iunior nume. 13. in l. cum quid. ff. si certum petat. in eamque inclinat Antonius Burgens. in c. cum dilecti, de emptione, numer. 39. quos omninò legito: siquidem hi latissimè rationes vtriusque partis expendunt longiori profectò examine quàm locus hic nostri tractatus expostulet. In pecunia tamen tradita ex mutuo, vel dote, similive causa semper aduerte:

ad id, quod notat ipse Carolus in d. quæstio. 91. num. 701. & quæst. 97. num. 737. Hac verò in re olim in his Castellæ regnis latæ fuere leges quædam ab Henrico secundo Tauri Aera. M.CCCC.XI. & à rege Ioanne primo Biruiescæ anno domini M.CCC. LXXXVII. quibus, vt opinor, legibus plurimum comprobatur opinio ista posterior aduersus Bart. & communem.

4 Quinta conclusio, † Mutatio pecuniæ promissæ, & in obligationem deductæ cõtingens post moram, ipsi omninò nocet, qui in moram inciderit, probatur in l. 3. in fin. ff. de actio. empti. quam conclusionem in hac specie Bart. & alij probant in dicta l. Paulus, colum. 3. & in d. l. cum quid. Dd. item in d. c. quanto. imò licet Bartol. ipse, & plerique alij, hanc conclusionem verã esse censeant, vbi mutatur moneta maior, quæ per minorem æstimatur: contrarium probantes, vbi mutata fuerit moneta ita minuta, quod per aliam minutiorem æstimari non possit. Etenim tunc minimè nocet variatio ei, qui est in mora. Nam cùm moneta hæc minuta per aliam æstimari non possit, licèt mutetur eius valor, nõ dicitur mutata respectu æstimationis suæ, quia non habet aliquid, quo æstimetur. Id circò creditor lucrum amitteret, non autem pateretur damnum: qua ratione debitori moroso non imputatur amissio lucri creditoris. l. si sterili, §. cum per venditorem, ff. de actio. empt. nec oberit l. numis. ff. de in litem iuran. vbi constat, in numis dari interesse extrinsecum. Quia id obtinet in dãno, nõ in lucro. vnde qui esset debitor certæ quãtitatis soluẽdæ in pecunia minuta, & post moram cõtigerit mutatio huius monetæ minutæ, nihil obesset debitori, quia pecunia non censetur effecta deterior. Hæc sanè sunt Bart. verba in d. l. Paulus, nume. 8. quem ibi, & in d. l. cum quid, sequuntur Doc. magis communiter: vt constat ex Alberto Bruno in dicto trac. de augmento. conclus. vltim. limit. 1. Qui tamen contrariam opinionem existimat veriorem esse, sequutus Ant. Abb. & Imolam in d. c. quanto. Curtium Seniorem in d. l. cum quid. 2. quæst. & Mart. Laudensem in trac. monetarum, q. 14. & profectò nulla congrua ratio constitui verè potest, quæ Bartoli opinionem probet: siquidem pecunia minuta potest, vt planè constat, per monetam maiorem æstimari: cùm etsi vnus numus minor non possit æstimari per plures numos maiores, nec per vnum equidem: plures tamen numi minores possunt per vnum maiorem æstimari. Quod satis est, vt constituamus interesse damni. Quin & vnus numus minor respectu maioris, quò ad commutationem, potest pluris, vel minoris æstimari. Et ideò damnum proculdubiò contingit in mutatione pecuniæ minutæ. Quod palàm Bartoli rationem euertit. Vnde non est prædicta quinta cõclusio ex Bartoli distinctione restringenda: præsertim quia ratio lucri quò ad interesse obseruanda est: quoties id lucrũ est certum: vt in hac specie, vel verisimile secundùm ea, quæ traduntur in l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. per glo. Bartol. & Doctor. in l. 1. §. vltimo. ff. de eo, quod certo loco. Sed quod attinet intellectum l. numis, ff. de in litem iurand. non vacat modò examinare, licèt illic Iurisconsultus censeat, in numis non esse locũ iuri iurando in litem, ea quidem ratione, quòd dum in numis ex Aristotele, & eodem Iurisconsulto in l. 1. ff. de contrahenda emptione vniformis, & perpetua durat æstimatio, non potest affectio contingere, nec aliud interesse intrinsecum: quòd si numi mutentur, non potest cõtrouerti, nec ambigi, contingere posse in numis interesse iuxta ipsius mutationis qualitatem, non tamen affectionis rationem habendam, ex d. l. numis.

Sexta conclusio. Mutatio numismatũ, quæ modico, & breui tempore durauit, nullo pacto consideranda est, nec eius erit habenda ratio. Hanc tenet Bartol. in dicta l. Paulus, colum. penultim. quem communiter alij sequuntur, vt Panormitanus fatetur in d. c. quantò, column. penultim. text. optimus in l. precia rerum. ff. ad legẽ Falcid.

Septima conclusio. Quoties † ab initio in contractu, vel in alia quacunque dispo 5
sitione

ſtione ob metum mutationis monetarũ, ſit cautum de pecunia ſub certa æſtimatione ſoluenda: ea pactio planè ſeruanda erit: nec mutatio numiſmatum contrahentibus nocebit, nec proderit textus optimus in l. penultim. §. ſi mancipia, ff. ſoluto matrimon. notant Bartol. in dicta l. Paulus. in fine. ff. de ſolutionib. Imol. & Alex. in dicto §. ſi mancipia. & plures alij, quos refert Albert. Brunus in tract. de augmen. & diminut. vltim. concluſio. verſicu. octauò fallit. Eandem opinionem ſcribit communem eſſe Carolus Molinæus de contractibus, quæſt. 97. numer. 735. quidquid ipſe Bartol. ſcripſerit in dicto §. ſi mancipia. Erit ſanè huius concluſionis duplex exemplum conſtituendum. Primum quidem, quoties ita concepta ſunt verba. Promitto ſoluere centum numos aureos Caſtellanos ad æſtimationem quadringentorum octuaginta quinque marauedinorum pro quolibet Caſtellano. Etenim etſi creuerit, vel diminutus fuerit valor Caſtellani publica authoritate, nihilominus ſolutio fieri debet ſecundùm æſtimationem taxatã ab initio contractus: atque ita exemplum hoc aptat Carolo Molin. in dicto num. 735. Eſt & alterum exemplum, quod Barto. ſcilicet depono apud te centum libras in florenis hoc pacto, quod reddas in florenis ſub eadem æſtimatione. tunc enim ſoluendæ ſunt centum libræ in florenis iuxtà veterem æſtimationem, quæ tempore depoſiti vigebat. Et ne quis in exponendo hoc Bart. exemplo quandoque hæſitet, illud rurſus aperiam ex ipſius authoris mente, in hunc modum, vt tot floreni ſint ſoluendi omninò, quot iuxtà veterem æſtimationem efficiunt centum libras: licèt modò tempore ſolutionis pauciores floreni efficerent centum libras: vel qui olim tempore contractus efficiebant centum libras, tempore ſolutionis non efficiunt octuaginta. Hic ſanè ſenſus ex Bartolo deprehenditur perpenſis his, quæ in quæſtione præcedenti ſcripſerat, quæ ſtatim examinabimus, quò fit, vt in ſpecie huius concluſionis augmẽtum, & diminutio numiſmatum cedat damno, vel lucro ipſius creditoris. qua ratione hic idem ſenſus non obtinet in primo exemplo: vt patet ex traditis per ipſum Carolum Molinæum: quia in illo augmentum & diminutio Caſtellanorum cedit lucro, & damno debitoris. Senſus autem exempli traditi à Bartolo, planè ita explicatur per Albertum Brunum in d. concluſione vltim. limitat. 8. colum. 3.

Octaua concluſio. Obligatio ſoluendi certam quantitatem in certa numorum ſpecie, nulla conſtituta illorum æſtimatione, ita intelligenda eſt, vt illa quantitas ſoluatur in numis nominatim deſignatis ſub incerto numero, iuxtà eam æſtimationem, quæ viget tempore ſolutionis. ita ſanè viſum eſt Bartol. in dicta l. Paulus, ad finem. Cuius opinio communi omnium ſententia probata videtur. notat Albert. Brunus in dicta 8. limitatio. 2. colum. Et in eadem concluſione vltima 5. ampliatione.

Nona concluſio. In contractibus & alijs ſimilibus actionibus, hæc verba: centum libræ traduntur in florenis: vel iſta, centum millia marauedinorum in Caſtellanis: eam ſignificationem habent, quod illi numi aurei Caſtellani, aut illi floreni traditi, aut depoſiti, nec pluris, nec minoris æſtimantur, nec vnquam æſtimandi ſunt, quam centum libris, vel centum millibus marauedinorum. Hæc eſt opinio Bartoli in dicta l. Paulus, penult. quæſt. cuius ſententiam magis communem eſſe fatetur Albertus Brunus in dicta limit. 8. & probatur ex his, quæ notantur in l. ſi ſtipulatus ſum decem in melle. ff. de ſolutionib. Et ideò his conceptis verbis tot illi floreni, vel Caſtellani, quod traditi fuere tempore contractus, & obligationis pro illis centum libris, vel centum millibus marauedinorum, venditi videntur ad æſtimationem tot librarum marauedinorum. Et ea ratione ſatis erit, quocunque tempore reddi centum libras, vel centum mille marauedinos, etiam ſi floreni, vel caſtellani, tempore ſolutionis pluris æſtimentur, quã eo tempore, quo traditi ſunt, fuerint æſtimati contrahentiũ conuentione. Atq;

ita eſt

ita est accipienda hæc communis conclusio.

Decima conclusio. Quoties certæ speciei numismata non sunt in obligatione, sed in facultate soluendi, & sic in solutione, debitor liberatur illa numismata reddens, etiam in precio, & æstimatione diminuta. Hęc conclusio traditur per Curtium Iuniorem consi.14.num.6.& Socin.cons.6 lib.1.Angelum in l.si stipulatus sim decem in melle. ff.de solutio. Albertum Brun. in d.limitatio.8.vbi ipse, & Curtius Iuni. in hoc conantur deducere ex Bartol. in d.l. Paulus, quæst.penulti. quasi velint hi Doctores, quod in casu proximæ conclusionis sit in facultate debitoris, soluere florenos, vel Castellanos sibi traditos secundũ eam æstimationem, quæ solutionis tempore vigebat, & viget; additque Brunus, hâc esse communem opinionem, quæ etiam obtineret, vbi numi certæ speciei essent in obligatione, iuxtà conclusionem octauam paulò antè expositam, quæ tamen obtinet, vbi numismatum incertus numerus est promissus: quasi secùs sit, quoties certus numorum numerus, & certæ speciei est in obligatione. Sed & his omnibus addere Lector poterit Aretin.in cons.2.& cõsil.3.Antonium Rubeum in consil.75. glos. in regul.Cancel.23.

THEMA CAP. VIII.
De falsa moneta, & eius authoribus puniendis.

SVMMARIA.

1 *Quæ dicitur falsa moneta.*
2 *Numi falsi latinè, & græcè quibus dictionibus significentur.*
3 *Quæ sit huius criminis pœna.*
4 *Pœna expendentis falsam monetam.*
5 *Tondens monetam, radens, aut tingẽs qualiter puniatur.*

CAPVT VIII.

Postremò de crimine falsæ monetæ paucis agam, veluti coronidem huic operi adijciens, vt & [illegible]am, infamemq; numismatum mutationẽ itidem perstringam. Est enim falsa 1 moneta illa, quæ cuditur ab eo, qui non habet publicam cudẽdi authoritatem. quod Bart. notat in l. qui falsam, ff.de falsis. Nam authoritas Reipublicæ, vel Principis vires tribuit numis: secundùm Iurisconsultum in l.1. ff. de contrahen.empt.in princ. Aristotelem libr.5. Ethicor.cap.5.& lib.1.Polit.c.6. qua ratione obtentum est, ad Principem, & Remp. pertinere hoc ius cudendi monetam, ca.1. & ibi Doct. quæ sint regaliæ, l.1. partita. 2. l.1.titul.5.libr.4.Ordinat. Quòd adeò iure receptum est, vt minimè sit vlteriùs necessariò probandum. Igitur nemo præter principem monetam cudere potest, & idcircò falsi censendi sunt numi, qui non fuerint regia authoritate percussi, text. optimus in l.penult.titu.7.part.7. Dicuntur item numi falsi, qui ex adulterina materia fiunt, etiam si facti sint, & signati ab his, qui huic fabricæ, & muneri sunt à Rege prępositi, & instituti. Sicuti & hi, qui non habent formam à lege, vel principe statutam: & hi, qui pondus legitimum non appendunt ex Baldo in Margarita Innocentia.verbo, moneta. Angel.in l.1. C.de falsa monet. Platea in l.1. C.de veteris numism. potest. Matthæo Afflict.in constitutionib. Neapolitan.libro tertio.titu.40. columna secunda.

Numismata verò falsa, latinè dicuntur 2 adulterina: ita etenim ea appellat Constãtinus Imp.in l.1.C.de fals.monet.li.9.Cod. Theodos.tit.21.& in l.1.eod.tit. quæ est prima titul.de fals.monet.in C.Iustiniani. sic & huius criminis author dicitur adulter solidorum, & numorũ in l.2.C.de fals.monet. quæ deducitur à l.5.eo.tit.sub C.Theodosiano. Cic.lib.3.de Offic. Si sapiens, inquit, adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis. Est etenim adulterare, arte aliqua quidpiã pro vero assimilare, & rem synceram corrumpere. Græcè aût falsi numi aut falsa numismata dicũtur paratypa, & paracharagmata: & ipsi qui cudunt falsos numos Paracharactæ vocantur. dicuntur etiã hi numi paraseni: qđ Ludouicus

Cælius adnotauit libr.6.antiq. lectio c.2. sed & in Codice Theodosiano extat titu. de falsa moneta Valentiniani lex 8.in hũc equidem modum. Falsæ monetæ rei, quos vulgò Paracharactas vocant, maiestatis crimine tenetur obnoxij. Sed & Gulielmus Budæus in commentarijs ad linguã Græcam quæ Cælius eleganter explicat pagin.510.

3 Pœna † autem huius criminis variè iure veteri est statuta. etenim domus, in qua falsa moneta cuditur, fisco addicitur, nisi dominus longè absens, & ignorans excusetur ab huiusmodi damno. l. 1. C.de falsa monet. quæ dominum, etiam ignorantem hac pœna afficit, si in proximo is constitutus sit, ob grauem eius negligentiam, quod multò distinctiùs explicatur in l.2.& l.3.tit de falsa monet.lib.9.Codicis Theodosiani: idem probat regia l.vlti. titu.7.part.7.qua de re diuus Hieronym. in vita Antonij eremitæ scribit, huius criminis authores, ne ipso strepitu deprehẽderentur, ad eum vsum in eremis antra sibi parasse: vt furtiuæ, & falsæ monetæ essent officinæ.

Qui verò falsam monetam effecerit, aut hoc crimen commiserit sub Imagine Imperatoris, ipsiusve Imperatoris falsam monetam percusserit, igni comburendus est.l.2.C.de falsa monet. secundum communem eius interpretationem, quam ibi tradidere gloss. Cynus & alij, omniaque eius bona publicantur: vt eadem lege cõstitutum est. Idem erit in committẽte crimen istud circa regiam monetam. text.elegans in l 9.tit.7.part.7.imò & proditionis crimen committitur, ac humana maiestas læditur hoc perpetrato scelere: & ideò huius criminis reus itidem est, & læsæ maiestatis sceleri obnoxius: quòd probatur in d.l.2.& in d.l.Valẽtiniani: atque in l 1.tit. 2.par.7.dicitur enim vulgò aleuosus, ac dimidiã ex ea causa bonorũ partem amittit.l.4.tit.6.libr.8.ordin.quibus adde l.7.tit.12.lib.4. Fori.

Quod si quis hoc crimen commiserit circa numismata principis inferioris, qui nõ sit Imperator, puniendus erit pœna capitali.text.in d.l.1. C.de falsa moneta. notant omnes in dict. l.2.gloss. & Doctor.in d.c.quanto.de iureiuran. Nec in huius criminis punitione quòad prædicta quidquam refert, sit moneta aurea, ærea, vel argentea: sicuti visum est Saliceto in d.l.2.& Matthæ. Afflict. in d.titu.40. colum.2.probat regia lex 9.titu.7.part.7. Hæc autem pœna capitalis, de qua in d. l.1.deportationis est. gloss. in l.vltim.C. de veter. numisma. potest. libr. 11.notat Salice.in d.l.2.latè Alexand. in consi.104. libro 1. column. 1. post Baldum in eadem l.2.atque hæc dicta sint iuxta frequentissimam iuris vtriusque interpretationem. Ego verò ex ipsis Cæsarum constitutionibus aliter rem istam opinor esse intelligendam.

Nam pœna ignis in ea tantùm specie constituta est, vbi quis solidos, numos inquam aureos, & Cæsareos adulterauerit. text. insignis in l.1. titul.de falsa moneta.lib.9 Codicis Theodosiani, quæ quidem constitutio data est à Constantio Augusto Antiochiæ. Qua ratione non admodum absona, nec absurda, imò propria est interpretatio gloss. in d.l. 2. C.de falsa monet. dum illius legis pœnam adulteranti aurea Imperatorum numismata infligendam esse opinatur: tametsi communis interpretatio hoc ipsum non admiserit, sed si quis alia, etiam Cæsarum, & Imperatorum numismata fecerit adulterina, pœna capitali puniendus erit. l.1. C. de falsa moneta. quæ deducta est à l. 2. eiusdem tituli libro 9. Codicis Theodosiani.

Nec vnquam mihi placuit, nec iure probari potest, eam constitutionem tractasse de his puniendis, qui crimen hoc in numismatis inferiorum perpetrauerint: cùm ius istud cudendi monetam solis competat summis principibus, quemadmodum paulò ante probatum est: de quibus Cæsares ipsos intellexisse adeò est veritati consonum, vt planè censeam, nec vsquam aliud cogitasse. Hæc sanè capitalis pœna, vt cesset omnium doctorum in hoc cõtrouersia, explicatur apertissi-

tissimè in l.1. C. de falsa monet. libr.9. C. Theodosiani, qua quidem constitutione Imperator Constantinus ad Verium Constantinopoli diffiniuit, Decurionem, vel Decurionis filiū à patrio solo exilij perpetui conditione ad ciuitatem in longinquo positam mittendum: ac Cæsarem ipsum consulendum super facultatibus ipsius delinquentis plebeium rebus amissis perpetuæ dari damnationi: seruum autem vltimo supplicio afficiendum esse. Hæc sanè dicta lex, ex qua maximè probatur Saliceti interpretatio in d.l.1. C. de falsa monet.

Hinc etiā apparet leg.2.C. de falsa moneta, in princip. vsque ad versicul. cuius obnoxij. deductam fuisse à l.1. quę est Cōstantini ad Terrullum Præfectum Africę. versicul. autem cuius obnoxij. ex l.8. quæ est Valentiniani. Theodosij, & Arcadij Imperatorum. & versicul. Præmio accusatoribus proposito. deduci ex l.5. quæ est Imperatoris Constantij ad Leontium. titul. De falsa moneta lib.9. Codicis Theodosiani. tametsi in Codice Iustiniani tota ea constitutio tribuatur, & asscribatur Cōstantino ad Tertullum Præfectum prætorio.

Is verò, qui monetam propria authoritate, iusti tamen ponderis, & materiæ, ac formæ legitimæ percusserit: eadem pœna puniendus est, qua punitur adulterinam monetam fabricans. gloss. in l.2. C. de falsa monet. notat Alexand. in l. singularia. numer.26. ff. si certum petatur. sensit Barto. in l. qui falsam. ff. de falsis. vbi Hippo. numer. 66. scribit, hac in specie pœnam extraordinariam fore infligendam. Quòd mihi non placet: præsertim, quia regia lex 9. titul.7. part. 7. etiam hanc criminis speciem ignis pœna puniendam esse statuit.

Excusatur autem qui adulterina numismata fecerit ex eo, quòd scelus id cōmiserit in moneta, quæ in ea prouincia nec expenditur, nec in vsum commerciorum admittitur: notat Alexand. in consil.104. libr.1. Afflict. in dictis constitutionibus Neapolitanis libr.3. rubri. 40. tradit Hippo. in l. qui falsam. nume.73. paulò antè citata. Saltem excusabitur hic hac ex causa ab huius criminis pœna ordinaria, & extra ordinem punietur. Sed & an in hoc crimine conatus ipse nōdum perfecto, nec consummato delicto sit puniendus, traditur à Iuriscōsulto. & eius interpretibus ibi in dict. l. qui falsam. & à Thoma Grammatico, decisione 74. nos itidem aliquot de conatu adnotauimus in clemen. si furiosus. de Homicid. 2. part. in princ. nu.6.

Sed † si quis falsam monetam sciens expenderit, si numi plumbei, vel stannei sint, punitur pœna ordinaria falsi, quæ traditur in l.1. §. vltim. ff. de falsis. Si numi alterius materiæ sint, pœna erit extraordinaria. Sic sanè tradidere Barto. per tex. ibi in l. lege Cornel. ff. de falsis. Et Abbas in c. quanto. 2. colu. de iureiuran. Sed Saly. in l.2. C. de falsa monet. existimat, indistinctè ordinariam pœnā falsi esse hoc in casu infligendam: quem alijs ad id citatis sequitur Hippo. in d. l. qui falsam. nume.71. dicens, hanc opinionem seruari in praxi. Idem eam sequi videtur in consil. 47. num.11. Pragmatica tamen regia, quæ de monetis est à Catholicis Regib. Fernando & Elysabeth statuta. § 6. hic punitur pœna exilij quatuor annorum, & publicatione dimidiæ partis bonorum, quā constitutionem ipse intelligerem, vbi qui expendit, indicat illum, à quo falsos numos habuerit: alioqui puniendus erit pœna ordinaria falsi. textus optimus in l.78. Styli, quæ vel ex eo procedit, quòd is præsumatur falsæ monetæ reus, si non indicauerit illum, à quo ea numismata adulterina habuerit, sicuti voluerūt Petrus & Cynus in l. Maiorem. C. de falsis: notat Aretin. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. vnde constat, etiam ignorantiam falsi præsumi eius, qui expēderit adulterinos numos, si eum iudicauerit, à quo eos habuerit.

Tondens † autem monetam, eam radens, vel tingens, si liber est, bestijs subijtur, si seruus, vltimo afficitur supplicio: l. quicunque. ff. de falsis, vbi est communis

nis omnium adnotatio. Et item in l.2.C. de falsa mone.& in c.Quanto.de iureiur. quòd procedit in tondente radenteve monetam auream, aut auro tingente numos alterius metalli, non in alio: secundum Hippo.in consil.71. Regia tamen l.9. titul.7.parte 7.probat, huius criminis reum arbitrio Regis puniendum fore. Sic & Constantinus Imperator ad Leontium Præfectum Prætorio scribit, eum, qui circuli mēsuram exterioris in solido aureo adroserit, puniendum esse capite, vel flammis, vel alia pœna mortifera, vt expressim cautum est in l.1.titul.21. libr.9. Codicis Theodosiani. pragmatica verò Regum Catholicorum, quæ de monetis constituta est. §.67.in hac specie sanxit, tondentem monetam, aut numismata, puniendum esse indistinctè pœna mortis, & amissionis omnium bonorum. Quod quantum attinet mortis pœnam, deducitur à præcitata lege Constantini, & ex l. vltim.C.de veteris numisma. potestate.libro 11.

Finis Veter. Coll. Numism. Didaci Couarruu.

PRISCAE MONETAE AD HVIVS NOSTRI TEMPORIS DIVERSAS ALIQVOT NATIONVM MONETAS SVPPVTATIO PER MAMERANVM COLlecta. Anno 1550.

SVMMARIA.

1 *As quid sit, eiusdem, valor & diuisio.*
2 *Stuferi Brabantici diuisio.*
3 *Solidi Francici sectio.*
4 *Albus rotatus quot halleros habeat.*
5 *Pondo quot coronatos valeat.*
6 *Talentum multiplex esse.*
7 *Talentum Athen:ense magnum & paruū.*
8 *Librarum ratio explicata.*
9 *Denarius quid valeat.*
10 *Sestertius quantum valeat. & quopacto Sestertium dicamus.*
11 *Drachma quopacto diuidatur.*
12 *Daleterum ad drachmas ratio.*
13 *Obolus quot halleros habeat.*
14 *Siliquarum & scrupulorum valor.*
15 *Vnciæ acceptio multiplex.*
16 *Argētei quales fuerint quibus Iudas Christum prodidit.*
17 *Stater quid sit & valeat.*
18 *Siclus drachmas 4. valet.*
19 *Denariorum acceptio apud Germanos est multiplex.*
20 *Maruideris Hispanicæ æstimatio.*
21 *Quadrina Italica significatio quæ sit.*
22 *Hallerorum Germanicorum diuersitas est maxima.*
23 *Halleri Nuribergenses & Colonienses omnium sunt leuißimi.*
24 *Hallerorū 28.cōmuniter bassum faciunt.*
25 *Blanca in Hispanijs minimus est numus.*
26 *Maruideres sunt in Hispanijs vsitatißimæ, licèt propriè numus non sit qui ita vocetur siue petia.*


Ssem Veteres appellarūt quicquid in æquales partes diuideretur, & pſertim in duodecim. Continebat siquidem † As seu Assis Vncias 12. Hinc ex Asse & eius partib. hæredē instituere solebant: de qua re copiose Azo in summa de Testa. Sed erat & nūmus apud Roman. in 12. partes diuisibilis, quæ & ipsæ vnciæ appellabantur: eius ferme valoris cuius est hodiè Stuferus Brabanc. vel Albus rotatus Rhenens. vel medius Bassus Germ. cum vno denario cō muni.i. Pfenningo: vel Solidus Francicus cum vno Turone: vel quarta pars Rialis Hispanici cum vna maruidere: vel Parpangola, id est, quarta parte Iulij Italici cū vna quadrina & duob. denariolis.

Alij ſupputant Aſſem valoris fuiſſe vnius Blappardi Argentoracenſ. qui valet ſex denarijs Argentoracenſ. id eſt tribus cruciatis: ſeu viginti vno halleris cõmunibus, vel decem denarijs communibus, & vno hallero: vel octodecim Turonib. Francicis: vel decem nouenarijs Brab. & quinq; minutis ſeu mitis quas vocant: vel decem maruideribus Hiſp. cum vna blanca: vel duodecim quadrinis Italicis: vel duodecim denarijs Nurenbergenſis quæ omnia idem ſunt, id eſt, tres cruciati.

2 Stuferus Brab. continet nouenarios octo ſeu mitas ſextarios duodecim: ſeu minutas ſimplices 72.

STuferi triginta octo ſeu totidem Albi rotati Renenſ. faciunt coronatum aureum ſolis vnum: quem eundem 46. ſolidi Francici efficiunt: & 23. Baſſi Germanici: & vndecim Riales Hiſpanici cũ quarta: totidem Iulij Italici cũ quarta parte.

3 SOlidus Francicus cõtinet Turones duodecim: ſeu Legardos quos vocant 4.

4 ALbus † rotatus. halleros graues (exceptis Argentinenſibus) vt ſunt Rhenani, Bingani, Francfordiani, 12. ſeu denarios ſiue pfenningos communes octo: vt ſunt denarij rotati, Principũ Electorum, Frãcfordiani, Sueuiſi, & quinis alij, quorum. 14. cõſtituunt baſſum vnum.

5 POndo † æſtimatione noſtri æris valuit aureos coronatos centum. Centum pondo, faciunt decem millia coronatorum.

Mille pondo, centena mill. coron.

Centena millia pondo ſunt centies ſeptena millia coronatorum.

6 Talentũ † auri multiplex erat, Hebraicum, Babylonicum, Euboicum, Atticum, Athenien. paruum & magnum, Sed in primis Atticum apud ſcriptores celebratũ, valẽs libras ſeu minas 6. hoc eſt, ſex millia denariorum: ſeu octo millia drachmarum id eſt, ſexcentos coronatos aureos.

Quinque talenta, ſunt tria millia coronatorum.

Decem talenta ſunt ſex mill. coron.

Viginti talenta, duodecim mill. coron.

Quinquaginta talenta. triginta mill.

Centum talenta ſunt ſexaginta mill.

Quingenta talenta trecenta mill.

Mille talenta ſexcenta mill.

Quinque millia talentum tricies centena mill.

Decem millia talentum ſexagies centena mill.

Tanti Alexander Epheſtionem ſuũ funeraſſe ſcribitur.

Talentum † Athenienſe magnum continebat minas Atticas centum, id eſt, decem mill. coronatorum. 7

Talentum Athenienſe paruum, minas Atticas ſexaginta continebat, id eſt, ſex millia coron.

LIbra † auri, mina & drachma idem, id eſt, valor decem coronatorũ, Libra vel mina Atticà, ſunt drachmæ ſeptuaginta quinq;, id eſt, monetę noſtrę, coronati decem. 8

Libra vel mina Graia, & Italica, idem, Et ſũt drachmæ nonaginta ſex, id eſt, paulo minus quam decem & tres coronati.

Libra Romana, & pondo & mina idẽ, vt alicubi Budæus annotat. Et valuere idem quod denarij ſeu drachmæ centum: vel ſeſtertij quadringenti, id eſt, coronati ſolis decem: aut iuxta noſtram ſupputationem, nouem: baſſi tres: cruciati tres.

Decem libræ vel minæ, vel drachmæ, ſunt coronati centum.

Centum libræ ſunt coronati mille.

Quingentæ libræ quinq; mill. coron.

Mille libræ, decem mill. coron.

Decẽ millia librarũ, centena mill. cor.

Quinquaginta mill. librarum ſeu minarum, ſeu drachmarũ, ſunt quinquies centena mill. coron.

Centena millia libr. ſunt decies centena mill. corona.

DEnarius computatione noſtrę monetæ valuit circiter nouem cruciatis, & duob. denarijs Germanicis, quos pfenningos vocant: id eſt, duob. baſſis cum dimidio: & duob. pfenningis ſeu quatuor halleris quod eſt monetæ Brabanciç fere quatuor Stuferis cũ dimidio: monetæ Hiſpanicæ, vno Riali & quarta 9

eius

eius, hoc est 42. mauideribus, & vna blanca. monetæ Italicæ, vno Iulio. & vna parpagola, id est, quarta parte Iulij, hoc est, 40. quadrinis.

Vnus denarius continet sestertios quatuor.

Decem denarij constituunt coronatũ aureum vnum.

Vigintiquinque denarij faciunt coronatos duos cum dimidio.

Quinquaginta denarij coronatos quinque.

Centum denarij, coronatos decem.

Quingenti denarij coronatos quinquaginta.

Mille denarij coron. centum.

Decem millia denariorum, coronatos mille.

Quinquaginta millia denariorum coron. quinque mill. coron.

SEstertius & nummus, idem. Et valuit quarta parte denarij, id est, vno stufero brabantico, & vno nouenario: seu duobus cruciatis, & duobus denarijs siue pfenningis Germanicis: seu vno solido Francico & tribus Turonibus, seu vndecim maruideribus Hispan. minus vna blãca: seu nouem quadringis Italicis & duobus denariolis. Quæ omnia idem sunt. Qua supputatione mille sestertij faciunt circiter quadraginta tres coronatos & bassos vndecim.

Aut iuxta Budæi in vno loco supputationem, (nam præter obscuritatem, sibi ipse nihil & alijs, veluti sui parũ memor, subinde diuersus est) valuit vno denariolo minus, quàm assis. Qua cõputatione, mille sestertij faciunt coronatos solares viginti, minus sex bassis, seu viginti quatuor cruciatis. Et in alio loco valuit duobus Turonibus cum dimidio minùs quàm assis, id est, quàm solidus Francicus, hoc est, valuit decem Turonibus cum dimidio.

Sed si quadringenti sestertij, vnam cõstituebant libram, id est, decem coronatos: ac si sestertium neutro genere, continent sestertios mille, id est, vigintiquinque coronatos: valuit certè sic vnus sestertius pauxillũ minùs vno stufero Brabantico, id est, duobus cruciatis, & vno hallero: quod est vno solido Francico, & vno Turone, seu octo maruederibus Hispan. & vna blãca: seu octo quadrinis Ital. minùs vno denariolo. Ac si mille sestertij constituunt coronatos &c.

In alio loco ait sestertium valuisse duos asses & semissem, id est, quinque cruciatos, seu vnum bassumt & vnum cruciatum: vel viginti vnum maruideres: vel viginti quadrinas & vnum denariolum: vel duos stuferos & tres nouenarios. Ac mille sestertios facere denarios ducentos quinquaginta, id est, duas libras argẽti, quod dicit esse coronatos, viginti quinque.

Itaque hinc, cùm ita sit diuersus, nõ facilè quid certi quis deprehenderit sestertium pro sestertiorum: sicut nummũ pro nummorum: & denarium pro denariorum: ac talentum pro talentorum dicimus.

Quinquies sestertium, sunt quingenta sestertia, id est, duodecim millia & quingenti coronati.

Decies sestertium, id est, quod mille sestertia, id est, viginti quinque millia coronatorum.

Vicies sestercium sunt quinquaginta millia coronat.

Quinquagies sestertium, centena, viginti quinque millia coronat.

Centies sestertium, ducenta seu ducentaquinquaginta millia coronat. Tanti æstimatus est Vnio Cleopatræ.

Millies sestertium, vicies quinquigies centena millia coronat. id est, duo milliones & quingenta millia.

QVinque sestertia sunt centũ viginti quinque coronati aurei.

Decem sestertia, ducenti quinquaginta coronati.

Viginti sestertia, quingenti coronati.

Quadraginta sestertia, mille coronati.

Quinquaginta sestertia, mille, ducenti, &

ti, & quinquaginta coronati.

Centum sestertia sunt centies viceni quini coronati, id est, duo millia & quingenti.

Quingenta sestertia duodecim millia & quingenti.

Mille sestertia, viginti quinque millia coronat.

11 DRachmam monetæ nostrę vulgaris valuit circiter septem cruciatis, & continebat scrupulos tres, seu obulos sex.

Est autem drachma iuxta Priscianum, aliquanto minus denario, sicut tres denarij, drachmas quatuor efficiant. Quod tamen cum Budęi supputatione non conuenit, qui ponit minam continere drachmas centum, seu denarios trecentos. Iuxta quam supputationem drachma triplo maior denario esset.

12 Decem ita drachmæ sunt cruciati septuaginta, seu bassi septemdecim cum dimidio, id est, vnus Dalerus, & cruciati duo, hoc est, octo Riales Hispa. & maruideres octo: vel octo Iulij Italici, & quadrinæ septem.

Centum drachmæ faciunt Daleros decem, bassos quinque.

Mille drachmæ, Daleros centũ & tres, minus duobus cruciatis.

Decem millia drachmarũ Daleros mille & viginti octo, bassos decem & quatuor.

Quinquaginta millia drachmarũ: Daleros quinque millia, centum, quadraginta quatuor, & bassos duos, hoc est, coronatos solares ter mille septingentos, quinquaginta octo, bassos 14.

Iam non satis intelligo, quomodo Budæus quinquaginta millia drachmarum, id est, Luculli cœnationem in Apolline cœnare magnificè & lautè vellet, in quinque millia coronatorum supputauerit, & sestertia duo, quæ & ipsa quamobrē adiecerit nō video, cùm tantundem afficiant.

Alio tamen loco idem veluti alterius immemor, quinquaginta millia drachmarum supputat in tria millia coronatorum, octingentos & duodecim coronatos.

† Obulus paulò minus, quàm octo com 13
munes halleros Germanicos valebat, vt duo obuli facerent halleros quindecim, id est, duos cruciatos & hallerum vnum: quod est solidus Francicus vnus, & turon vnus: vel vno nouenatio minus quàm stuferus Brabanti. id est, quarta pars vnius Rialis, & blanca vna: vel quarta pars vnius Iulij minus duobus denariolis.

Siliqua aliquanto minus hallero Ger- 14
manico graui est, seu Turone Francico: seu nouenario: maius tamen pauxillo blanca Hispanica, sic vt tres siliquæ constituant halleros Germanicos graues duos: Turones duos nouenarios, blancas fermè quinque, quadrinas Italicas duas.

Scrupulus monetæ vulgaris continet obulos duos, siue siliquas sex, id est, tertiam partem drachmæ, seu halleros Germanicos graues 15. seu denarios Germanicos communes decem, qui faciunt cruciatos duos, denarios tres seu quartã partem Rialis Hispanici, maruideres duas, blancam vnam: quartam partem Iulij Italici quadrinas duas, stuferum Brabanticum, vnum nouenarium, mitas quatuor. Scrupulus auri, est tertia pars drachmæ auri, id est, coronati tres, cruciati duo, halleri duo.

† Vncia auri continet drachmas seu li 15
bras octo, id est, coronatos octoginta. Alioqui vncia communiter tam de pondere, quàm de numismate dicitur.

Vncia monetæ vulgaris est duodecima pars assis, id est, hallerus grauis, seu rotatus, seu Binganus vnus: Turon Francicus vnus, mitæ Brabanticæ sex, maruideris Hispan. paulò minus quàm vna, vt tres vnciæ, maruideres constituant duas: denarioli Italici duo.

Argenteus, nummus erat valoris di- 16
drachmi, id est, duarum drachmarũ, hoc est, ferè quatuordecim cruciatorum, seu quinque stuferorum Brabanticorum cum dimidio, seu sesqui Riali Hispan. cum quarta parte seu sesqui Iulij cum quarta parte.

parte. Huiusmodi argenteis triginta vendidit proditor Iudas Christum. Qui supputati in nostram monetam efficiunt coronatos solares quatuor, bassos tredecim. Horum argenteorum vnus Parisijs ostenditur per vitrum in æde S. Ioannis Lateranensis.

17 † Stater cõtinet monetæ vulgaris drachmas quatuor, id est, cruciatos viginti octo, seu bassos septem, seu Riales Hispan. tres cum dimidio, Iulios Italicos tres cum dimidio, stuferos Brabanticos duodecim minus vno nouenario, & mitis sex.

Angli nummum habent, quem suo vernaculo etiam Staterem vocant, valentem stuferos Brabanticos duos cum dimidio, (nolo enim dicere semi, vel semissi, quod id solùm ad assem nummum spectet, sicuti & reliquæ eius partes quincunx, triens, quadrans, sextans, vncia, &c. & non ad nostri temporis nummos) id est, dimidium Rialem cum quarta parte, minus vna maruidere, & vna blanca: dimidiũ Iulium cum vna parpargola minus vna quadrina, quod est cruciatus sex.

18 † Siclus idem est quod stater, hoc est, nummus valens drachmas quatuor, continebat enim obulos viginti.

19 Denarius Germanicus multiplex est: Argentoracen. qui omnium grauissimus est. nam tantum octo constituunt bassum vnum, & continet halleros binos: halleros verò Othlingos, quos vocant, id est, quartulas, duas Vvirtenbergicus, & Marchionis Baden. eiusdem inter se valoris sunt, qui & ipsi graues sunt, continentque singuli halleros binos.

Horum denarij vndecim constituunt bassum vnum, qui ijdem faciunt halleros 22. Nurembergensis denarius omnium leuissimus est: nam sexdecim efficiunt bassum vnum, continentque & ipsi singuli halleros binos, vt sint in basso in vno halleri 32.

Reliqui diuersarum ditionum Germaniæ, Ciuitatumque denarij, communes seu vulgares sunt, quòd passim eiusdem valoris sint, & 14. vnum constituant bassum. Ac continent & ipsi singuli binos halleros, vt 14. efficiant halleros 28. in basso vno. Et sunt communiter Principum Electorum, Rhenani, rotati, Bingani, Francfordiani, Augustani, Ratisponen. id est, Sueuici omnes. Ac eiusdem planè valoris sunt cum nouenario Brabantico, maioris tamen pauxillum Turone Francico, maruidere Hispan. quadrina Italia. Nam horum communium Germanicorum denariorum quatuordecim, vnum constituunt bassum. † Maruideres autem Hispanicæ septendecim dimidium Rialem efficiunt, qui æquiualet vni basso: Sic Quadrinæ Italicæ sexdecim dimidium Iulium constituunt, æquiualentem & ipsum vni basso. 20

Quadrina itaque Italica prorsum & iustè eiusdem valoris est cum denario Nurenbergensi, quorum & ipsum sexdecim vnum constituunt bassum. Maruideris autem pauxillum adhuc leuior denario Nurenbergensi est, vt quorum decem & septem vni basso æquiualeant. 21

Centum communium horum denariorum, faciunt bassos septem, denarium vnum.

Trecenti viginti duo faciunt coronatum solis vnum.

† Halleri quoque diuersi sunt Argentoracen. quorum sexdecim constituunt bassum vnum Vvirtembergensis & Marchionatus Badiæ, eiusdem inter se valoris, quorum viginti duo faciunt bassum vnum. 22

Bingani, Francfordiani, & Rhenani rotati, eiusdem quoque valoris & ipsi sunt: & hi halleri graues appellantur, vt quorum tres constituant denarios duos, cùm in alijs bini faciunt vnum: itaque ex his viginti vnus bassum constituunt: ex communibus autem 28. & ex Nurembergensis 32. Nurembergenses & Colonienses omnium leuissimi sunt, quorũ 32. vt modò diximus, bassum vnum faciunt. Et conueniũt fermè cum blancis, vt quarum 34. faciant dimidiũ Rialem, qui eiusdem

24 dem cum basso valoris est. Reliqui omnes communes dicuntur, quorum 28. fac. bassum vnum, qui constat ex denarijs communibus quatuordecim ex Vvirtembergen. & Baden. vndecim: ex Nurenbergen. sexdecim: ex Turonibus octodecim: ex nouenarijs quatuordecim ex maruideribus septemdecim: ex quadrinis sexdecim. Centum halleri communes faciunt bassos tres cum dimidio, & denarium vnum.

Sexcenti quadraginta quatuor halleri fac. coronatum vnum.

25 † Blanca in Hispania minimus nummulus est, sicut hallerus in Germania. Et duę blancæ constituunt vnam maruiderem, quemadmodum & duo halleri, vnum denarium communem. Sic sexaginta octo blancæ faciunt 34. maruideres, quanti valet vnus Rialis Hisp. Attamen Maruideris, nummus non est, sed nudum tantùm nomen ac si numus sit: ita tamen in vsu non familiari tantùm, sed necessariò est, vt reditus suos omnes, summos & minimos, prouentusque annuos computare

26 & sub rationes certas redigere Hispan. † nō possint, nisi per nominatas & expressas Maruideres: ac si per suos denarios seu pfenningos: Itali per quadrinas: Brabanti per nouenarios. Galli per Turones, omnes suos reditus computent, ac dicant, tot habet ex annui reditibus millia pfenningorum, quadrinarum nouenariorum, turonum, sicut Hispanus maruiderum tot capit millia.

Solidus Italicus continet denariolos Italicas duodecim, id est, quadrinas Italicas quatuor. Nam denarioli constituūt quadrinam vnam. Et æquiualet solidus vni cruciato Germanico.

Quadrina Italica & denarius Nurenbergensis eiusdem valoris sunt. Duo solidi cum dimidio faciunt vnam parpagolā, hoc est, quartam partem vnius Iulij, Iulius continet parpagolas quatuor, seu solidos octo: seu quadrinas triginta duas, seu denariolos nonaginta sex.

Valet autem Iulius bassos Germanicos duos, sicut & Rialis Hispanicus, qui continet maruideres triginta quatuor, seu blancas 68.

Et sicut vndecim Iulij constituunt coronatum vnum, ita quoque & vndecim Riales vnum efficiūt coronatum vel Italicum, vel Hispanicum: nam eiusdē sunt valoris. Vterque nimirùm duobus cruciatis minùs valet, quàm coronatus solis: omnes autem simul ab Hispanis, Italis, & Gallis non coronati, sed scuta vocantur, vocabulo minus apto, cùm non scuta, sed potiùs scutati deberent, licèt nec hic aptè satis.

Verùm de his hic obiter, dum Portium percurremus, paucula commemorare libuit. Latiùs enim hæc tractauimus & diligenter in libro de monetis, vlnis & mensuris diuersarum Nationum nostri temporis.

Addidit Ren. Budelius Rurem. Iuris Licent.

Meminit hic Mameranus sui libelli, quem se de Monetis, vlnis & mensuris diuersarum Nationum conscripsisse refert: quem si habere potuissemus, fortassis & præcedentibus tractatibus eundem subiunxissemus.

Hæ autem numorum æstimationes ante quadraginta annos aut circiter factæ, eorundemque proportiones etsi cum valore isto, qui hodie passim frequentatur, minus cōueniant, tamen habito respectu vnius petiæ istiusque valoris ad aliam, etiam diuersarum Regionum, earundem hodierna proportio facili negotio haberi posset. De quo aliquando fortassis vberiùs tractabitur.

Finis Priscæ monetæ ad nostram supputat. Mamerani.

DISPV-

DISPVTATIO MONETARVM, IN DISCVSSIONE CONTENTIONVM CREDITI ET

Solutionis, hoc tempore inter Mercatores & alios, illis, qui in foro versantur, valdè vtilis, Per

HENRICVM HORNMANNVM.

Bonitas monetæ quotuplex est?

Duplex. Intrinseca & extrinseca.

Intrinseca quæ est?

Quæ consistit in liga ponderis & characteris.

Extrinseca?

Quæ consistit in valore & æstimatione, pro qua expenditur. l. 1. & fin. C. de veter. numisma. potest. lib. 11. l. 1. ff. de contrahend. emptio. Doct. in c. quanto. extr. de iureiurand.

Pecunia mutuò accepta, in qua bonitate est reddenda?

Hic nullum est dubium, quin sit reddēda & soluenda in bonitate intrinseca, si reperiri & haberi potest.

Quid, si inueniri & haberi queat?

In illo casu, potest fieri solutio de noua moneta, quæ vsitata & recepta est, habita semper relatione & respectu ad materiam, pondus, & æstimationem pecuniæ mutuatæ, c. cùm olim, & c. cum Canonicis, extrà, de censib.

Quid autem respectu characteris?

Formæ & characteris consideratione, potest de alia pecunia solui, dummodò creditor non afficiatur damno.

Illustra hæc aliquo Exemplo, vt perspicatiora fiant?

Sic, Quidam mihi mutuo dedit taleros Saxonicos centum, tempore Friderici Electoris stampatos seu procusos. Possem illi reddere recentiores totidem, nisi creditor esset passurus aliquod damnum, in diuersitate formæ & characteris, eò quòd statuisset iter facere ad oras maritimas, & partes longinquas, in quibus Ioachimici antiquiores, plus valoris habent, quàm recentiores. Hoc pacto debitor non posset alijs recentioribus Taleris solutionem præstare, quia creditor damnum esset passurus. Ita de similibus iudicandum est, l. Paulus, ff. de solutionib. vbi Bartol. not. & omnes.

Quæro, an recipiens pecuniam quotidianam, debeat reddere secundùm antiquam formā, an verò secundùm nouam?

Si mutuo data fuerit pecunia bonitatis intrinsecæ, & deinde fiat pecunia in alia forma & materia, respondetur, quòd tunc æquum sit, reddi & solui de antiqua, eò quòd noua pecunia sit omninò diuersa. Hoc tamen sic intelligi par est, si antiqua haberi potest. Si verò reperiri amplius haud queat iuxtà æstimationem mutuo datæ pecuniæ solutio facienda est. Tunc enim hoc agitur, vt in eadem bonitate eodemque genere restituatur, l. cum quid. ff. si cert. pet. & glo.

Quid autem, si pecunia datur mutuo, non in bonitate intrinseca, sed extrinseca?

Si datur in bonitate extrinseca, & variatur æstimatio valorque ipsius pro temporum conditione, vt fieri solet in Ducatis, coronatis, cruciatis, & alijs monetis aureis, quæ aliàs plus, aliàs minus valent, & iam æstimatio ipsarū omnibus eadē est, iā verò paucis aliquot elapsis mēsibus crescit valor, aut decrescit, tunc non solemus curare & considerare eam ipsam bonitatem

tem extrinsecam, nisi eo tempore, quo cœpit esse in mora debitor, nec solutio iusto tempore fieret, l. vinum, infrà eod. Hęc decisio & doctrina Bart. hic, & in dicta l. Paulus. Consentiunt & alij Doctor. in hac nostra l. cum quid. Petr. & Cyn. in l. minorum, C. in quibus causis restitut. in integr. non est necess. Ioan. Andr. & Doct. in d. c. quanto, & in c. cùm olim, & in c. cum canonicis, extr. de censi. Ioan. de Imo. & alij in d. l. Paulus.

Pono casum. Debitor qui pecuniam mutuo accepit, tenetur reddere eam ad Pascha. Posteà decrescit æstimatio eiusdem monetæ, quam mutuo sumpsit, quæro an debitor teneatur seu obligatus sit aliquid præstare pro illa æstimationis imminutione, seu deterioratione, vt sic loquar?

Iuxtà doctrinam Bartoli sic distinguo. Aut de moneta grossa, aut de minuta dicimus. Si de grossa, quæ per monetam inferiorem recipere æstimationem potest, sermo sit, tunc debitor tenebitur satisfacere creditori de mora pro iusto damno. Si verò loquimur de moneta minuta, inferioris gradus, debitorne post moram quidē obligatur, seu tenetur ad æstimationem. Nam semper hoc casu, periculum creditoris erit. Ratio est. Quia minuta hæc moneta non recipit æstimationem per aliam monetam. Quare dici non potest, quòd æstimatio sit variata, imminuta, vel deteriorata.

Hoc iniquum videtur.

Non videtur, nec est. Sed hic defectus præter spem opinionemque de nouo fortè incidens vel contingens, posset lucrum cessans dici. Verùm huius lucri non habetur ratio, quādo minuta pecunia debetur. Damni autem ratio habetur, quod penes æstimationem consideratur. l. numus. ff. de in lit. iuran. Hæc est opinio Bart. quam sequitur Ang. in d. l. Paulus.

Mirabilis sanè opinio Bartoli, quam non satis assequor.

Vt rectius intelligas, sic habe. Bartolus vult, vt in moneta minuta lucrum potius cessans, quàm damnum emergens censeatur: propterà quod lucrum & interesse extrinsecus non venit in numis, secundùm damnum l. si sterilis, §. si per venditorem, ff. de actionib. empti. dicta l. numis. & l. si ita fideiussorem, ff. de fideiussoribus.

Istuc hæc Bartoli opinio recepta, & seruatur in practica?

Communiter non est, nec seruatur aut tenetur in praxi vsitata.

Quæ eius rei est ratio?

Nam sine differentia & distinctione, in quacunque moneta, periculum spectat ad eum, qui moram in soluendo fecit. Et hæc opinio verior est & receptior. Quia minutæ pecuniæ æquipollere videntur. Sicut enim duodecim denarij, vnū solidum cōstituunt, ita vnus solidus duodecim facit denarios. Hoc Martin. Lauden. in tract. suo monetæ, refert, & cum eo Cyn. & Doctor. in d. l. minorum, C. in quibus caus. rest. nō est necess. Ioannes Andr. & Doct. in dicto c. quanto. & Angelus in d. l. Paulus, ff. de solutio. Idem tenet Imol. & domi. Anton. in d. c. quanto.

Hæc certè intricata sunt, & obscuriora, quàm vt rectè intelligam.

Qui ni intelligas? Debitor siue in lucro, siue in damno consistat, post moram ad interesse tenetur. l. 3. in fin. de eo quod certo loco. Et quod veniat interesse in lucro tenet gloss. Doctor. communiter, post Bartol. in l. 1. C. de senten. quę pro eo quod interest. Ergo venit hoc interesse extrinsecus, tam in minima pecunia, quàm in grossa. Quia mora semper debet nocere illi, qui moram facit, l. quod te. ff. de verborū obligat. c. mora cui. de regul. iur. in 6. Deinde etiam non potest ratio reddi diuersitatis inter monetam minutam & grossam.

Exemplis res illustrantur & declarantur, magisque conspicuæ fiunt. Dic ergo exempli gratia.

Faciam, attende. Mutuo tibi dedi centum

tum florenos in pecunia minuta. Si iam interea antequam mihi centum illos reddas accidat, vt Principis sanctione, grossi aliquot certi, qui prius pro vno expendebantur, qui iam nunc pro vno cum dimidio edi incipiant, vulgò accipiantur: certè hic post moram tuam, aucta fuit æstimatio. Et propterea æquum est, vt debitor, penes quem mora deprehenditur, satisfaciat creditori. Debet enim non immeritò mora sua esse illi nociua.

Exemisti mihi scrupulum, sed dic porrò quomodo Doctores opinionem Bartoli soluant?

Imola, & D. Anton. in d. c. quanto, videntur saluare Bartolum, hac scilicet adiecta clausula & conditione, quando augetur æstimatio monetæ grossæ, vt, Mutuo recepi duodecim florenos, eo tempore, quo Ducatus valebat vnum florenum, cum dimidio, si posteà valor ducati ad duos florenos excrescat, is qui mutuum dedit, non poterit petere quicquam vltrà sortem, etiamsi duodecim illis florenis potuisset acquirere siue lucrari tempore mutui, quatuor vel quinque aureos. Quia non patitur damnum, sed perdit lucrum. Hoc pacto Bartoli opinio interpretationem & limitationem, saluationemque recipit.

Porrò quæro Quid si variatio & diminutio monetæ minutæ contingat post moram, quando creditor non potuit consequi à creditore id, in quo damnum accepit, atque sic damnum contingens sensit, & non lucrum cessans.

Respondeo. Si creditor esset persona quæ verisimiliter consueuisset mercari & lucris studere, in hoc casu absque dubio respectus ad interesse habendus esset, ratione lucri cessantis, l. 3. §. fin. in hanc aibi trariam. ff. de eo quod certo loco, & declarat Bart. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod & ibi in hoc tractant Aut. Imol. & Cuma. in d. l. Paulus.

Verùm quid, si non esset Mercator?

Dato etiam hoc, quod creditor nec Mercator sit, nec mercari solitus, nihilominus debitor indifferenter tenetur ad æstimationem in quacunque moneta, per argumenta & rationes suprà allegatas.

Porrò in alio casu breuiter quæro. Est ne inspiciendum tempus contractus, vel solutionis?

Hoc scilicet vis. Pone casum. Mutuo tibi dedi centum ducatos, eo tempore, quo ducatus Ioachimicum siue talerum vnum cum dimidio valuit. Dein accidit tempore, quo solutio facienda fuit, vt valor Ducati augeretur ad aliquot solidos: quæstio est, an debitor possit aut debeat soluere centum ducatos, habito respectu ad æstimationem currentem tempore ipsius mutui, vel ad æstimationem currentem solutionis, prout sibi esset vtilius. Respondetur, quòd inspiciendum sit tempus solutionis, & non contractus. Hæc est sententia Bart. in dicta l. Paulus, circa princi. vltim. colum. & in l. cum aurum, per text. ibi, ff. de auro & argent. legato. Bald. quoque in d. c. quanto. & in Clementin. fina. cum ibi notatis, de decim. allegat Bald. in addi. ad Specula. in titulo de solut. §. nunc aliqua, versi. fin.

Variantne etiam hic Doct. vt suprà?

Omninò. Nam contrariam sententiam tenuit Alberi. in d. l. cum qui d. ff. si cer. peta. Idem tenet Bald. in l. acceptam, C. de vsur. vbi concluditur, quòd considerari debeat tempus contractus, & non solutionis. Mouetur autem ad hanc decisionem, satis friuola (sit venia dicto) ratione. Quia debitor, inquit, pecuniam intrinsecam cóuertit in suos vsus, & vtilitatem suam, ergo non debet lucrari cum aliena iactura, l. si vina, quæ in ol. erant, ff. de peric. & cómod. rei ven. Sed per multa argumenta patet, & multò clarius est, quòd attēdatur tēpus contractus. Sic tenet Iaco. Butr. & alij. Nam pecunia est in contractu & obligatione. Et certum est, quid, quale, & quantùm datū fuit. Ideò tenetur reddere de moneta antiqua & vsitata tempore contractus, vel illius æstimationis. Et hoc in omni dispositione

tione. argumento est l. si stipulationum, quòd incertæ sunt, ff. de verb. obliga. Ergo debitum esset in actione l. certi conditio. in princip. & §. 1. infrà cod. Et pro hac parte adduci potest l. fundum vend. ff. de nouat. & alij textus.

Meministine hanc quaestionem, tuo tempore, in contingentia facti aliquando fuisse?

Omninò memini, & scio, ante paucos annos in oris maritimarum ciuitatum, hanc ipsam, de qua nunc loquimur, materiam, in quæstionem venisse, hoc pacto: Opulentus quidam Mercator emerat maximam quantitatem salis, certo precio coronatorum aureorum. Accidit posteà, vt æstimatio dicti auri mutaretur & variaretur. Fuit quæsitum, quid iuris esset? & consultum per plurimos Doctores, considerandum fuisse, & in memoriam reuocandum tempus contractus, & non solutionis.

Lauden. videtur hoc loco dubitare, & cum aliis non sentire:

Nec tamen omninò dissentit, sed putat sic distingui posse. Aut dies adijcitur solutioni, & tunc tempus solutionis considerandum est. Et hoc modo procedit doctrina Barto. in l. cum aurum, ff. de auro & argent. legat. & probatur in l. contraxisse, ff. de actionib. & obligationib. Aut non est statuta dies solutioni, & tunc inspiciendum venit tempus petitionis, per casum in dicta l. vinum. Nisi tamen debitor fuisset in mora. Nam odio moræ inspicimus tempus contractus. Debet enim mora semper esse nociua illi, qui moram fecit, d. l. quod te. & l. mora, ff. de vsur. Et isto casu procedit opinio Iac. Butr. Albert. & sequacium.

Quid tua fert opinio in hac variatione sententiarum?

Ego indistinctè sentio tempus contractus inspici oportere penitùs in æstima tione extrinseca. Sic enim sensit Azo fons iuris, vt vtar verbis Baldi, in l. contractus. C. de fide instrum. Hunc sequitur Oldrad. Lauden. in consil. 31. & alibi. Atque ideò in omni contractu locationis, siue mutui, siue alterius conuentionis, attendimus tempus contractus, etiam quantùm ad bonitatem extrinsecam. Quare variata æstimatione, obligatus erit debitor ad illam æstimationē, quę currebat seu in vado & vsu erat tempore cōtractus, secundùm iam dictos Doctores Azonem, & Oldrad. Consentit Panormitanus post Imolam, & Dom. Anton. in c. cum olim, extr. de censibus. Ioannes Andreæ. & communiter Doctores in c. quantò. Petr. de Anchar. post Dom. Cardin. & Imol. in Clementin. fina. per textum ibi, in verbo, consuetam, de decimis.

Multi sunt, quos nominasti in eandem tecum descendentes sententiam, cui & ego nunc adstipulor & subscribo.

Addam & hoc, quod Petr. de Anchar. in allegata Clemen. fina. dixit, Doctorem suum fuisse consultum aliquando in casu dotis, vbi quis dederat in dotem florenos ducentos, boni auri, tempore quo florenus in minori erat æstimatione & valore. scilicet, (vt ad Saxonicam monetam casum applicem) quo valebat duas marchas Lubecenses, Posteà excreuit & auctus fuit valor florenorum aureorum, suprà duas marcas, ad duos solidos: quæsitum fuit, quomodo dos restituenda esset. Respondit & consuluit, ducentos florenos auri, qui fuerant in obligatione, restituendos esse. Nisi fortè tempore contractus fuissent dati in dotem, ad rationem marcarū, & non florenorum simpliciter. Nam tunc illa æstimatio deberet reddi, & non maior.

In legatis pecuniarijs, testamento ordinatis, quod tempus attendendum est, variata æstimatione?

Num tempus testamenti, vel mortis, vel aditæ hæreditatis attendere oporteat, quæris? Prima fronte, tempus mortis considerandum esse videtur. §. disponat, in authen. de nuptijs. Et lex semper est in viridi obseruantia, l. Arriani, C. de hæredi. Ergo videtur legasse eo tempore, quo moriebatur. Probatur per Doctor. Bartol. Baldum, & Angel. in l. si seruus legatus.

§. qui

§.qui quinque.ff.de leg.1. Bartol.in l.fina. §.1.ff.de libe. legato. & in final. §.1.ff. de fund.instru.instrumentoque legato. Vbi dicit, si maritus legauerit vxori frumentum in horreo vel domo sua, & deinde idem testator frumentum illud consumpserit, atque illud posteà in locum refuderit, quòd vxor habebit frumentum tempore mortis in horreo repertum.

Probásne hanc Decisionem?

Hæc doctrina non procedit ex natura verborum, sed ex præsumpta & interpretatiua voluntate testatoris, secũdùm Bal. & Angel.in d.§.qui quinque. Quare nihil ad rem facit.

Quid autem tu iudicas in hoc fieri de iure oportere?

In hac quæstione, Oldrad. in d. consilio decidit, debere solui de moneta vsitata, currente, expendibili & recepta tempore testamenti. per text. in l. vxori.§.testamento.ff.de lega.3. l.Medico.ff.de auro & argen.lega. l.Aurelius.§.testamenti. & §.Titij.ff.de libe.legat. & ita sequitur Bal. Alberi.& Moder.hic.

In hac ergo opinione acquiescis?

Quidni? Sed hoc sæpè sum miratus, quòd tanti Doctores nõ allegauerint glossam singularem, & approbatam, perpetua memoria dignam, in l. penult.ff.de fund. instru.quæ decidit, quòd in legatis particularibus, siue rerum, siue pecuniarum, semper attendimus tempus testamenti. Sed in fideicommissis vniuersalibus & legatis, attendimus tempus mortis testatoris.

Aliam quæstionem moueo: Quid in legibus & statutis facientibus mentionem de pecunia, seu pœnam pecuniariam imponẽtibus, quod tempus in æstimatione pecuniæ attenditur?

Diceret aliquis primo casus intuitu, obseruandum esse tempus statuti & legis, sicut tempus testamenti, ex doctrina aurea, quòd statuta magis æquiparantur voluntatibus, quàm contractibus. Ita sentit Nicol.de Matarellis, quem sequitur Bald. in l.penult.in fin.penul.colum.versi. quæro quid in verbis legis vel statuti. C. de verb.signific.idem Bald.in pace Constantiæ.in ver.nos Romanorum.Bart.in l.omnium.C.de testam. & in l.post gloss.ibi.C. de his quib. vt indign. latiùs videre licet per Alexan.in l. si ita stipulatus.ff.de ver. obligatio.

Non subscribis huic sententiæ, et tot Doctorum opinioni?

Si quis rectè considerare & æqua lance perpendere rem velit, puto non absurdum, aut veritati contrarium fore, si quis distinguat; & sic dicat: Statutũ aut loquitur de solennitate, aut de solutione. Si circa solẽnitatem versatur, scilicet, statutum dicit, quòd donatio excedens quingentos aureos, debeat insinuari, sicut & de iure communi sancitum est, in isto casu attenditur tempus legis vel statuti. Si verò statutum disponit circa solutionẽ pecuniæ, quomodo illa fieri debeat: isto casu inspicitur tempus, quo solutio facienda est, ex quo oritur obligatio. Ita decidunt Specu. & Ioan. Andr.in addit. titu.de solution.§. nunc aliqua.versic.fina. clarius Bald. in l. illud, circa fin.C.de sacrosanct.Eccles. & in l.2.C.communia.de leg.Imol.in Clem. fi.de decimis, & sequitur Laudens.& communiter Moderni.

Quid in laudo & sententia, facientibus mentionem de pecunia soluenda?

Breuiter respondendo, attendendum est tempus laudi vel sententiæ. Oldrad.in consi.13.& consi.168.

Accidit, quòd quidam expendit monetam, quã sciuit à principe reprobatam & prohibitam fuisse, quæritur an teneatur ille pœna falsi.

Hic omnes dicerent; si ex tempore respondendum esset; quod ita. per text.in l Corneli.ff.de fals. Sed veritas contradicit. Quia pœna falsi, quod ad hanc rem attinet, nõ imponitur nisi in tribus casibus. Primò, quando corrumpitur & falsificatur (vt ita dicam) moneta de pondere. Secundò, in materia. Tertiò, quando cuditur moneta, sine principis authoritate. Sic

respondit & consuluit Bal. in contigentia facti. Ita Salic. in l. 1. & l. fin. C. de falf. monete. & benè probatur in l. Cornelia. Et pro stabilienda opinione Baldi facit, quòd pœna vbi in statutis, vel à iure non apposita inuenitur, est arbitraria, l. 1. §. 1. ff. de effract. & expila. l. 1. ff. de iure deliber. C. de caus. extr. de offic. deleg.

Quid respondebis in casu, quo aliquis tibi mutuo dedit pecuniam reprobatam aut prohibitam. Tu verò industria tua, pro bona eam expendisti. Quæritur, an creditor te ad absolutionem cogere possit?

Communis opinio est, quòd nō. Quia industria expendentis, non prodest ipsi mutuāti. sic enim sentiūt Iacob. de Are. & Alber. per text. in 2. ad l. falf. iuncta l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. act.

Iterum quæro, an vna Materia aurea siue argentea, pro alia vel aurea pro argentea, & Econtrà solui possit?

Breuiter dicendo, hoc de iure est expeditum, & liquet, quòd vna moneta pro alia possit in solutionem dari, dummodò recipiat functionem in genere suo. Ita Barto. & Ange. in d. l. Paulus. Bal. in l. 2. §. 1. ff. si cert. peta.

Adfer aliquid in exemplum.

Exempli gratia. Ego tibi ad tempus mutuo concessi grossos aliquot Marcarum Lubecensium, quos ipsi marckstuck appellant. Tu mihi vis reddere eiusdem ligæ grossos marcarum Hamburgensium, vel Lunæburgensium, certè poteris. Nam eadem materia est, & pondus idem, recipientia functionem in genere suo, l. 1. §. fi. & l. Titia. ff. de auro & arg. lega.

Quid si non reciperent inuicem functionem?

Tunc aliter iudicandum esset. Nam ego tibi mutuo dedi grossos argēteos, quos *Schreckenbergicos* vulgò vocant, tu mihi vis reddere monetam alterius ligæ areæ contaminatam, certè non poteris, nec creditor cogitur accipere, quia dicitur pati damnum & diminutionem matrimonij, d. l. Paulus. Attamen de consuetudine totius mundi seruatur, quòd diuersa pecunia in forma, & aurea pro argentea, & argentea pro aurea solui possit, quia ex generali consuetudine dicitur recipere functionem. ita gloss. in l. si quis argentum. C. de donat. Bartol. & Doct. in d. l. Paulus. Bald. in d. l. 2. Melius Barto. in l. libera. C. de senten. & interloc. Quod verum intelligitur, nisi creditor passurus esset aliquod damnum, d. l. Paulus. Putà, Si quispiam mutuum dedisset alicui aurum, & ipse crediter in longinquas partes iter esset facturus, non cogeretur argentum recipere, quia graue est & incommodum portatu, aut etiam fortè in illis partibus, ad quas creditor iter parat, incognitum. Vel si dedisset Ducatos, aut Vngaricos aureos, monetam notam & vsitatam illis locis, quo profecturus est, quis coget creditorem, vt in illa forma aurum receptet, fortè incognitum & non receptum apud illos, ad quos properat. Iacturam enim faceret & damnum pateretur, d. l. Paulus. & Lauden. in tractatu suo de hac eadem materia.

Porrò, Maritus quidam confitetur in Instrumento dotis, se recepisse florenos centum boni auri & iusti ponderis, quæro quomodo sint intelligenda illa verba?

Doctores volunt, quòd intelligatur de florenis ad computum solidorum triginta duorum pro floreno, l. numis. ff. de legat. 3. nisi adiiciantur instrumento hæc verba, & in auro, vt sic substantia significetur, & ipsa duplicata verba plus operentur, l. balista. ff. ad Trebellia. cum suis concordantijs. Sine dubio, illa verba boni auri intelliguntur de aureis, & non de florenis argenteis in moneta solidorum triginta duorum, & eò plus, si essent illa verba in quæstione apposita, boni auri & iusti ponderis, & per hoc est text. in l. 1. ibi. Iusti ponderis sint. C. de veter. numisma. potesta. libr. 11. c. quanto. cum gloss. & de iureiuran. & ita sequitur Lauden. hic. In hoc casu consuluerunt Doctores ferè omnes, quòd vbi in instrumento apponuntur illa verba, boni auri, rectæ ligæ, & iusti ponderis, quòd talia verba multum important, ita quòd non posset creditor cogi recipere monetam pro auro, per ea, quę

quæ notant Bar. Bald. & Ang. in l. lecta. & in d. l. Paulus. ff de solutio.

Quid ad hunc casum dices. Deposui seu mutuo erogaui centum libras in florenis, quid hæc verba implorabunt, ei quod tempus attendere oportet, contractus ne, an solutionis?

Omissis contrarietatibus & diuersitatibus Bartoli & aliorum, breuiter & succinctè respondeo, ex Decisione ipsius Bartoli, communiter approbata & recepta, in d. l. si quis stipulatus decem in mille, ff. de solut. vbi definit & côcludit, quòd si promittam cẽtum libras in florenis, quòd floreni erunt in obligatione. Si itaque in obligatione, ergò non inspicitur tempus solutionis, sed obligationis, l. vbi autem. §. qui sortem. ff. de verb. oblig. Bartoli tamẽ & aliorum contrarietates saluari possent, ne viderentur sibi contrarij, sed diuersi, id est, loquentes in diuersis casibus, scilicet, quòd in d. l. si quis stipulatus decẽ in mille, quæratur & decidatur, an floreni dicantur in obligatione, vel in facultate soluendi. Sed in d. l. Paulus, quæratur, an consideretur æstimatio tempore côtractus, vel solutionis. Et hæc diuersitas colligitur ex verbis Lauden. Hoc respondere volui, etsi difficilis est solutio.

Plerunque in Ciuitatibus diuersa sunt pecuniarum libræ, seu ipsa etiam diuersa pecunia, cuius ergo erit electio, debitoris an creditoris?

Angelus in l. fina. de veter. numisma. pot. libr. 11. decidit electionem esse debitoris, de qua pecunia soluere velit, nisi fortè contingeret creditorem pati damnum, & conditionem ipsius fieri deteriorem, argumen. d. l. Paulus. ff. de solution. Bartol. dicit, quòd in hoc casu debeamus considerare consuetudinem, & quid verisimilius videatur, l. numis. ff. de legatis tertio. gloss. ordina. & Doct. in l. semper in stipulationib. ff. de regu. iur. Et sic communiter Doct. iudicant.

Adhuc vnum. Instrumentum locationis habet conductorem obligatum esse quolibet anno ad soluendos centum florenos. Hic conductor seu Emphyteuta, per decem, quindecim, siue viginti annos, soluit singulis annis ad computum solidorum quadraginta, pro quolibet floreno. Deinde successu temporis idem ipse vult soluere florenos ad computum solidorum triginta duorum pro floreno, & dominus petit florenos aureos. Quid iuris est?

Respondetur: vbicunque dubium est, de qua pecunia senserint contrahentes, & nihil dixerint, quòd ista dubitatio tollitur, & declaratur per solutiones longo tempore præcedentes. Lauden. & Ange. in l. si certis annis. C. de pact. argum. l. cùm in rem verso. C. de vsu. Quia talis præsumitur in dubio pecunia in obligatiôe fuisse, qualis solutio secuta est, d. l. cùm de in rem verso. Felin. in c. cùm Bertoldus, ext. de re iudica. & de diuturna præstatione. de intellectu, d. l. cùm de in rem verso. Idẽ Felin. in c. cùm causam, extr. de præscript.

Finis Disputationis Monetarum Henrici Hornmanni.

DOMI-

DOMINI FRANCISCI DE ARETIO, CONSILIVM VNDECIMVM.

SVMMARIA.

1 *Contractus qui fit ad pondus, numerum, vel mensuram est imperfectus & conditionalis.*
2 *Tempus contractus an & quando sit inspiciendus, vel tempus solutionis. & nu 3.*
4 *Forensis in quibus differat à non forensi.*
5 *Forensis contrahens in vno loco, licèt ligetur statuto, quod ignorat tamen, si ex illo statuto enormiter lædatur, potest petere restitutionem aduersus dominum.*
6 *Vsus communis vtendi, quanto tempore præscribi debeat.*

PROCEDENDVM est breuiter in declaratione huius difficultatis, tum quia verborum prolixitas inimica est sapientibus, tum quia copiosè & subtiliter multa fuerunt dicta, per d. allegantem in hac causa, cuius allegationes redactas in scriptis vidimus.

1 † Et pro veritate permittendum est, quòd contractus qui fit ad pondus, numerum, vel mensuram, & maximè, quando precium statuitur in singulis mensuris, est imperfectus & conditionalis, vt dicit Iurisconsultus in l. sæpè. §. in his. ff. de contrahen. emptio. & tradit Barto. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. empt. & Bald. latiùs in l. sicut. C. eod. tit.

Et quia precium statuitur in singulis mensuris, non est dubium, licèt hoc non multum faciat ad rem nostram, quod tot sunt contractus, quot sunt mensuræ, & precio statuto per mensuras, quia diuersitas pretij inducit diuersitatem contractus, siue multiplicatio, vt l. cum eiusdem. ff. de ædil. edict. & probatur in l. si duas. ff. de contrahen. emptio. à contrariò sensu, & benè facit text. & quod ibi per Docto. in l. scire debemus. in princip. ff. de verb. oblig.

His præmissis videtur posse dici, vt dicit allegans, & valdè subtiliter. quod etiamsi deberet inspici tempus contractus, & non tempus solutionis, vt videtur sensisse Spe. in loco allegato per ipsum et Bal. Ipse referens. in l. illud. in fin. C. de sacrosanct. Eccle. idem sentit in l. acceptam. C. de vsur. tamen illa dicta essent intelligenda de contractu puro, non de contractu conditionali, quia quoad iuris effectũ contractus non dicitur propriè contractus pendente conditione, & similiter, nec alia dispositio, vnde dicit Bart. not. in l. Titio. in annos. ff. ad l. Falcid. & Bal. in l. annualibus. C. de leg.

Quòd si ex forma statuti de quolibet relicto annuo debet solui gabella, nõ debebit solui gabella de relicto pro annis sequentibus post primum, nisi in principio cuiuslibet anni, quia in vltimis voluntatibus relictum annuum pro annis sequentibus est conditionale. Inde etiam dicit Bald. not. in Authen. Eò decursum. in fin. C. de dona. ante nuptias, quia si ex forma statuti quælibet donatio, debet insinuari, non intelligitur de donatione, ex qua

qua transfertur ius post mortē, quia contractus non est purus intereà.

Sed contra ista multum facit, quia licèt in vltimis volūtatibus, in quibus conditio retrò non trahitur respectu legatorum inspiciatur tempus purificatæ conditionis, quoad ius quærendum, in contractibus, tamen in quibus conditio retrotrahitur, secùs, vt l. si filius. & ibi plenè per Barto. de quo verbo obligatio, & traditur in l. si vxorem. C. de condi. insert. & in l. quæ legata. ff. de reg. iur. vnde licèt cōtractus iste censeatur conditionalis, vt dicere videtur quoad ius quærendum, videlicet ex qua moneta debeat solui, inspiciatur initi contractus. & ideo per prædictas. l. dicit Bald. not. in l. 3. in fi. C. de nundi. quòd si ex forma statuti, & de contractu facto in nundinis non debet solui gabella. hoc habet locum etiam in contractu facto in nundinis sub conditione, cuius effectus post nundinas purificatur, & idem dicit Barto. in effectu. in l. sancimus. C. de Consulibus, l. 12. vbi voluit quòd si de contractu debet solui gabella ex dispositione statuti debebit solui gabella in continenti de contractu, ex quo differtur translatio iuris post mortem contrahentium.

Et est aduertēdum pro intellectu istius passus, quod quamuis venditio quæ fit ad mensuram, videatur fieri sub conditione potestatiua, videlicet si venditor mensus fuerit informaliter dicit text. in d. l. quod sæpè. & sic videretur etiam in contractibus inspicientibus tempus conditionis purificatæ. secundùm Bart. & Moder. in d. l. si filius.

Re tamen vera ista non est cōditio potestatiua, quia si esset potestatiua sequeretur quòd esset in potestate venditoris non mensurare, & sic non perficeret contractum si vellet, quod est ridiculum.

Et ideo alia via quam tetigit d. allegās
2 est verior & melior, videlicet quòd † si moneta non mutatur in bonitate intrinseca, sed solùm variatur valor extrinsecus, sine dubio non debet attendi tempus contractus, sed tempus solutionis, dummodò debitor non fuerit in mora, vt habet communis opinio, quam benè tetigit d. allegans. pro qua etiam facit quando dicit Bar. in d. l. Paulus. in fin. in vltimis verbis, dum voluit quòd si pecunia minuta est in obligatione, & pecunia grossior in facultate soluendi. Verbi gratia, quod ad viden dū quo valore debeat solui florenus iste, inspicitur tempus solutionis, per l. si stipulatus sim decem in melle. ff. eod. tit. & iste videtur propriè casus noster, quia sumus de solidis Ianuensibus, & sic de pecunia minuta, sed de consuetudine, vel voluntate creditoris, data fuit nobis facultas soluendi de moneta grossa, id est, in auro & in casu nostro augmentum valoris floreni prodest debitori. in casu autem posito per Bartol. in l. Paulus. in 2. q. videlicet quando debitor recepit florenos mutuo, & tenetur reddere florenos, deminutio cedit ad incommodum creditoris, augmētum verò cederet commodum.

Sed tamen in vtroque est eadem ratio. *Quia in his quæ debentur in genere ista est regula, quòd variatio valoris extrinseci inspicitur tempore solutionis, vt eadem res possit reddi in genere & debeat, non attenta mutatione valoris extrinseci, siue ista varietas tendat ad commodum debitoris, siue ad commodum creditoris,* vt patet in l. cùm quid, & in l. vinum. ff. si certum peta. & quòd debeat attendi tempus solutionis, etiam in solutione monetæ tenet Bartol. expressè. in d. l. cùm quid. in fin. & hanc opinionem ibi firmat Bal. multū diffusè, & plenius in quodam consilio suo, quod fecit in Ciuitate Asculi, vbi dixit, quòd si tempore dotis datæ marito in florenis, & florenus valebat certum quid, & tempore restitutionis dotis mutatus sit valor, debet attendi tempus solutionis, respectu valoris, quod consilium refert & sequitur Pet. de Ancha. in Clem. fin. de decimis, & hoc etiam in constitutione dotis tenet Barto. in l. res in dotem. ff. de iur. doti. & hæc est vera & communis opinio, & in hoc non erat necesse scribere, q̄a benè satis et sufficienter istud fuerat declaratum per d. allegantem.

Sed dubium difficilius in ista materia facit statutum vel decretum sensuũ, quòd fuit factũ de anno 1447. & posteà bis confirmatum in anno 1451. quo cauetur in effectu quòd solutiones debeant fieri de bona moneta,& quòd florenus nõ possit solui,nisi ad rationem solidorũ 47.vnde cùm contractus fuerit posteà factus de 1442.videtur quòd debeat intelligi facta solutio de floreno secundùm formam statuti, nec potuerit solui ad aliud computum, quia contrahentes in dubio astringuntur statuto loci,in quo fit contractus,vt benè dicit,d.allegans arguẽdo pro parte aduersa.

Sed responsiones seu ad istud statutum non videntur sufficere, quia licèt contrahens forensis ignoret statutum in specie, satis est tamẽ quòd potuit cogitare in genere aliqua statuta, etiam in loco vnde licèt in delictis fiat differentia in aliquibus casibus inter forensem & non forensem. In contractibus tamen non fit ista differentia, vt patet ex not.in d.l.1. de summa Trinitá.& fide Catho. Sicut enim in delictis ille qui committit aliquid prohibitum de iure communi ligatur pœna statuti,quòd ignorat, quia satis est quòd statuerit aliquo modo se obligari, secundùm Bald. in loco præallegato.

Ita in contractibus, quia contrahens in in contractu scit se ligari,licèt non credat tamen se obligari, quia ignorat statutum, in statuto loci obligabitur.

Nec videtur esse sufficiens secunda responsio, quòd istud statutum per consuetudinem sit sublatum, vel non receptum, quia istud potest dici, si consuetudo haberet essentialia sua, id est, fuisset præscripta spacio decem annorum, quod spacium ad minus requiritur,secundùm omnes, vt plenè traditur.in l.de quibus.ff.de legi.& in c.fina.de consue.& hoc est quod fecit me multum dubitare in ista materia,quia etiam quandò lex non recipitur à principio, ad hoc vt tollatur lex, requiritur cursus decem annorum cum consuetudine,vt tradit Io.Cal. & sequitur Anto. de But.in c.1.de treu.& pace,& colligitur ex his quæ no.Io.And. super rubr.de consue.& ista multum vrgent prima facie.

Sed tamen his non obstantibus omnib* rectè pensatis contrarium dico verius esse in casu nostro, primò quidem, quia vt ait Innoc.not.in rubr. de consue.& sequitur ibi Ant.de But.et Io.de Imo.& plenius ponit Idem Anto.in c.2.in penul. char. de constit.licèt forensis† contrahens in loco ligetur statuto quod ignorat,si tamẽ ex illo statuto enormiter læditur, & statutum illud probabiliter ignorauit, potest petere restitutionẽ aduersus damnũ quod incurrit,ex clausula generali,si qua mihi iusta causa esse videbitur, quod dictũ maxima est rationabile, & verũ in casu nostro, in quo emptor ignorabat statutum,& venditor sciebat, vnde quodãmodò videtur decepisse emptorẽ.ignorauit autem emptor probabiliter statutum,tum quia forensis,& nõ consuetus in loco, tum quia contrarium obseruabatur per omnes in solutione monetæ, in dicto loco quòd solùm recusaret iustã causam credulitatis & errores, quia cõsuetudo etiã nullam tribuit iustam causam ignorãtiæ secundùm gl.in c.cùm venerabilis.de consuet. facit quod no.4.di.c. denique. in gl.& est bonus text. in c.2.de temp.ord.& no.Bald.in l.de quibus.in 5.char.ff.de legi. 5

Vnde patet ex præmissis, quòd ex quo princeps videtur si florenus deberet sibi computari 42.solid. læderetur, enormiter posset petere restitui aduersus cõtractum et damnum incursum,dato etiam quòd ligaretur statuto prædicto, sed ostẽditur ex secundo capite clarior,quòd istud statutũ non ligabit nos tempore contractus, nec est attendendum, quia vt ait not. D.Card. Flor.in c.1.de treuga & pace.et ibi eum sequitur D.Ioan. Imol. & D. Abb. Modern. quandò statutum fit à superiore, & non recipitur à subditis, immò seruatur contrarium,& hoc hic sciente & patiente superiore qui facit statutum ad tollendum tale statutũ,quòd nõ liget, nec requiritur consuetudo præscripta per decem annos, sed sufficit simpliciter vsus contractus alleg.text.4.dist.§.1.q. optimè facit. & quod no.in c.cùm olim.de cler.cõiug. & 2.dist.

c.de

c.de libellis, in gl. hanc sententiam tenet clarè Ant.de But.quem ipsi nō allegant,in c.quia circa. de cōsan.& affi.vbi dicit not. ad propositum,quòd quandò lex non recipitur ab omnibus sciente superiore talis lex non ligat, quia superior videtur eam tacitè tollere, ex quo scit contrarium obseruari & patitur, & idem credit vbi Do. Abb.Moder.si lex recipiatur à minori parte nō obseruetur autem à maiori.alle.not. per Io.And.in c.fi.de cōsuet.quod dictum est æquissimum in hoc casu, quia non debet esse in potestate minoris partis, Illud quòd induceret maiorem partem ad peccatū, quòd incurreretur per transgressionem legis, vel etiam aliquam aliam allegationem. Et quandò D.Andr.dicit,quòd lex quæ non recipitur ab omnibus non ligat sciente & parte superiore, satis ostendit, quod ad inducandum hunc effectum, non requiritur cursus decem annorum, quia si priusquàm tolleretur lex,requireretur talis cursus,tunc lex intereà ligaret. & potiùs deberet dici, quòd tolleretur vinculum quàm quòd non ligaret.

Ex his infertur modò ad propositum, ex quo leges istæ nunquàm fuerunt receptæ in obseruantiam. Sed non obstantibus ipsis semper fuit facta solutio de moneta currente, sciente & patiente superiore, qui cùm esset in ciuitate, non potuit ignorare consuetudinem notoriam, vt in c.1.de postulat.prælat. & in c.cùm in tua. qui mal.accus.poss. & l. sed si pupillus.§. præscribere.ff.de institoria.istæ leges nullum habuerunt effectum, nec debent attendi. & ista sufficerent pro iustitia nostra.

Sed tamen ex superabundanti dicimus tertio loco, quòd ex quo communis obseruantia tempore contractus erat contra l.contrahentes, videntur tacitè ita pepigisse,quia ita erat consuetum, quòd solutio fieret de moneta currenti, quamuis consuetudo adhuc non constet præscripta., & sic non transisset in formam consuetudinis,quæ posset tollere legem,quia ex quo solutio sic communiter fieri consueuit, partes videntur subintellexisse in contractu venire, quod erat consuetum,vt l.final.C.de fideiussor.& l.si prius. §.penul.& ibi per Bart.ff.de aqua plu. arcen. vbi allegat multas alias concordantias.

Et est vera ista conclusio etiam si sit obseruantia nondum præscripta, spacio decem annorum,ita tenet Nico.det Mat.all. Doct. & refert & sequitur Ant.de Butr.in c.fin.in 10.char.de consuet. circa princip. pe.col.in meo. Pro hac non facit optimè quod eleganter tradit Bal.in l.binos,vers. fin.C.de aduo.di.iu.vbi dicit,quòd si superior deputat officialem cum salario consueto, videtur habitus respectus ad vltimam consuetudinem & obseruantiam,licèt illa non durauerit longo tempore, & præcessisset contraria cōsuetudo præscripta longo tempore.

Facit optimè pro ista conclus. tex.secundùm vnam lect.gl.in l.de dote.in priu. ff.qui satisda.cog. vbi dicit,quòd si partes non conue. de die ponere in stipu. iudex non tenetur sequi consuetudinem & Obseruantiam, sed potest apponere tempus arbitrio suo, si tamē ista stipulatio sit simpliciter interposita sine die, dies consueta apponi videtur esse subintellecta,quę distinctio non potest habere locum, nisi in consuetudine non præscripta,quia si consuetudo esset præscripta, haberet vim legis,& iudex teneretur eam sequi,& secundùm hunc intellectū, est ibi casus pro ista conclu. quòd obseruantia est vsus nō prescript.videtur tacitè subintelligi in pact. contrahentium.

Non obstat quod no.glo.& Bar.posteà in l.Labeo. ff.de sup.leg. vbi expressè vult quòd cōmunis vsus vten.debeat esse præscriptio spacio decem annorum, & dum alle.l.prædictam. & quasdam alias leges, quæ dicunt, quòd pacta consueta apponi subaudiuntur,in contractu Exempli si.cōmunem vsum vten. in dictis legibus satis videtur sentire, quod pactum consuetum apponi non venit in contractu tacitè, nisi vsus sit præscript. spacio decē annorum, quia ad illam doctrinam respondetur,

detur quòd fortè posset procedere, quamuis hoc nō determinent pro nunc, vbi obseruantia esset contraria, legi vel statuto, & partes contrahentes hoc scirent, quo casu posset dici quod, ex quo, l. vel statuto adhuc non erat sublatum, partes viderentur habuisse magnum respectum ad statutum, quàm ad obseruantiam adhuc non validam.

Sed quando ambæ partes probabiliter ignorarent statutū, vel etiā altera ipsorum, vt fiunt in casu nostro, tunc probabiliter potest dici, quod dicunt prædicti Doct. quòd partes ignorantes statutum. et scientes obseruantiam, secundùm illam videantur contraxisse, quia nemo potuit cogitare de eo, quod ignorat, l. mater. ff. de inoffic. testam. & not. in l. Clodianus. ff. de acquiren. hæred. cum multis alijs similibus.


Si enim diceremus in casu nostro, quòd venditores salis qui sciebant statutū, viderentur sensisse de moneta, de qua in statuto fieret interpretatio, ex quo contractus redderetur inutilis, quia cùm emptor ignoraret statutum, & sciret consuetudinē, non viderentur concessisse in eundem valorem monetæ, & sic pactio redderetur inutilis, ergo ista interpretatio non est assumenda, sed illa per quam contractus valeat, secundùm gloss. in l. semper in stipulatio. ff. de regu. iur. & plenè tradit Bar. in l. veteribus. ff. de pact. videntur enim habuisse potestatem Officiales sancti Georgij facien. vt reciperet florenum ad monetam currentem, quia procurator habet potestatem appo. in instru. clausulas consuetas, vt est casus, & ibi Ange. in l. benè. à Zenone. C. de qua præscrip. & l. si pignore. §. si creditor. ff. de pign. ac. & benè facit text. in l. vel vniuersorum. ff. eod. Et hoc maximè est verū in casu nostro, quia vt suprà est probatum dicta statuta non ligant, nec sunt in obseruantia.

Finis Consilij Aretini XI.

Addidit R. Budel. R. I. C.

Ex hoc Consilio D. Lector consequitur, communem sentētiam esse, quam nos posuimus in Conclus. 2. maxima, cap. 2. libro 1. Videlicet si Moneta mutata sit non in bonitate intrinseca, sed solùm extrinseca, tunc non tempus contractus, sed solutionis tantummodò attendendum esse, quod egregiè hic comprobatur. Adhuc præter alia quæ pulcherrimè hic habentur, deciditur, non tam illam æstimationem, quæ legibus vel statuto est præfinita, quàm quæ vsu atque consuetudine in contrarium est recepta, præualere ac præponderare, vbi de principis ac Superioritatis patiētia ac tolerantia, &c. de quibus nos copiosiùs librō primo, cap. 16. & Quæst. Monet. cap. 20. quo te remittimus, egimus.

DOMINI.



DOMINI FRANCISCI DE ARETIO, CONSILIVM CXII.

SVMMARIA.

1 *Solutio facta per 30 annos in minori æstimatione, quam fuit tempore obligationis, illa attenditur præscriptio*

2 *Præstatio quæ fit pro pensione rei singulis annis, non multiplicat obligationes.*

CONsideratis diligenter, quæ in puncto deducuntur, videtur prima fronte dicendum, quod solutio dictæ pensionis debeat fieri ad æstimationem floreni, quæ currebat tempore contractus locationis, vnde si florenus posteà fuisset diminutus, damnum videretur pertinere ad debitorem, si verò fuisset auctus, sicut præsupponitur in casu nostro, debetur solui nihilominus ad æstimationem, quæ currebat tempore cõtractus. Ita videtur probari in c. olim, & in c.cum canonicis, de censi. & per Doct. in contrarium videtur, quod illa iura intelliguntur communiter, quoniam est secundum augmentum vel diminutio monetæ in forma, vel in materia, & sic in bonitate intrinseca. Sed quando fit narratio temporalis in precio pecuniæ duntaxat, sicut quando florenus valet plus & minus, & secundùm tempora, tunc sicut diminutio æstimationis prodest debitori, ita est econtrariò, si æstimatio augetur, debet prodesse creditori, vt secundùm quod florenus currit, & valet tempore solutionis, ita debeat fieri solutio, ita dicit Cyn. & Iacob. de Aret. in l. in minorum, C. in quib. cauf. in integr. resti. non est necess. & tenet Ant. de Butr. & Abb. moder. in c. quanto, de iureiuran. & ita in terminis consuluit Bald. in ciuitate Asculi, quem refert & sequitur Pet. de Ancha. in Clem. fin. de deci. vbi dixit, quod si tempore dotis datæ florenus valebat tres libras cum dimidio, & tẽpore solutionis quatuor, & solidos decẽ, non potest soluere precium & æstimationem floreni qui currebat tempore contractus, sed tenetur soluere ipsum florenum qui nunc plus valet, & sic redit in vtilitatem creditoris. idem videtur, si esset consuetudo, quod alia pecunia pro floreno currenti solui posset, sicut est in casu nostro, nam tunc ipsa pecunia esset soluenda secundùm quod valet florenus nunc, quia ex quo illa soluitur pro floreno nunc currenti, est par, idem ac si florenus ipse solueretur, vt ait Innoc. in c. olim, de censi. & benè facit l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testam. cum ibi notatis. nam si solueretur minus, tunc non videretur solui florenus nũc currens, sed alius, & tamen ille solui debet, vt consuluit Bald. vt suprà dixi, facit quod non, Specul. & Ioan. Andr. in titu. de solu. §. nunc aliqua, versic. sed pone, vbi multa ponuntur, de man. & quod not. Bart. in l. Paulus, ff. de solu.

Pro veritate huius puncti est præmittendum, quod si fuisset expressè contentum in instrumento inter partes, quod florenus deberet solui in eadem æstimatione, quæ erat tempore contractus, vtique standum esset conuentioni, l. pen. §. si mancipia, ff. solut. matr. & Bart. in fi. in l. Paul. §. fin. ff. de solut.

Secundò est præmittendum, quod si ille qui debet soluere in pecunia maioris æstimationis, vel aliam pecuniam quæ minus valeat, vt hoc fiat per 30. annos contra priuatum, contra Ecclesiam verò per annos 40. currit præscriptio, vt est casus in c. olim, de censib. Requiritur tamen, quod ille qui soluit minorem monetam pro maiori, vel partem debiti pro toto sit in bo- 1

na fide,vt ait Hostien.& communiter Doctor.in d.c.olim. Requiritur etiam, quod ille qui recipit minorem quantitatem pro maiori quantitate, credat sibi maiorem quantitatem non deberi. nam aliàs per receptionem partis conseruaret sibi ius petitionis in toto.& nulla curreret contra eum præscriptio,vt l.is qui,ff.quib.mod.vsusfruct.amitt. & tenet gloss. in l.cum notissimi,§.in his,C.de præscript. 30. annor. ita determinauit Dyn.& Bartol. post eum in l.si prius.in princip. ff.de aqua pluuia. arcend.Ex quorum dictis declaratur quæstio.& quod not.Ioan.Andr. in regula iuris,plus semper,de regul.iur. in 6. in mercur.& Specul.in tit.de locato. §. nunc aliqua.in versi.42.& de præscr.§.1.vers.quod si tantum deberem,

His breuiter præmissis descendo nunc ad terminationẽ quæstionis,& dico,quod cũ isti de quibus fit mentio in puncto soluerint pensionem per 30.annos, ad rationem librarum trium,& solidorum 18. pro floreno,& ita creditor receperit, videtur præscripsisse, vt etiam si florenus nũc plus valeat, tamen ad aliam rationem non tenentur soluere,si fuerit in bona fide, quæ bona fides in præscriptione longissimi tẽporis præsumitur, nisi per aliam coniecturam appareat de mala,vt ait Bart.not.in l. fin.C.vnde vi,& Anton.de Butrig.in c.sæpè,de restitut.spol.& tenet Abb.modern. in c.si diligenti,de præscrip.potuit autem hic cadere error iustus,quia soluentes ignorauerunt cursum floreni post tempus contractus fuisse mutatum, quia error in facto alieno præsumitur, nisi diceretur error,vel aliquod,per quod præsumpta ignorantia excluderetur, vt l. 1. §. 1. ff.pro suo,& not.gloss. in l. si quis delegauerit, ff.de nouatio.& in l.si res,de lega.1. & per Bart.in l. non fatetur, ff. de confess. & ex parte istorum factum potuit esse, & præsumitur bona fides,quia succurrunt in ius & locum defuncti, vnde probabiliter potuerunt credere libris patris eorum,secũdùm Bart.in l.Celsus,ff.de vsuca.& Bal.in l.indicia,C.de rei vend.vnde concluditur quod virtute præscriptionis videtur indu ctũ,quod isti ad solutionem maioris summæ non teneantur, si per dictos 30. annos, quibus isti soluerunt hanc summam, florenus valuerit plus, incipit autem currere ista præscriptio à tempore quo debuit fieri solutio de floreno maioris valoris, & non est facta,vt ait glo.& Dd.in l. cum notissimi.§.in his,prælleg. & quamuis istæ sint plures præscriptiones pro singulis annis etiam non vnica obligatio, vnde vno spatio 30.annor.præscripta tam pro præterito,quàm pro futuro tempore,vt not.Dd. in d.§.in his,& Barto. in l.de pupillo, §.si pluribus.ff.de noui oper.nunc.& latè ponit Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua,vers. 41.& est casus.& ibi per Bar. in l.plures saporis,C.de fid.instrum.

Præstatio enim quæ fit pro pensione rei singulis annis,† non multiplicat obligationes regulariter,maximè si locatio sit perpetua,vt est ista,vt ait Bart.in l.seruus.§.fi. ff.de stip.ser.& per illum text. not. omnes moder.in l.Stichum.§.stipulatio.ff.de verbo.obli.Quinimò cum domina pia quodã saldo facto de anno domini 1420. confitea tur qui pro 13.annis debuit recipere flore. ad rationem trium librarum,& solido.18. vtique ista confessio sibi præiudicat,& suis successoribus etiam singularibus.Et eodem modò præiudicat si libris suis apparet,vel in istorum debitorum, qualiter ipsa recepit pro pensione integra vel tota, vnius anni summam prædictam, ex quo per formam statutorum debet dari plena fides libris mercatorum,& pro se,& contra se, vt obseruatur Senis, nisi ergo allegaretur error, & probaretur præsumptiuè & probando rẽ aliter se habere, vt tradit Bart.in l.error,in fin. C. de iur. & facti ign.in l.non fatetur,de confess.staret confessio pro annis præteritis,quæ præiudicaret ipso confitenti,& probatur in l. publi. ff.depo si.& in l.cum in debito, §.fina.ff.de proba.&etiam successori habenti causam ab ea,de successore vniuersali,id est,hærede,non est dubium.vt l.rationes, & auth. quod obtinet,C.de probat.& l. & cũ quis decedens,§.codicillis,de leg.3. De successore etiam singulari est verissimum, quia sicut

sicut examinati, contra auctorem nocent successori, si prius sint examinati, & postteà facta translatio iuris in successorem, iuxtà ea quæ not. Bart. in l. si mater. §. fin. ff. de excep. rei iudic. ita etiam confessio prædicat, vt Signo. & latè disputat Ioan. And. referendo consilium Dyn. in titu. de teste, §. nunc tractandum, iuxtà fin. in vl. colum. & benè facit, quod not. Ioan. in c. causam quæ, el. 1. de testib. & est aduertendum, qd' quamuis probaretur cursum florenorum fuisse variatum, & creuisse post contractũ, & sic probaretur, quod debitores isti plus soluere debuerint, quam soluerint, tamen nisi per istos qui nunc agunt, allegaretur error confessionis sui auctoris, staretur adhuc confessioni supradictæ in eorum præiudicium, quia tunc præsumptiuè probatur error, quando ostenditur rem aliter se habere, & allegatur fuisse erratum, vt dicit text. singula. quem ibi ponderat Bartolus ad hoc in l. si adulterium cum incestu, §. idem pollioni, ff. de adulter. & ita concludo.

IOANNIS ANTONII RVBAEI
ALEXANDRINI IVRISCONS.
CONSILIVM CXLVIII.

Hoc deducit atque probat Rubæus in hoc consi. In mutatione valoris intrinseci Monetarum, tempus contractus inspiciendum esse, & non solutionis.

SVMMARIA.

1 *Vendens rem cum pacto reemendi, an tempore redemptionis satisfaciat reddendo pecuniam minoris ligæ, quam erat tempore venditionis vsu à tempore mutato.*

2 *Monetæ bonitas consideratur respectu vsus non autem materiæ.*

3 *Solutioni vbi dies est adiecta, debet inspici tempus, in quod est collata solutio.*

4 *Bonitas monetæ mutata intrinsecus, habebetur respectus ad tempus contractus.*

5 *Contrahentes non videntur de alio tempore, quàm contractus cogitasse.*

6 *Contractus tempus inspiciendum, probatur auctoritate consilij Collegij Papiensis.*

7 *Solutio pecuniæ in futurum facienda, an sit facienda respectu temporis contractus, aut respectu temporis solutionis.*

8 *Solutio vel est fienda de scutis, qui currebant tempore contractus celebrati, vel de scutis qui nunc fiunt, habito respectu ad æstimationem antiquorum scutorum.*



ISO instrumento venditionis factæ per nobilem Dominum Ludouicum de Caligarijs, spectabili domino Iacobo de Gronis, de iugeribus ducentum terræ, precio scutorum duorum millium auri solis, cum pacto, quod liceret dicto venditori reemere dicta prædia infrà annos quindecim, quod tempus fuit etiam ex post prorogatum per sex annos.

Dubitatur, an † liceat dicto venditori soluere de scutis solis currentibus nunc, quæ pro veritate non sunt illius ligæ & preciositatis, cuius erant scuti qui fiebant tempore contractus, quia tunc fortè fiebant in liga viginti tres characterum, nunc autem non fiunt scuti ita preciosioris ligæ, & sic est variata bonitas intrinseca ipsorum scutorum, & videretur ex aliquibus capitibus dicendum, quod posset solui de scutis, qui quidem sunt in vsu in præsentiarum, vt probari videtur in clem. 1

secun-

secunda, de decimis. vbi gloss. & in c. 2. in fin. de maledic. vbi dicitur, quod satis est, quod fiat solutio de moneta vsuali, quia vt dicit Zabarel. in Clement. si beneficiorum, in decima tertia quæstione, de decimis, bonitas monetæ consideratur respectu vsus, non autem materiæ, facit textus in l. Imperatores, ff. de contrahend. emptio.

2 Secundò facit pro ista opinione, quia videtur † quod de generali consuetudine. vbi scuti vel Ducati sunt in obligatione, quod possit solui de illis scutis vel Ducatis, qui communiter expenduntur tempore solutionis, & istam esse generalem consuetudinem, attestatur Ioannes de Platea, in l. 1. C. de argenti pretio, lib. 10. & ista cõsuetudo est obseruanda, d. l. Imperatores, ff. de contrahend. emptio. & tradit Baldus in l. si quis argentum, in princip. columnn. penultim. C. de appellationib. & idem Baldus in consi. 423. volumi. 2. & Aretinus in cons. 11.

3 Tertiò facit, † quia dictus dominus Ludouicus de Caligarijs adhuc prorogauit tempus recantandi per tres annos, quo casu videtur attendi tempus quo fuit factus contractus reuenditionis, seu reati, sicuti in simili arguit Martinus Laudensis in l. cum quid, ff. si certum petatur. vbi dicit, quod vbi dies est adiecta solutioni, debet inspici tempus, in quod est collata solutio: quod dictum sequitur Corn. Perusin. in consi. 109. post princip. volum. 4. allegat text. in l. contraxisse, ff. de actionib. & obligatio. sed est melior text. in l. quoties in diem, de verb. obl.

4 Præmissis tamen non obstantibus, ego dico, quod † si est variata bonitas intrinseca scutorum, prout verè est variata, quia hodiernis temporibus scuti fiunt de viliori liga, quam fierent tempore celebrati contractus prædicti, attento quod nunc in scutis submittitur quarta pars æris vel argenti, & sic fiunt ad decem & octo characteres, ad instar florenorum Alemaniæ, vt mihi renunciatum fuit ab expertis, procul dubio debet solui de scutis qui currebant tempore prædicti contractus, vel de scutis qui nunc fiunt, habito respectu ad æstimationem antiquorum scutorum, vt concludunt communiter scribentes post Bartol. ibi, circa finem commertij, in dicta l. cum quid, ff. si certum petatur, & Canonistæ communiter in dicto c. quanto, de iureiurand. Butrium, & Abbatem, & hæc est communis opinio, vt inquit Corne. Perusinus in consilio 131. columna vltima, volumine tertio, & ita tenent communiter Legistæ & Canonistæ, secundum Soci. in cons. 298.

Ratio est, † quia partes videntur sensisse, quod debeat fieri solutio de scutis, qui currebant secundùm tempus contractus, seu obligationis formatæ, & propter istam rationem ista communis conclusio procedit etiam in contractibus sub venditione factis, vt tradit Aretinus in dicto consil. 11. incipiente, procedendum est breuiter, in prima & secunda columna, nam licèt in contractu conditionali suspendatur effectus obligationis, tamen mens contrahentium est certa, quæ inspicitur secundùm tempus contractus, & idem tenuit Martinus de Laude in tractatu Monetarum, in 15. quæstione, in fin. & Socinus in consil. 7. incipiente, prædicta consultatio, & ex hoc patet, quod non est vera opinio prædicti Martini, in dicta l. cum quid, & quia mens disponentis videtur referri ad tempus dispositionis, etiam in obligatione annua, solutio refertur ad originem ipsius obligationis, & inde sumit certam vniformẽ, & inuariabilem formam, secundùm Bald. in d. c. quanto. 5

Si ergo ista conclusio procedit in contractu conditionali, & in obligatione annua, vt latè etiam declarant moderni Alfõses in tract. monetarum, in versicu. 7. prædicta consultatio procedit. post Collegium Papiense in consilio edito in causa communitatis casalis contra Illustrissimum Marchionem Mõtisferrati, certè idẽ vide- 6

videtur dicendum in casu nostro, quod contrahentes licet fecerint pactum de retro vendendo habuerunt respectum ad scutatos aureos, qui currebant tempore celebrati contractus, nec prorogatio temporis debet obesse ipsi emptori qui prorogauit tempus recatandi per sex annos, & qui grauatur, in hoc quod res dicitur minus valere propter illud onus retrouenditionis vt Abbas dicit in c. in aliquibus in secundo notabili de decimis. & Soci. in consi. 148. col. fin. & Decius in consil. 147. col. 2. non debet ergo grauari in alio quod possit eidē solutio fieri de scutis qui nunc fiunt magis fere contaminati quam
7 hactenus fuerint.

Non † obstant modo adducta in oppositum, quia respōdetur primo ad id quod dictum fuit, quòd debet fieri solutio de moneta vsuali, quia e istud est verum habito respectu ad tempus contractus non autem ad tempus solutionis. ita respondet Corn. Peru. in d. consil. 181. colum. 27. ver. nec obstat. ibi etiam respondet alio modo, vt per eum non obstat id quod dixi de generali consuetudine solent solui scuti prout currunt tempore solutionis, quare respondetur, quod de ista generali consuetudine non constat, Non obstat, id quod dicit Martin. de Laud. in d. l. cum quid, quare communis opinio est in contrarium vt supra dixi.

8 Ex † præmissis igitur concludo quod solutio debet fieri de scutis qui currebāt tempore celebrati contractus, vel de scutis qui nunc fiunt habito respectu ad æstimationem antiquorum scutorum, & ita pronuntiandum videtur per Dominos Arbitros quibus hæc causa est commissa.

LVDOVICI ROMANI CONSILIVM CXXIII.

SVMMARIA.

1 *Pecunia soluenda ex constitutione aliqua, an inspici debeat tempus conditæ constitutionis, & secundum æstimationem pecuniæ, quæ illo tempore currebat, an verò tempus solutionis fiendæ, adeo vt de pecunia tunc communiter currente solutio fiat: si post constitutionem pecunia sit mutata augmentatiuè siue diminutiuè. nu. 2.*

3 *Minor aduersus longissimi temporis præscriptionem restituitur.*

4 *Regulæ standum est in dubio, vbi non reperitur specialis exceptio.*

5 *Restitutio an detur Monasterio post quadriennium ad restitutionem datum.*

6 *Restitutio datur Ecclesiæ contra contractus, ex quibus enormis læsio resultat. Item contra sententias iudiciales, aut arbitrales. nu. 7.*

8 *Solutum plus debito ignoranter tanquam indebitum omni iure repeti potest.*

9 *Restitutio quid sit.*



CIRCA primum dubium quo quæritur an de Iure communi. Interueniente mutatione, & deterioratione monetę Turonen. possit Abb. sancti Anthonij & suum monasterium liberari soluendo de pecunia noua Turo. communiter nunc currente, vel alia loco illius surrogata: licèt in bonitate intrinseca deteriorata. Aduertendum quod hæc materia mutationis monetæ varijs locis tractata reperitur. Et primo per Spec. in tit. de oblig. & solu. §. nunc aliqua, & ibi per Ioan. Andr. in additio. & per canonistas in c. 2. extrà de malè. & in c. quanto. extrà de iureiur. & in cle. 2. de dec. & per Old. in tribus suis consilijs inferius allegandis per Cyn. in l. in minorū. C. in qui cau. in inte. rest. nō est necef. per Bart. ff. si cer. pet. l. cū quid & l. quod te mihi. ff. de sol. l. Pau. per Bal. in l. acceptā. C. de vsu. in l. 2. C. cōmunia. de leg. & in l. illud. C. de sacrosf. eccle.

Quantum autem ad casum propositum, considerandum est quod dicta quantitas

pecuniæ debetur per Abbatem S. Anton. ex lege quadam seu constitutione Bonifacij, qua ex re videndum est, an & quando pecunia soluenda venit ex constitutione aliqua inspici debeat tempus conditæ cõstitutionis, & secũdum æstimationem pecuniæ quæ illo tempore currebat solutio fiat. an vero tempus solutionis fiendæ, ad eo vt de pecunia tunc communiter currẽte, solutio fiat siue post cõstitutionem pecunia sit mutata, augmentatiuè vel diminutiuè.

In quo prima fronte dicendũ videtur, inspici debere tempus conditæ constitutionis. Hoc autem probatur sumpto argumento ab æquiparatiõne, quòd in iure ꝓbabile est. Aut enim cõstitutionem æquiparamus testamento, & tunc quemadmodum quando pecunia ex testamento soluẽda est, cõsiderari debet, cõtingente mutatione in eius solut. tempus testamenti, per l. vxor. §. ex testa. de leg. 3. & l. Aurelius. §. testamento de lib. leg. & expressim termin. Old. in cons. 31. ita & quando soluenda venit ex constitutione.

Hoc autem & secundò probatur, & si æquiparemus constitutionem ipsam sententiæ, cũ & hæc æquiparatio probabilis videatur. ff. de manum. l. seruis hac cum, & tunc quando ex sententia solutio fieri debet, cõsiderari debet, mutata pecunia ipsius sententiæ tempus, non solutionis, & idem Old. terminat æquiparando sententiam testamento, in consil. suo 13.

Tertio idem hoc principaliter probatur, facta æquiparatione contractus ad cõstitutionem. Cùm enim ex contractu pecunia debetur semper tacitè actũ intelligitur, vt in eadẽ bonitate intrinseca, aut æstimatione pecunia detur quæ erat tempore obligatiõis contractæ. ff. si cer. pet. l. cum quid. ff. de noua. l. fund. Cornel. cum simil. Hæc autem procedunt si dicat hanc pecuniam deberi, vt ex constitutiõe. Sin autẽ dicamus deberi vt ex rescripto quodã, aut præcepto tũc in terminis propositæ quæst. decidit Old. in cons. 268. attendi debere tempus præcepti, aut ordinatiõis papalis: non autẽ solutiõis fiendæ, primò arguendo de testa. ad rescriptum secundo per text. in d. c. cum canon. & d. c. olim. de cens.

Præmissis tamen nõ refragantibus cõtrarium puto verius, vt scilicèt dicamus hanc ordinatiõem Bonifacij vim cõstitutiõis obtenere sine nudi præcepti cõtingente, mutatiõe pecuniæ solui debeat, habito respectu ad tẽpus solutiõis, nõ autẽ ordinationis. Hoc autẽ si velimus tenere præmissã ordinationem vim cõstitutiõis habere, probatur quia licèt Bar. dubitaueriat. in l. suus quoq;. §. sed si filio. ff. de hær. inst. an statuta æquiparẽtur cõtractui vel vltim. volunt. attamen ipse idem in l. 1. in pe. quæ. ff. de regu. Catonia. sensisse videtur æquiparare debere vltimæ voluntati quod expresse firmat. Do. Bal. in c. 1. in gl. super ver. nos Romanor. de pac. const. 10. col. allegando Anto. in c. quia cunctis de concess. præben. & quæ no. Pe. Cyn. C. cõmunia de legat. l. fi. & idem etiam expresse firmauit in l. quoties. C. de fideicom. in sec. antiqua, quicquid idem dixerit in l. 1. ff. si cer. pet.

Si ergo ex præmissa authoritate vera est hæc sententia, constitutionem vltimæ voluntati æquiparari, non autem contractui, consequenter resultat hæc decisio;. quod quemadmodum quãdo pecunia, ex vltima voluntate debetur, fienda est solutio, habito respectu ad tempus, quo solutio fit, nõ autem ad tempus testamenti, vt est casus multum notabil. ff. de aur. & argent. leg. l. cum certum in vers. precium præsentis temporis. Licèt contrarium suprè tenuerit. Oldr. & malè non memor. illius legis, ita & dicendum erat, quando ex ipsa constitutione pecunia deberetur.

Secunda principaliter ista in terminis nostris est decisio Specu. ad literam in d. tit. de obl. & sol. §. nunc aliqua, ad fi. & eã sequitur Bal. in d. l. illud in fin. C. communia, de leg. & Moderni, in d. c. quanto. extrà de iureiur. Huius autem duplex assignatur ratio. Prima, quia constitutio ipsa continuè loquitur. C. de hære. l. Arriani. vnde cõtingente mutatione pecuniæ post

post eadem de illa & ipsa constitutio loqui intelligitur. Secunda quia mutata pecunia, intelligitur ad nouam mutationē, mutata constitutio. C. qui admit. l. pen. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. 1. cum simili.

Tertiò ista decisio probari videtur, ex text. in d. c. 2. extrà de mal. & in d. c. olim extrà de iniur.

Sin autem dicamus hāc ordinationem non vim constitutionis, sed meri praecepti obtinere, & tunc licèt Old. dixerit attendi debere tempus ordinatiōis, primo per text. in clement. 2. de deci vbi hoc expressè dicitur secundum intellectū Pau. de Eleaza. secundò quia statutum & praescriptum aequiparātur, vt rectè intuenti, not. Iun. de rescrip. c. causam quae, & videtur sentire gl. in l. si procurat. §. & si ignorantes, in ver. igitur, ff. manda.

Sed quādo pecunia ex statuto debetur, tempus solutionis cōsideratur, ergo. &c. quando ex rescripto, idem dicendum est. Non obst. iura Old. in d. consi. allegata in l. vxorem, §. testamenta, & d. l. cum quid, quoniam ille. §. testamenta, nihil facit vt ex se. patet, lex autem cum quid, loquitur quando pecunia debetur ex contractu, nos autem quando ex rescripto, qui non modo contractui aequiparatur, sed & vltimae voluntati per suprà dicta, quibus duobus casibus tempus solutionis, cōsideratur non autem ordinationis, vt suprà conclusi.

Ex quibus omnibus quoad hoc primū inferetur conclusio, hanc solutionem pecuniae fieri debuisse & potuisse, de moneta secundum tempus solutiōis currente, non autem secundum tempus constitutionis, aut praescripti, vel rescripti. Hoc autem maximè verum est, quia praesupponitur cōsuetudinem fore, vt omnes illi qui olim censum recipiebant, ad monetam librarum Turonens. antiquorum, nunc recipiant in totidem libram monetae, in tempore currentis, consuetudo igitur gentis prouinciae, aut ciuitatis moribus firmata, nulla debet cuiusquam libidene violari, turpis. n. est omnis pars vniuerso suo non cōgruens, dicit text. 8. dist. c. quae contra mores, despon. duo. c. tuas dudum. quisque rebus praetereuntibus sicut vult vt metas cōsuetudinis horum inter quos versatur excedat, aut velut intemperās, aut velut superstitiosus damnari debet: dicit tex. 41. distinct. c. quisquis.

Praetereà & Romanus Pontifex caput Ecclesiae, solutionem quam olim recipiebat de Turonens. paruis hodiè recipit, in moneta vsuali, seu currenti, vnde succedit text. in d. c. tuas dudum, & in c. Basilicas, de conse. dist. 1. & in c. nolite. 11. dist. dicens satis indignum, esse quemquam illud refutare, quod beati Petri sedem sequi viderit, & docere: vnde iudicat lex omnes eam consuetudinem sequi debere, quam Romana suscepit sedes, quae caput est orbis. C. de vet. iur. enucle. l. 1. §. cū itaque, Instit. de satisda. ad fin. ff. de legib. l. de quibus.

Hoc autem maximè verum in exactione pecuniae facienda, cum in eis caeteris partibus viri ecclesiastici debent esse laicis benigniores. Et ne huius etiam ratione veluti improbi exactores videantur, lucris temporalibus inhiare, dicit, text. de censibus. c. ex parte. de poen. c. suam.

Quoad † secundum, quo quaeritur vtrum Abbas, montis maioris possit petere sibi solui secundum aestimationem antiquae monetae, vigore allegatae praescriptionis 40. annorum qua dicit completā fore ex eo quod dictis temporibus, continuè sibi soluta fuit pecunia, secundum aestimationem antiquae monetae, dicendum videtur hanc praescriptionem prima frōte videri legitimè fuisse completam. Primò quia videtur habuisse sufficientem titulum scilicet ordinationis & concessionis dicti Domini Bonifacij, qui quidē titulus iustam parat causam praescribendi, vt patet ex not. extrà de praescrip. c. veniens, de priuileg. c. cum personae, libr. 6. & sic non obstat quod habetur in c. 1. de praescript. eod. lib.

Item habuisse videtur bonam fidē ex duobus. Primò, quia credidit Bonifaciū, concessisse, quòd non cōcessit, scilicet vt solutio fieret cōtinuè secundum antiquā

monetam,non obstante mutatione superueniente:& sic errat in facto.Secūdò quia credidit de moneta aliqua continuæ solutionem fieri debere, etiam si Bonifacius hic non expressisset,& sic errauit in iure. vt patet ex supra lata ostensione.

Quorum quidam duorum errorum misturam, scilicet iuris & facti effectus est, vt causent bonam fidem.ff.de vsucap.l.si fur.§.1. item & parauerit causam præscribendi secūdum gl.no.ff.pro dona.l.si vir. & sic non ob c.2.de re.iu.lib.6.& ca.vlti. cum simil. extra de præscri. quin imo videtur quod & licet non in facto errasset dictus Abbas, sed solum in iure, nihilominus iuris error licet alias ad præscriptionem non sufficit. ff.de vsura.l.nunquā in casu proposito sufficere videtur.

Primò quia d.l.nunquam,dicens iuris errorem non sufficere, ad inchoandam vsu capionem,non videtur loqui præscriptione quadraginta annorum,quæ de iure Digestorum non erat cognita, vt nota. gloss.in l. qui occidit. ff.ad legem non solum;quæ alias incipit.Iulianus.ff.quibus ex cau.in possess.eat.& concordantes, alleg.Bart.in l.in omnib.ff.de act.& obli.& ff.de not.oper. nunti. l. prætor ait & hoc interdictum,videtur procedere,nisi esset error iuris probabilis, qualis est in casu præsenti, vbi Abbas montis maioris pro se habet probabilem opinio. Oldr. quoniam tunc error talis sufficere videtur: quia æquiparatur errori facti probabili, argu.no.extrà de consue. c.cum dilectus. & quod not.Ioann.Andr.in c.1.de postul. præla.& ita limitant Moderni dictam legem nunquam in c. si diligenti. extra de præscripti.

Cæterum videtur quod si dicta cōcessio Bonifacij, nō causaret iustum titulum ad inijciendam præscriptionem,quadragenariam, nihilominus etiā præscriptio processisse videtur. Sufficit enim quod Abbas putauerit,ex illa concessione, seu ordinatione titulum resultare, & talem sufficere, quoniam ex hoc iuris errore, minus iustus titulus causatur qui ad præscriptionem sufficit.vt not. Barto.in c.de quarta.& c.si diligenti. extrà de præscri. licet contrarium videatur tenere.in c.Apostolicæ. extrà de donat.& in c.1.in fin. per glos.de his quæ fi. à prælat.

Præsupposito igitur sed non concesso, quod hæc præscriptio confirmata fuerit, superest vt discutiamus an d.Abbati monasterij Sancti Antonij, contra ipsam restitutio. concedatur. Et in hoc repereo duas opiniones.vna fuit glos.in Authen. quas actiones.C.de sacrosan.eccl.& in c. auditis de in integr. restitut. quas sequi videtur Specu.in eodem titu.§.1. vers. vt autem tenentes ecclesiam non restitui à ratione ne contrarium dicendo lex ludibrio posita foret. contra l. si prætor. ff. de iudi.& l.fin.ff.ne quid in loc.pub.de elec. c.commissa lib.6.

Item ne lex verbis & non rebus imposita,censeatur.C.communia.de leg.l.2.in fin. contrariam autem sententiam tenuit gloss. in Authent. de eccle.tit.§.pro temporalibus,& illam sequitur Innoc.extrà de transact. c. contingit. & in summa sua in titu.de in integ.restitut.in ver. vtrum. in vers.præscriptiones. & Paul.in d.Clement.& Bartol. in d. Authent.quas actiones.& Dominus Antonius.in d.c.auditis. Et hanc opinionem in dubijs veriorem, credo etiam sequendam tanquam ecclesiæ fauorabilem. ff.de reliq.l.sunt personæ.ad fin.& probatur. Primò per text. in d.c. 1. extrà de in integr. restitu. vbi dicit text. Ecclesiam iuris minoris semper debere,illæsam seruari, quæ quidem dictio semper idem importat. quòd omni casu. ff. de iur. immun. l.semper. ff. quod vi, aut clam. l. semper. ff. soluto matrimonio.l.1.

Sed † certum est minorem aduersus longissium temporis præscriptionem restitui,vt in l.vltim.C.in quib. caus. in integ. restitu. non est necess.& in l.fin.C.de præscriptione triginta annorum. & l. ait prætor.ff.de min.ergo & eccl.restituitur. Secūdò probatur per tex.in d.Clement.1. de in integ.resti.vbi tex.indistinctè dicit Ecclesiā aduersus tēporis lapsum etiam lōgissimi tēporis, ad hoc ff. de publ.l.de precio 3

precio,extrà,de maior.& obedi. c.solitæ. cum simil.ibi alleg.

4 † Tertiò idem probatur: quia in dubio standum est regulæ,vbi nõ reperitur specialis exceptio.ff.de procurat.l.mutus. §. cùm quæritur.ff.de testib.l.1.cum similib. Sed regula est,quòd Ecclesia illęsa seruatur,omni casu quo & minor. & in d.c.1. Item quòd restituitur aduersus temporis lapsum,vt in d.Clement.1.neq; reperitur specialiter exceptum, quòd Ecclesia aduersus præscriptionem longissimi temporis,non restituatur,igitur &c.

Quartò hoc idem probatur: quia si restituatur Ecclesia contra præscriptiones respicientes statutum iudiciorum, vt in d.c.auditis.& in c.cùm venissent,eod.tit. ergò & pariter restituenda est aduersus præscriptiones extraiudiciales, cùm non sit assignare rationem diuersitatis, ergò &c.ff.de verbor.obligat. l.à Titio.cum similib.

Vltimò, quia si non diceremus aduersus præscriptionem 40. annorum Ecclesiam restitui, sequeretur quòd quasi aduersus nullam præscriptionem extraiudicialem restitueretur Ecclesia, acceptis his præscriptionibus, quas not.Hostiens. in d.c.quod probatur, quia non restitueretur aduersus præscriptionem 10.vel 20. annorum,quia cùm contra eam talis præscriptio non currat 16.q.4.cano. placuit. §.potest,circa princip.extrà,de præscrip. c.ad aures.& c.de quarta.cum ibi nota.nõ est necessaria restitutio. Item quia non restituitur aduersus vsucapionem triennij: quoniam secundùm opinionem Hostiens.& veriorem ,in qua nunc non insisto,quam posuit in d.c.talis vsucapio aduersus Ecclesiam non currit. in quã partem etiam videtur inclinare gloss.16.q.4. cano.placuit.§.quas actiones,ad finem.& Speculat.in tit.de in integ.restit.§.1.vers. sic etiam dubitatur.& plenè not.Modern. extr.de rescrip.c.illud.talis vsucapio cõtra Ecclesiam non currit:igitur restitutio non est necessaria.

Ex quibus omnibus,quoad hoc secundum, concludo, restitutionem dicto monasterio ac Abbati,aduersus cursum propositæ præscriptionis, concedi debere. Non obst.ratio gloss.in d.c.auditis, supr. relata: quia non potest dici præscriptionem,contra quam Iura restitutionem cõcedũt, frustratoriè fuisse iuductã. Quinimò magni effectus est,cùm & si infra terminatum tempus, præscriptioni restitutionem Ecclesia non postulauit, ampliùs postulare nõ poterit: consequenter cum effectu præscriptio decursa intelligatur. C.de tempo.in integr.restit. l.vltim.cum similib.

5 † Sed circa idem videndum restat, an post lapsum quadriennij, quod datur ad restitutionem,vt in d.l.fina.& in d.c.1.de resti.in integ.lib.6.ac in d.Clem.1.monasterium ac Abbas restitutionem postulãs debet audiri? Breuiter dicendo est,quòd sic: quoniã ex rationabili causa,quæ contingit in casu proposito,vtputà,quia contingit enormissima læsio, vt ex se patet, lapsus quadriennij Ecclesiæ restitutionẽ petenti non refragatur,vt est text.in d.c. 1.in fin.de in integr.restit.lib.6. quem ita exponit ibi Ioan.Andre.in c.ad nostram, extr.de reb.eccles.non alien.& in c.cùm ex literis,ext.de in integ.rest.

Vltimò dici potest, quòd & posito, sed non concesso, quòd ex speciali beneficio Ecclesiæ indulto,restitutio aduersus pręscriptionem longissimi temporis nõ concederetur, nihilominùs sibi tanquàm ignoranti,vt clarum est,præscriptionẽ contra se decursam,concederetur restitutio, ex generali clausula l.1.ff.ex qui.cau.ma. secundùm Bart.notanter in l.1. si quis autem.ff.de itin.actuque priua.quod tamen generaliter fuit dictum Specu. licèt à nemine allegetur,in tit.de præscrip.§.4.ver sic.colonis. Et videtur sensisse gloss. in l. sicut,in ver.militia.C.de præscrip.30.an. Et videtur probari in l.si partem.§. si per fundum, in gl.super vers.non vtendo. ff. quemadm.seruit.amit. & sequitur Ange. in l.vlt. C.de præscrip.long.temp. Et hæc de secundo dubitationis articulo dicta sufficiant.

Quoad tertium,quo quæritur,an licet

nō poſſit Abbas ex præſcriptione aliquid conſequi, nihilominùs poſſit petere, vt ſecundùm antiquam æſtimationem antiquæ monetæ ſolutio fiat, prætextu quarundam ſententiarum arbitramētalium in præſenti controuerſia latarum. Breuiter dicendum, quòd licèt pro ſuppoſita ſententiarū validitate Abbas Montis maioris ſuum conſequeretur obtentum, nihilominùs Abbas S. Anthonij aduerſus illas reſtitutionē in integrū petere poteſt, non obſtante lapſu quadriennij, propter enormem læſionem inde reſultantem, vt viua voce percipio.

6 Hoc autem primò † clarum eſt, quia ſicut contra contractus, ex quibus reſultat enormis læſio, Eccléſia reſtituitur, vt in d.c.1.in antiq.& in d.c.ad noſtram. Item † & ſicut contra ſententias iudiciales aut arbitramentales, vt in d.c.cùm ex literis. & in c.cauſa, eo.tit. per Inno.& Ioan. Andre. ita etiam videtur reſtitui debere aduerſus ſententiam arbitratoris, cùm illa dicatur quaſi tranſactionis contractus, vt in Authent.de iudic.§.ſi verò contigerit. C.de iudic.

Nec huic concluſioni refragatur, ſi dicitur dictas ſentētias fuiſſe per Abbatem legitimè approbatas, quoniam iſta ſua approbatio, etiam cum iuramento, non tollit Eccleſiæ in integrum reſtitutionem, ſecundum gl.ordin. & not. in c.1.in verb. contractum, de in integ.reſtit.lib.6.quam ſequitur Do.Bald. in l.generaliter. C. de reb.cred.& not.Hoſtien.in Summa ſua, in tit.de in integ.reſti.§.in quibus, ver. item in contractibus. & hæc de tertio.

Quoad vltimū, quo quæritur, quomodo ſuccurratur Abbati S.Antonij circa id, quòd prædeceſſores ſui plus debito ſoluerunt, ſi non potuit aliquid conſequi vltrà æſtimationē monetæ currentis tempore fiendæ ſolutionis. Breuiter dicendum, quòd plura ſunt remedia: Primum,

8 quòd ſolutum plus debito ignorāter tanquàm omni iure indebitum, repetatur, vt in tot.tit.ff.& C.de cond.inde.extr.de ſolut.c.fina. Secundum, vt illud quod plus debito eſt ſolutum, compenſet, cum ſolutionibus fiēdis per eum in futurum dicto Abbati Montis maioris. ff.de neg.geſt l.3. §.pupillus.C.de compenſ.l.vlt.cum ſimilib. Et ita dixit Oldr.in d.conſ.268.

Tertiò, quòd ex quo Monaſterium Sancti Antonij reſtituitur aduerſus dictā præſcriptionem & ſententias, conſequenter ſibi reſtituēdum venit omne id quod plus debito ſoluit vigore præſcriptionis, aut dictarum ſententiarum. Eſt enim † reſti- 9 tutio in priſtinum ſtatum repoſitio.ff.de mino.l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.& probatur hoc ff.de minorib. l.ſi ex cauſa, in prin.& hæc de quarto.

Finis Conſil. D. Lud. Romani in materia Monet.

Addidit Ren. Budelius Rurem. L.

Aduerte Lector, Romanus in hoc conſil. quemadmodum etiam facit Geminia. conſil.137.à communi Dd.ſentētia, & noſtra, de qua eſt in cap.23.lib.1.quęſt.mone. & in concluſ.1.maxima, 2.cap. multisque alijs in locis, videntur recedere. Volunt enim præment.Dd. & cum illis nonnulli alij, in annuis redditibus, etiamſi intrinſecus valor mutatus ſit (pro extrinſeca enim ponendum eſt intrinſeca in initio conſi.Roma.) nihilominùs tamen per debitorem, in moneta tempore ſolutionis currente, etiam debiliori in liga vel pondere, rectè ſolutionē penſionis fieri poſſe. Qua de re habes vberiora apud ipſum Molin.q.fin.num.809. Cui tamen rationes per dict.D.Doct.in corroborationē iſtius ſententiæ productæ minùs placent. Hæc vbi in mutatione valoris extrinſeci à tantis viris recepto animaduertis, mirū neutiquam tibi videri debet, quòd communis ſententia in extrinſeco valore, tempus ſolutionis tantummodò reſpiciens, obtinere ac præualere debeat.

D. NICOL.

D. NICOLAI EVERARDI A MIDDELBORG, PRAESIDIS MECHLINIENSIS,

CONSILIVM LXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Moneta in solutione annali redditnũ qualis requiratur, &c.*

2 *Mos regionis, in quo contractus celebratus fuit, attenditur, & num. 17.*

3 *In bonæ fidei iudicijs venire debẽt ea, quæ sunt moris & consuetudinis.*

4 *In concernentibus decisoria causæ, consuetudo loci contractus semper inspicitur. & num. 26.*

5 *Contraxisse in eo loco vnusquisq; intelligitur, in quo vt solueret, se obligauit.*

6 *Quod principaliter agitur potius, quàm quod accessoriè vel secundariò venit, inspiciendum est.*

7 *Fictio nunquàm habet locum, nisi concurrat æquitas.*

8 *Pro promissore facienda est in dubio interpretatio.*

9 *Aestimatio rei debitæ consideratur secundùm locum, vbi destinata est solutio.*

10 *Mora cõtrahi dicitur in loco destinatæ solutionis.*

11 *Locus cõtractus duobus modis dicitur, &c. & num. 18.*

12 *In executione non consideratur causa de præterito, sed locus & tempus, vbi & quando fieri debet.*

13 *Valor bladorum emptorũ in loco destinatæ solutionis, non initi contractus, inspicitur.*

14 *Valor beneficij impetrati consideratur secundùm locum, vbi est beneficium.*

15 *Contrahentes in dubio, non præsumuntur censisse de moneta reproba, sed de moneta in loco solutionis destinato, cursum habente.*

16 *Verba contrahentium iuxta dispositionem & intellectum iuris interpretanda sunt.*

19 *Dictum Doctoris intelligendum est secundùm legem, quam allegat.*

20 *Contrahens in loco destinato solutioni conueniri potest, & non in loco initi contractus, nisi ibi habeat domicilium.*

21 *Fideiussor conueniri potest in loco per principalem solutioni destinato.*

22 *In his quæ concernunt executionem contractus, inspicitur consuetudo loci destinatæ solutionis.*

23 *Locus destinatæ solutionis quando inspiciatur, &c. & num. 24. & 25.*

27 *In contractu duplici quis locus inspiciatur.*

28 *Relatiuum substantia in diuersis orationibus inducit coniunctionem verbalem.*

29 *Veritas an magis sit inspicienda, quàm fictio.*

30 *Actus agentium contra intentionem ipsorum, non operãtur, sed benè operantur, pro vel præter, &c.*

31 *Ad decisionem causarum licitè allegatur ratio naturalis.*

32 *Ea quæ iuris sunt in contractibus, expressa censentur.*

33 *Periculum pecuniæ debitæ, ante solutionẽ est ipsius debitoris.*

34 *Solutio fieri debet in loco solutioni destinato, & non alibi.*

35 *Cautela à debitore in loco solutioni destinato comparente obseruanda.*

36 *Abundans cautela in contractibus non nocet.*

37 *Verba an semper aliquid operentur.*

38 *Vna eademq́; res diuerso iure censeri non debet.*

39 *Determinatio sequens duo determinabilia in dubio determinat vtrunque in casu quo potest, æquitate seruata.*

40 *Punctus in oratione habet vim copulæ.*



X literis mihi pro casu, super quo Iuris consilium petitur, exhibitis, earumq́; tenore oritur dubitatio talis:
1 † Cuius loci valor seu æstimatio monetę in solutione annuali redditum, de quibus est quęstio, attendi debeat, an valor loci destinatæ solutionis, an verò valor loci, vbi contractus cœpit esse, & perfectionem accepit. Et quia, teste Aristotele, Philosophorum Principe, opposita iuxta seposita magis elucescūt: & teste Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. ferro viam aperit, qui per cōtraria transit, arguam primò ad vnā partem, deinde corroborabo & eligam aliā partem, quæ meo imbecilli iudicio, iustitia, veritate, & æquitate fouetur. & demū respondebo obiectis pro prima parte adductis. Redeundo ergò ad primum, videtur prima facie, quòd in hoc casu attendi debeat valor monetæ loci celebrati contractus, & quòd venditores talem monetam in Oppido Bergensi supra Zomā deliberando debeant liberari, iuribus, rationibus, & authoritatibus infrascriptis.

2 † Tum primò, quia ex quo inter partes contrahentium non est apertè conuentū, cuius loci moneta attendi debeat, seu in quo valore huiusmodi redditus venditi solui debeant: Inspiciendum videtur, quòd in regione illa, vbi huiusmodi contractus fuit celebratus, frequentabatur & visitatum fuit, per text. notab. vbi videtur casus tum ibi not. per Bartol. in l. semper in stipulationibus, de regul. iur. cum similibus.

Tum secundò, quia contrahentes non præsumuntur cogitasse de alia moneta, quàm quæ in loco celebrati contractus, cursum habuit: ea enim † quæ sunt moris 3
& consuetudinis loci celebrati contractus, in bonę fidei iudicijs debent venire, & habētur pro expressis, videnturq́; contrahentes secundùm illa regulasse, vt est tex. notab. in l. quòd si nolit. in §. quia assidua. ff. de ædil. edict. cum vulgar. notant. Bald. Alexand. & Moderni in l huiusmodi, in princip. ff. de lega. I. & idem Bald. in l. si quis sub conditione, in fi. ff. de condc. instit. & est textus optimus. & ibi etiam Bald. notat in l. final. C. de fideiussori, ergò &c.

Tum tertiò, quia lege cauetur, quòd cōsuetudo loci contractus inspicienda est, textus est apertus in l. si fundus. ff. de euictio. quę lex videtur decidere hūc casum, & ponere securim ad radicem.

Tum quartò, quia theorica Bartol. in l. cunctus populos. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. habet, quòd in † concernentibus 4
decisoria causæ, quale est istud de quo quæritur, cùm ex hoc condemnatio crescat, vel decrescat, semper inspicitur consuetudo, lex, obseruantia, seu statutū loci contractus, & non consuetudo vel statutum loci iudicij, quando consuetudines huiusmodi locorum sunt diuersæ, vt in casu præsenti. & mouetur per d. l. si fundus. optimè probantem.

Videtur ergò expeditum, quòd in casu præsenti inspici debeat locus celebrati contractus: quia licèt dicti venditores, ratione adiectionis loci destinatæ solutionis, possint ibidem conueniri, cùm † vi- 5
deantur quoad hoc contraxisse. l. cōtraxisse. & ibi Dyn. Bart. & Doct. ff. de acti. & obligat. l. 3. & ibi Doct. ff. de bon. auct. iudic. possid. & est text. & ibi Dd. in l. vnica. C. vbi conuen. qui cer. loc. dare promisit. & text. optimus in c. dilecti, de foro compet. qui fortiùs probat, quòd etiā hoc casu talis sortitur forum in loco destinatæ solutionis, non obstante priuilegio suæ patriæ, de non posse trahi extra patriam: etiam si talis sit clericus, qui aliàs nō posset prorogare iurisdictionem alterius iudicis, etiā Ecclesiastici sine consensu sui diœcesani. c. si diligenti. & c. significasti, eod.

eod.tit. Tamen propter Theoricam Bart. in d.l.cunctos populos. & Theoricam eiusdem Bart.in d.l.contraxisse. videtur omninò dicendum,quòd in casu præsenti, quoad valorem monetę annuatim soluẽdæ,inspici debet cõsuetudo loci celebrati contractus,& non consuetudo destina-
6 tæ solutionis.

Tum quintò, † quia potiùs inspiciendum est,quòd principaliter agitur,quàm quod accessoriè vel secundariò venit.l.si quis nec causam.ff.si cert.pet.l.1.in princ. ff.de author.tut.l.nauis aduersa.ff.ad leg. Rhod.de iac. & l.1.§.vnde Offilius. ff. de exercit. Sed in casu præsenti solutio accessoriè seu secundariò venit ad obligationem: ergò inspicienda videtur consuetudo loci contractæ obligationis,non destinatæ solutionis.

Tum sextò,quia plus inspici debet veritas,quàm fictio.l.filio.ff.de libe.& posthum.& §.& si rem,Instit.de lega.Cùm ergò in loco destinatæ solutionis solùm fictè videatur contrahi, in loco verò cele-
7 brati contractus verè: ergò locus celebrati contractus magis inspici debet, & eò magis,quia fictio † nunquàm habet locum,nisi concurrat æquitas,vt est theorica Bartol.quam omnes sequuntur in l.si is qui pro empt.ff.de vsucap. Sed hic resultaret, vt videtur magna iniquitas, si dicti venditores cogerentur solutionem facere in moneta cursum habente in loco destinatæ solutionis,cùm de illa vt præmittitur, non cogitarunt, & eò magis,quia illa asseritur esse grauior,attẽtò quòd actus agentium non operantur contra legẽ vltrà intentionẽ contrahentium,l. nõ omnis, in prin. ff.de rebus cred.ergò &c.
8 Tum etiam, quia in † dubio facienda est interpretatio pro promissore, & contra stipulatorem. l.quicquid astringẽdæ. ff.de verb.oblig.cum similib. & in dubio ad id quod minimũ est,redigẽda est summa.l.semper in obscuris. ff.de reg.iur. cũ vulgar. & imputet sibi emptor huiusmodi redditüum, qui potuit legem apertiùs dicere,& nõ dixit.l.veteribus. ff.de pact.

Istis tamen non obstantibus, videtur mihi subscripto, quòd veritas est in contrariũ,quod deduco iuribus, rationibus, & authoritatibus infrascriptis, & † pri- 9
mò per l.vinum,in fin.ff.si cert.pet.& per l.fin.cum ibi notatis per Ang.ff.de tritica. quibus iuribus apertè cauetur,quòd æstimatio rei debitæ consideratur secundùm locum,vbi destinata est solutio seu deliberatio, non obstante quòd contractus alibi sit celebratus,id etiam probatur toto tit.ff.de eo quod certo loc.& præcipuè in l.ideò, illo eodem tit. iunctis ibidem notatis per Angel.& Rapha. Fulgos. qui dicunt, quòd licèt de iure communi valor seu æstimatio pecuniæ debeat esse eadem vbique,vt ibi est tex.quanquàm precia aliarum rerum varientur,secundùm diuersitatem locorum , & regionum, vt etiam ibi dicit tex. tamen quia interdum in aliquibus locis aliter seruatur,vt punctualiter accidet in casu præsenti. Idem dicendum est secundùm eos,in variatione monetæ,quod deciditur toto illo tit. in alijs rebus. vt videlicet,inspiciatur valor monetæ,qui est in loco destinatæ solutionis. Prætereà deduco istud rationibus infrascriptis.

Et primò sic,† quia vbi certus locus so- 10
lutioni faciendæ destinatus est,tunc non facta solutione in termino & loco præfixo, mora dicitur contrahi in loco destinatæ solutionis,& non in loco celebrati contractus.l.1.& Bart.Ange.& Dd.ff.de vsur. & voluit Alber.de Ros.in d. l.vinũ. dies autem interpellat pro homine,& cõstituit debitorem in mora.c.potuir,de locat.& l.magnam. C.de contrah.& cõmir. stipul.Nimirùm ergò,si inspiciatur valor rei debitæ secundùm locum,vbi destinata est solutio.

Tum etiam,quia † locus contractus di- 11
citur duobus modis: Primò,vbi cõtractus conuentio,siue obligatio perficitur , seu verba proferuntur. Secundò,vbi solutio seu deliberatio destinatur. De primo loquitur d. l. si fundus. De secundo loquitur d.l. contraxisse. cum alijs iuribus suprà allegatis.

Modò sic est, quòd quoad perfectionẽ

contractus, seu ad solennitatem adesse seu subsistentiam eius requisitam, semper inspicitur statutum seu consuetudo loci celebrati contractus: & ita intelligitur d.l.si fundus. secundùm Ang.ibid. qui sic summat illam legem. & secundùm eundem in d.§.qui assidua.& secundùm Bart. Angel.& Dd.in d. l. 1. ff. de vsur. & est ratio: quia ex quo agitur de consuetudine contrahendi, non mirum, si inspiciatur locus initæ conuentionis, vbi contractus accepit perfectionem. Sed vbi agitur de consuetudine soluendi, vt in casu præsenti, vel de his quæ veniunt implenda diu post contractum, & in alio loco impletioni destinato, tunc inspicitur locus destinatæ solutionis, ita expressè determinat Ang.post Bal.in d.l.si fundus.

† Et idem determinat Bald.in his, quæ concernunt executionem contractus, in l.quæro. ff.de solut. vbi tradit hanc theoricam, quòd in expeditiuis contractus nō inspiciuntur ordinatiua contractus, sed locus solutionis, cui concordat alia theorica Bald.in Authent.quas actiones.C.de

12 sacrosanct.eccles. vbi dicit, quòd † in executione non cōsideramus causam de præterito, sed locum & tempus, quando & vbi fiet: quia executio est actus de futuro, secundùm eum: de qua theorica meminit Ioan.de Platea in l.missi opinatores.C.de exactorib.lib.10.

Præterea istud deduco auctoritatibus infrascriptis. Et primò vltrà auctoritatē Ang.in d.l.si fundus. & Bal. in d.l.quæro. & in d.Auth.quas actiones.adduco Iac.de Aret.in d.l.3.ff.de bon.auctorita.iudi.possid.vbi expressè determinat, quòd si ven-

13 datur † bladium, vel quid aliud in vno loco, deliberandum in alio loco pro certo precio: & oriatur quæstio super recessione contractus, propter deceptionem vltra dimidiam iusti precij, iuxta l. secundam.C.de rescin.vendit.& c.cùm dilecti. & c.penul.de empt.& vendit. venditione allegante, sed deceptum inspectu valore bladi, qui est in loco destinatę solutionis, vel deliberationis, emptore contrarium asserente, inspecto valore bladi, qui est in loco celebrati contractus: quod hoc casu pro decisione dictæ controuersiæ inspiciendus est valor bladorum loci destinatæ solutionis, seu deliberationis, & nō valor loci celebrati contractus: vt si venditor reperiatur deceptus vltra dimidiam iusti precij, attento valore bladorum, qui est in loco destinatæ solutionis, obtineat rescissionem cōtractus, nō obstante, quòd habito respectu ad valorē loci celebrati contractus non posset dici deceptus vltra dimidiam iusti precij. Sin autem, succumbat.

Ex qua decisione clarè patet, inspiciendum esse valorem loci destinatæ solutionis, & minimè loci celebrati contractus: & idem in terminis pręmissis inuenio determinasse Cyn. Alb.de Ros. Alex.& Imo. Ias.& Dd.in d.l.vinū.licèt de Iacobo mentionem non faciat.

Secundò adduco auctoritatem Old. in cons.suo 168.in prin. vbi consuluit, quòd † valor beneficij impetrati cōsideratur secundùm locum, vbi est beneficium, & nō secūdùm locum vbi facta est impetratio, seu vbi gratia ortum sumpsit, per d.l.contraxisse.cum alijs iurib.sup.allegatis. 14

Tertiò adduco auctoritatem Alex. de Imo.in cons.37. quinti volum.vbi concludit, quòd attēdi debet moneta loci beneficij, quādo quis impetrauit sibi gratiam, vt possent sibi conferre beneficia vsq; ad certam summam, & non moneta loci, in quo facta fuit gratia, referens & approbans dictum Consilium Oldrad.

Quartò, confirmo hanc partem auctoritate Do.Ias. consummatissimi Doctoris in d.l.vinum. vbi in terminis præsentis dubij expressè tenet hanc partem.

Præterea vltrà pomissa, pro hac parte etiam facit tenor huiusmodi literarum, in quarum primis cauetur, quòd in primo termino soluendi erunt centum 37. Rhenenses, septem stuferi, & 8.mitę Flandrię. & paulò pòst subditur, quòd depost, in quolibet termino soluendi erunt ducenti floreni monetæ prædictę.& expost subditur, quòd in euentum nō solutionis in quolibet termino emptor huiusmodi reddituum

dituum quolibet die consumere poterit tres grosses Flandriæ ad rationem cuiuslibet libræ. & idem multò pinguiùs habetur in alijs literis mētionem facientibus de quadrigētis sexaginta sex florenis Rhenensibus, tredecim stuferis, & sexdecim mitis Flandriæ, annui & hæreditarij redditus.

15 Ergò sclarè patet, contrahentes nō censisse de moneta in loco celebrati contractus cursum habente, quæ in patrijs Domini Archiducis reproba censetur, & sic ibi expendi non potest. l. eleganter. §. qui reprobos nummos. ff. de pign. act. habetur & notatur in c. 4. de iureiur. & in l. Paulus. ff. de solu. sed sensisse de moneta in loco solutioni destinato cursum habente, attento quòd moneta Flandriæ cōformis existit quoad cursum & valorem monetę cursum habenti in loco destinatæ solutionis. Nam huiusmodi geminatio seu repetitio in dictis literis sæpiùs facta de moneta Flandriæ, nedum inducit demōstrationem, sed etiam arctationem seu restrictionem, ita quòd talis moneta, & non alia solui posset. ita singulariter in similibus terminis determinat Bald. in c. fin. de offic. deleg. per textum notabilem in l. Balista. ff. ad Trebellia. Cùm ergò moneta Flandriæ, & moneta in loco destinatæ solutionis cursum habēs, sit vniformis quoad valorem, clarè patet, in illa moneta & valore eius solutionem fieri debere.

Nam de mente contrahentium constat ex duplici capite: Primò ex tenore dictarum literarum, vt prædixi: Secundò, ex † 16 vi verborum adiectionis loci destinatæ solutionis, capiendo intellectum iuris, secundùm quem verba intelligi debent, & non secundùm capitalem sensum alterius contrahentium: vt est textus notabilis in c. ex literis primò. iunctis ibidem notatis per Innocent. Panormitan. Præposit. & Doctores, de sponsal. vbi ponitur pro Theorica, quòd quando partes proferunt verba certum quid vel mysterium ex dispositione iuris importantia, licèt partes posteà dicant, verba illa nō intellexisse, vel vim huiusmodi verborum non concœpisse, non creditur eis, imò spreto eorum capitali, seu sophistico intellectu, capiendus est intellectus iuris, etiam si de statu hominis agatur, & sic de maximo præiudicio: iuxta gl. in c. mulieri, de iureiur. pro quo etiam facit c. ne innitaris, de constitut. fortiùs ergò capiendus est intellectus iuris in casu præsenti.

Concludo ergò, quòd debet annuatim fieri solutio in valore florenum Rhenensium in Oppido Bergensi supra Zomam, loco siquidē destinatæ solutioni cursum habentium.

Restat modò respōdere obiectis in contrarium adductis. & primò nō obstat primum, quia respondeo per interemptionem, negando quòd in casu præsenti non est expressè conuentum, de qua moneta debeat solui: quia imò hoc satis apertè conuentum est inter contrahentes, cùm propter illa verba, monetę Flandriæ, sæpiùs repetita, vt suprà dixi, tum etiā propter appositionem loci destinatæ solutionis, ex quo ius interpretatur, solutionē fieri debere in valore monetæ cursum habentis in loco destinatæ solutionis, vt suprà latè deduxi.

Et per id etiam tollitur, quod exaduerso obiectum est de auctoritate Bald. in d. l. semper in stipulationibus: quia ipse loquitur † in casu, quando vnicus duntaxat 17 fuit locus contractus, vt quia promissio fuit facta simpliciter, & solutio non fuit destinata alibi, licèt res vendita erat alibi sita, quòd non facit censeri ibi esse cōtractum, vt pulchrè declarat Alexand. de Imo. in consi. suo 49. quinti volum. & Bal. in l. 1. C. de contrahen. empt. & vendit. & sic loquitur omninò extra casum præsentem, in quo duplex est locus contractus, vt suprà dixi, quo casu intantum censetur contractus celebratus in loco destinatæ solutionis, quòd nullo modo censetur celebratus in loco, vbi verba fuerunt prolata, quoad ea, quæ veniunt post contractum, in esse productum, vt suprà dixi, & infrà latiùs deducam. Et sic nō obstat.

Non obstat etiam secundum quo dicitur, quòd partes contrahentes non intellexerũt de alia moneta, quàm quæ ibi cursum habuit, &c. quia imò videtur intellexisse prout ius intelligit. præallega. c. ex literis primò. cum ibi notatis per Innoc. Panormita. Præpos. & Dd. tradentes Theoricam suprà relatam. Item ex alio videntur intellexisse de moneta cursum habẽte in loco destinatæ solutionis, propter specificationem monetæ Flandriæ, vt suprà dixi, & sic non obstat.

Non obstat etiam aliud, quo dicitur, quòd consuetudo loci contractus inspicienda est, & cæt. Quia dico, vt suprà dixi,
18 quòd † locus contractus dicitur duobus modis: Primò, vbi contractus celebratus est: Secundò, vbi solutio destinata est.

Nunc ad propositum dico, quòd quando solutio non est destinata alibi, etiam si res super qua contrahitur, sit alibi sita, tunc consuetudo loci celebrati cõtractus semper inspicitur consuetudo, quoad omnem effectum, exceptis præparatorijs iudicij, in quibus inspicitur consuetudo loci suscepti iudicij, putà originis vel domicilij rei. & ita procedit d. l. semper in stipulationibus. cum ibi notatis per Bartol. & notata per Baldum in d. l. 1. C. de contrahen. empt. & nota. per Alexand. in d. consil. 49. & nota. per Cynum, Bartol. Bald. & Decium in l. 1. C. quæ sit long. consuetud. & nota. per Canonistas in c. quod clericis, de foro compet. vbi verò in vno loco celebratus est contractus, & in alio loco destinata est solutio, vt in casu præsenti, tunc quoad ea, quæ concernunt solennitatem actus, item ad esse & perfectionem contractus, inspicitur consuetudo loci celebrati contractus: vnde si ex statuto loci contractus, requiratur certa solennitas in ipso contractu, vel ad substantiam contractus requiratur solutio gabellæ, vel quid simile tale statutum vel consuetudo debet obseruari, licèt in loco destinatæ solutionis non sit simile statutum.

Et idem si ex consuetudine loci contractus requiratur satisdatio de euictione, cum pignoribus. & ita propriè loquitur d. l. si fundus. pro contrario allegata. & ibi expressè Angel. & Dd. & ita intelligi debet theorica. Bart. in d. c. cunctos populos. & in d. l. contraxisse. & in d. l. 1. ff. de vsur.

Nam dictum † Doct. debet intelligi secundùm legem, quam allegat, vt vult ibidem Bartolus in l. non solùm, in §. liberationis. ff. de liber. legat. sed dicta l. si fundus. super qua Bartolus se fundat, non plus probat, quàm prædixi, vt ibi declarant Angelus & Doctores: & sentiunt alij Doct. in locis suprà allegatis. ergò &c. 19

Sed quæ veniunt ex post facto celebrato contractu, & eo perfecto implenda in alio loco impletioni destinato, semper inspicitur consuetudo loci destinatæ solutionis, & non consuetudo loci celebrati contractus: quod vltrà præmissa deduco argumento inconuincibili, à sufficiente partium enumeratione, quod est efficacissimum in iure. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. cum similibus.

Nam aut † quærimus, quis locus inspiciatur quoad forum: & certum est, quòd inspicitur locus destinatæ solutionis. d. l. contraxisse. & d. l. 3. ff. de bon. auctorit. iudic. possid. & præalleg. c. dilecti. & minimè locus celebrati contractus, in quo talis conuenire non potest, nisi ibi habeat domicilium. ita expressè determinat glo. & Dd. in d. l. contraxisse. & gl. Alexan. & Dd. in d. l. 3. & est text. iuxta gl. & ibi Paulus de Castr. & Dd. in l. hæres absens, in §. fin. ff. de iudi. notant Canonistæ in d. c. dilecti. Barto. Paul. de Castr. & alij Legistæ in d. l. 1. ff. de eo quod cer. loc. & idem Paulus de Castr. in d. l. eum qui. §. 1. ff. de constit. pecun. & Bart. Bald. & Docto. in d. l. quæro. 20

In quibus iuribus dicunt, quòd in loco destinatæ solutionis, adeò fingitur celebratus esse contractus, quòd nullo modo censetur esse celebratus in eo loco, vbi verba contractus fuerunt dicta vel

vel prolata, nisi aliud expressè sit actum: exceptis his quæ concernũt solemnitatẽ & substantiam contractus. vt dixi. imò fortius voluerunt Ang. & Alexand. de Imol. in l. qui Romæ. ff. de verbor. oblig. & refert sequitur & approbat Do. Iason in d. l. 1. ff. de eo quod cert. loc. quòd licet Roma sit communis patria, ita quod quisq; posset ibi conueniri. l. Roma. ff. ad munic. & habetur & not. per canonistas in c. fin. de for. comp. tamen si quis contrahat Romę, & promittat soluere alibi, puta, Paduę vel Florentiæ, non poterit Romæ conueniri: & sic ratione contractus non sortitur ibi forum, licèt sit communis patria: nisi alias ibi habeat domicilium, secundũ eos.

21 Imò quod mirabilius est, sicut † ipse principalis censetur contraxisse, in loco destinatæ solutionis & ibi sortitur forũ, vt prædixi, ita etiam fideiussor vel mandator, licèt locus destinatæ solutionis dũtaxat adiectus sit in obligatione principali: censetur enim repetitus in obligatione accessoria text. est notabil. & ibi Bart. Bald. Ang. Paul. de Castr. Ioann. de Imol. & Doctor. in l. si vt proponitur. ff. de fideiuss.

22 Aut quærimus, quis † locus inspiciatur quoad ea quæ concernunt executionem: & certum est, quod inspicitur locus destinatæ solution. text. est in d. l. quæro. & ibi. Bald. idem Bal. & Ange. post Frede. & Senis, in d. l. si fundus, vnde dicunt ipsi, quod si in loco celebrati contractus sit statutum, quod debitor posset capi & incarcerari, vel quod instrumenta notariorum habeant executionem paratam, in loco vero destinatæ solutionis, non sit simile statutum, sed seruetur ius commune: attendetur quoad hoc obseruantia. & lex loci destinatæ solutionis, per d. l. quæro. & idem volunt Doct. moderni. in d. l. cũctos populos.

23 Aut quærimus † quis locus inspiciatur quoad extinctionem actionis propter præscriptionem statutariam vigentem in vno loco. & non in alio, vel quoad exactionem pœnæ adiectæ quantitati: vbi statuta locorum sunt diuersa, & certum est, quod inspicitur locus destinatæ solutionis. ita expressè determinat Bart. Ang. & Doct. in d. l. 1. ff. de vsur. & idem Angel. in d. l. si fundus. & Bart. in d. l. cunctos populos.

Aut quærimus † quis locus inspiciatur, quoad accessoria, vt puta expensas, & dãna de Iure canonico, & vsuras de iure ciuili, si minores & leuiores sint in vno loco, quam in alio: & similiter certum est, quod inspicitur locus destinatæ solutionis, nedum quoad principalem obligationem, sed etiam quoad accessoria, text. est notabil. & ibi Panorm. & Doctor. in d. c. dilect. & in d. l. 1. ff. de vsur. & ibi gl. Bar. Bald. Ang. & Docto. & voluit Alex. in d. l. quæro. & etiam text. in d. l. si vt præponitur, & ibi omnes DD. 24

Aut quærimus † quis locus inspiciatur quoad ea, quæ concernunt valorem rei debitæ: & similiter certum est quod inspiciendus est locus destinatæ solutionis & non locus celebrati cõtractus, siue hic inuestigatio fiat propter interesse creditoris in recipienda deliberatione rei debitæ consistente in specie, cum varia sint precia rerum in regionibus distinctæ. d. l. ideo. & per tot. titul. ff. de eo quod cer. loco, & præal. l. vinum. in fin. & præal. l. fin. ff. de tritica. & ibi specif. Ang. siue hæc inuestigatio fiat ad recissionem contractus, propter deceptionem vltra dimidiam, iusti precij, iuxta d. l. 2. de rescin. vendit. Nam similiter certũ est, quòd inspicitur valor loci destinatæ solutiõis, ita expressè determinat Iacob. de Aret. in d. l. 3. & in Cyn. Alberti. de Rosate, Alexã. Iason & Doct. in d. l. vinum siue hæc inuestigatio fiat propter interesse creditoris cui debetur pecunia: cum alia sit æstimatio seu valor monetæ, in loco destinatæ solutionis, quam in loco celebrati contractus, vt in casu præsenti, & similiter certũ est, quòd attendi debet valor loci destinatæ solutionis, & non valor loci celebrati contractus. 25

Ita in terminis nostris expressè decidit Dominus Iason in d. l. vinum. & Ang.

 post

post Bald.in d.l.si fundus,& idem Ang.& post eũ Raphael.Fulgo,in d.l. ideo,& Oldra.in d.consil.168.& post eum Alex.de Imol. in d.suo consi.137. & sic dictum contrarium non obstat.

26 Et eodem modo respondeo, ad aliud quo dicitur,quòd in † decisorijs debet inspici consuetudo vel statutum loci cõtractus: Quid dico, qui dicta theorica procedit sine scrupulo,quando vnicus duntaxat est locus cõtractus,putà,quia solutio non est destinata alibi:tunc enim in decisorijs non est inspicienda cõsuetudo, seu lex loci iudicij puta domicilij vel originis rei, nisi quoad præparatoria iudicij, sed lex vel consuetudo loci celebrati cõtractus,etiam si res super qua cõtrahitur sit alibi sita.vt suprà dixi.

Et ergo si in loco contractus, ad probationem plenam sufficiunt duo testes, in loco vero iudicij requirũtur quatuor ex statuto,inspicitur consuetudo loci cõtractus: quia istud tendit ad decisionem causæ,& ita loquitur Bald.in d.l.cunctos populos,in 16. col.& in d.l.1. circa finem. C.quæ sit longa consuetudo, & similiter si in loco contractus, minor ex statuto non potest restitui, in loco verò iudicij potest restitui, inspicietur consuetudo vel statutum,loci contractus,& non loci iudicij: quia ex quo contractus nascitur inexpugnabilis attento huiusmodi statuto,in nullo loco poterit peti restitutio in integrum, nisi illa peteretur ratione læsionis postea emergentis ex præscriptione vel in iudicio, secundum Bartol.Bal. & Doctor. in d. l. cunctos populos,qui in

27 hoc vltim.casu saluant glo. quæ est in l.2. ff.de eo quod cert. loc.vbi † vero duplex est cõtractus,vt in casu præsenti, tunc est distinguendum.

Quia aut quęrimus,an in decisorijs inspiciatur locus celebrati contractus, an locus destinatæ solutionis quo ad ea quæ respiciunt solennitatem actus,vel quæ oriuntur secundum naturam ipsius contractus,tempore contractus,& debent adhiberi in cõtractu,vel impleri tempore cõtractus, & tunc dico quod debet inspici consuetudo loci celebrati contractus, & ita procedit theorica Bart.pro contrario allegata,quæ debet intelligi,vt dixi, secundum legem quam allegat.

Aut quæremus, an in decisorijs inspiciatur consuetudo loci celebrati contractus,an consuetudo loci destinatæ solutionis quoad ea quæ veniũt, implenda diu post contractum in esse productum in loco impletioni designato,tunc dico qui in spicienda est lex seu consuetudo loci destinatæ solutionis & non consuetudo loci celebrati cõtractus:ita expressè determinat Bal.Ang.Raphael.Fulgo.Cyn.Alb. de Rosate.Iacob.de Aret.Oldra.Iason & Doct.in passibus supra allegatis & in hoc casu non procedit theorica Bart.per sup. allegata,& sic non obstat.

Nõ obstat etiã aliud quo dicitur,quod potius inspiciendum est,quòd principaliter agitur,quàm quod accessoriè venit, &c.Quia fateor hoc verum,sed nõ seruit proposito quia in casu præsenti, vtrumq; æquè principaliter in obligatione venit, vt ex verbis huiusmodi literarum clarè patet,quia in vnico constructu & in vna oratione tam obligatio, quam solutiõis, seu deliberationis promissio & destinatio profertur, per relatiuum † substãtiæ, 28
quam summam,&c.cuius natura est continuare & prosequi materiam præcedentem:imò tanta est ipsius relatiui potestas, vt etiam in diuersis orationibus inducat coniunctionẽ verbalẽ,sec. Bal. & Ang.in l.Iul.in prin.ff.de hær.inst quare nõ obst.

Non obstat etiam aliud quo dicitur, quòd plus † inspicienda est veritas,quam 29
fictio.&c.quia dico,quòd hoc est regulariter verum,si fallit in multis casibus.Inter quos casus præsens est vnus, quia hic lõgè fortius operatur locus destinatæ solutionis,quã locus celebrati contractus, vt infrà deduxi: & ita in terminis volunt canonistæ,in d.c.dilecti Bartol.Paulus de Castr.Iason & alij legistæ in d.l.1.ff.de eo quod cer.lo.& idem Pauli in d.l.eũ qui.§. 1.& in d.l.hæres absens. §.fi.& Ang.Alex. & Doct.in d.l.qui Romæ.

Et per hoc etiam tollitur aliud quo dicitur

citur, quòd fictio non habet locũ nisi cõcurrat æquitas, quia id vtriq; veiũ est: sed in casu præsenti maxima iubet æquitas, vt soluatur pecunia in valore cursum habente in loco destinatę solutiõis propter varietatẽ monetę & vtilitatem contrahẽtium, d.l. ideo cum ibi no. per Ang. & Rapha. Fulgo. ratione cuius actio stricti Iuris efficitur arbitraria, ita qđ si alibi soluatur, habetur ratio valoris qui est in loco destinatæ solutionis. tot. titul. ff. de eo quod cer. lo. & sic non obstat.

30 Non obstat etiam aliud quõ dicitur, ꝙ † actus argentium non operantur contra intentionem eorum: quia fateor quod actus argentium non operantur contra intentionẽ contrahentium, sed bene operãtur pro vel pręter. l. si is qui. §. fin. ff. com mun. hic autem non operantur contra, sed propter adiectionem loci, tum propter specificationem monetæ Flandriæ, ita in multò fortioribus terminis declarat Ang. in l. proculus. ff. de vsufr. Nõ obstant alia in contrarium adducta, quia non sumus in casu dubio sed claro, deciso per leges & auctoritates præclarissimorum

31 Doctorum aliundè satis suprà adductus vnde nulla† debet censeri subesse dubitatio vel ambiguitas. l. ancillæ, cũ sua gl. & ibi Bal. Pau. de Cast. & Doct. C. de furtis.

Quinimò ad decisionem causarum deficientibus legibus licitè allegatur ratio naturalis, vt est gloss. ordin. in c. consuetudo, 1. distin. & est tex. optimus in l. scire oportet. in §. sufficit. & ibi Bal. ff. de excu. tuto. & bon. tex. in c. 2. requiris, & ibi Panor. & Doct. de appella. contraria autem percedunt qñ est dubiũ facti, & iuris, quorum neutrũ est hic, vnde succedit illa trita regula, in incertis, nõ in certis locus est coniecturis. l. continuis. §. cum ita. ff. de verb. obli. & per hoc etiam tollitur aliud obiectum, quia in casu præsenti lex est apertè dicta, tum propter specificationem monetæ, Flandriæ sæpius repetitam, tum propter adiectionem loci destinatæ solu-

32 tionis, quo expressè cætera † quæ iuris sunt expressa videntur, iuxta prænallegatam theoricam Innocen. Panorm. Prep. & Doct. in d. c. ex literis. 1. & decisionẽ Rotæ. 4.. in nouis, quæ incipit extra Rotam.

Nec valet si dicatur prout vnus cõsulentiũ pro parte aduersa dicere conatur, quòd si verba dictarum literarũ modo pmisso intelligantur, tũc illa verba in eis posita, videlicet, tonse pericle, erunt superflua & nugatoria, cum certũ sit quod periculum † pecuniæ debitæ ante solutio 33 nem sit ipsius debitoris, cum sit debitor quantitatis, quę perire non potest. l. incẽdum. C. si certum petatur, & l. in ratione. §. diligenter. ff. ad leg. Falc. cum similib.

Cũ ergo ius odio habeat actus frustrarios, & cum verba ita debeãt intelligi, vt aliquid operentur. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priui. li. 6. etiam si debeant impropriari, secund. Bart. in l. 4. in §. prętor. ff. de damn. infect. ergo videtur quod huiusmodi verba intelligi debent taliter, quòd solutio fiat in loco celebrati cõtractus, & quod ea ibi facta in moneta ibi cursum habente, nuda traditio, seu solutiõis executio, vt verbis dicti domini cõsulentis vtar, fiat in oppido Bergen. sup. Zomam, quia dico quod dictus dominus consulens salua eius reuerentia sumniauit, & quòd turpe est præsertim viro Patricio causas orãti, ius scilicet in quo versatur, ignorare. l. 2. §. iur. ciu. scientiam, in vers. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. in fundamento iuris enormiter, & multipliciter errauit.

Præsupponendo primò, quòd vbi adiectus est certus locus in quo fieri debeat solutio, dist inctus à domicilio debitoris, quod nihilominus solutio posset fieri in domicilio debitoris, quòd est falsum & contra casum legis expressum, qnia non† 34 potest fieri solutio, nisi in loco solutiõi destinato, vt est tex. expressus, ad literã in l. is qui cer. ff. de eo quod cer. loc. itẽ præsupponendo secũdo, ꝙ creditor hòc casu teneatur die cõstituta ad recipiendũ solutionẽ ire, vel mittere ad domũ debitòris, quòd similiter est falsum, q̃a ius neminẽ arctat ad impossibile, iuribus vulgarib.

Sed ita est, quòd vbi certus locus solutioni fiẽdę destinatus est, ius arctat creditorem,

rem,ad comparendum in illo loco die cō stituta ad recipiendum solutionem, quādo creditor & debitor, sunt diuersi fori, & est debitum quantitatis, & est dies certa expressa, vel tacita à iure subintellecta, vt in casu præsenti, alias debitor non
35 constituitur in mora lapsum tēporis præfixi, non obstante, imò hoc † casu creditore non comparente sufficeret quod debitor in loco destinato solutioni compareret, vel mitteret & protestaretur coram notario & testibus, quod paratus esset soluere, si videret aliquem qui posset legitimè recipere pro creditore, d.l. is qui certo, iuncta l. item illa cum sua singulari.gl. ff.de consti.pecu.& ibi.Bart. Paul. de Castr.& Doct. & idem volunt Panor.& Do. Ioan.de Imol.in c.signific.de pigno. ergò clarè patet quod creditor vno eodemq; tempore non tenetur comparere, in loco domicilij debitoris, à loco solutioni destinato, forte multum distante & remoto.

Ex quo etiam sequitur quod debitor hoc casu non posset liberari faciendo protestationem de qua suprà de constituta ad soluendum in loco sui domicilij, cuius tamē contrarium dictus Dominus cōsulēs præsupponit, & malè.d.l.is qui certo iuncta d.l.item illa cum vtrobique no. per Doctor.

Cum ergo propter adiectionem loci destinatæ solutiōis, ipsi debitores teneātur pecuniam deferre ad illum locum, vbi alias quando non esset adiectus locus solutioni fiendæ, ipsi protestando in domo propria liberarentur, pręalleg.l.item illa, non incongruè nec superuacui adiectum est in dictis literis quòd hoc facere debent suis expensis & periculo, tū quia hoc tacitè inest, & sic deducitur in pacto secundum naturā contractus, tum etiam quia occasione tollendæ litis quæ in posterum, si id expressum nō esset, oriri posset id cautè pro abundāti cautela expres-
36 sum est. quæ † abundans cautela in contractibus non notat. l. testamentum cum sua.glo.C.de testament.hinc pulchrè dicit text.in l.pediculis.§.Labeo.ff.de auro & argen.lega. quod non mutat substantiā rerum, non necessaria verborum multiplicatio.

Hinc etiam pulchrè ad propositum dicunt.Hostiens.Ioann.And.& Domin.Anton. de Butr. in c. nimis.primò, de excess. pręla.quòd in instrumentis, literis, & priuilegijs non possunt nimis specificari specificanda, ad tollendam sophisticam interpretationem malignorum, secundum eos per quos tollitur obiectum, quo dici- 37
tur, quod verba † debent aliquid operari, & c.quia dicta regula fallit, quando aliquid exprimitur ex his quæ dependent à volūtate vel tacitè insunt. & fit expressio ex super abundanti, tunc enim talia verba nihil operantur secund. Dominic. in d.c.si Papa, & est text.in l.3.ff.de lega.1.

Ea enim quæ causa dubitationis tollēdæ in contractibus inseruntur, ius commune non lædunt.l. qui mutuam.in prin. ff.mand.

Ex quibus profecto redditur rediculosa cauillatio & sophistica interpretatio. dicti domini consulentis quia dicit quod solutio fieri debet in loco celebrati contractus, & executio eiusdem in oppido Bergens.suprà Romam. Quod vltrà prius dicta deduco aliter.& primo sic, quia in dictis literis vnico constructu & eadem oratione seu conceptione verborum dicitur, quod solutio & deliberatio fieri debebit in dicto oppido Bergensi.ergò clarè patet solutionem & deliberationem, in eodem loco fieri debere, ne aliàs sequatur absurdum, quod vna † & eadem 38
res diuerso iure censeatur, contra l.eum qui ædes.ff.de vsucap. & quod sequentia non declarent præcedentia, maximè eodem construct. seu conceptione verborū in eadem oratione posita, contra l. si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.

Tum etiam, quia dispositio etiam plurens orationes habens debet vniformiter intelligi, nec est cauda separanda à capite, vt ad aliud referatur principium, & ad aliud finis, vt dictus dominus consulens facit & malè .tex est notabil. & ibi gloss. Panorm.& Docto.in c. maiores circa medium, de baptis. Tum etiam quia quotiens

39 ens † vna determinatio sequitur duo determinabilia, in dubio determinat vtrunque, in casu quo potest, æqualitate seruata, text. est notab. & ibi Bart. Bald. Paul. de Castr. Ioan. de Imo. Alex. & Docto. in l. in hoc iure, ff. de vulg. & pupil. Sed sic est præcisè in casu præsenti, ergo, &c. cuius contrarium ipse dominus consulens, etiam vult, & malè.

Tum etiam, quia vt suprà dixi, & dicta interpretatione sequitur absurditas, impossibilitas & repugnantia, ergo est respuenda, l. vbi repugnantia, ff. de regul. iuris, cum similibus: imò quod fortius est, si somniemus, vt fortè dictus dominus consulens somniauit, quod ante illa verba, te leueren, &c. in huiusmodi literis posita sit pûctus, tamen adhuc huiusmodi interpretatio conuincitur esse sophistica, cum pun-
40 ctus † habeat vim copulæ, & idem operetur, vt est glo. ordinaria in l. cum duobus, in §. si in coeunda, & ibi Bart. & Doctor. ff. pro soc. & glo. in l. precia rerum. & ibi Alexan. & Doctor. ff. ad leg. Falcid. & voluit Bald. in l. placet, in fin. C. de sacrosanct. eccles. Sed sic est, quod de natura copulæ est denotare, quod eadem sit qualitas in casu posteriori, quæ est in casu præcedenti, & econtrà. de primo est text. notab. in l. Seię, in §. Gaio, ff. de fund. instruct. & de secundo est gloss. ordinaria, in l. si sic. in princi. ff. quemadmodum seruit. amitta. quam refert & sequitur dominus Ias. in l. iusiurãdum, quod ex conuentione, in §. procurator, ff. de iureiurand.

Sed si in dictis literis antedicta verba, te leueren, &c. esset hæc copula, ende, res esset clarissima, vt patet ad sensum, ergo etiam & nunc res debet censeri esse clara, si dicamus ibi esse punctum, qui habet, vt dixi, vim copulæ, & multò fortius res est clara, si ibi non fiat punctus, sed vnico cõstrictu & conceptione verborum sine pausa seu suspensione dicta oratio soluta pronuncietur, prout verisimiliter à partibus contrahentibus fuit intellecta: quemadmodum etiam communiter, & à quolibet rectè sapienti intelligeretur. Ad quam communem intelligentiam, de iure recurrẽdum est præallegato c. ex literis primò. Ex quibus omnibus concludo solutionem dictorum redditúum fieri debere de iure in florenis, & valore in oppido Bergensi suprà Zomam, loco siquidem destinatæ solutionis cursum habente.

D. NICOLAI EVERHARDI
PRAESIDIS MECHLIN.
CONSILIVM CV.

SVMMARIA.

1 *Legatum in certa consistens meneta, solui debet iuxtà valorem tempore conditi testamenti currentem.*

2 *Legatum pro libus naturalibus factum, censetur factum in recompensam alimentorũ, ipsis debitorum.*

3 *Testator non præsumitur nimium suos hæredes grauare voluisse.*

4 *Verisimilitudo pro lege vel pacto expresso habetur.*

5 *In legatis vniuersalibus attenditur tempus mortis testatoris: in particularibus autem tempus conditi testamenti.*

6 *A communi Doctorum opinione in iudicando non est recedendum.*

7 *Ludouicus Romanus nouitatum inuentor, & propriæ mniti sapientiæ dicitur.*

8 *Doctorum lecturis plus creditur, quam consilijs.*

9 *Quando vnum & idem est in obligatione, & solutione, tunc non potest nisi vnum tempus in consideratione haberi.*

10 *Ex separatis non fit bona illatio.*

CAsus mihi ad desuper consulendum oblatus talis est. Matthæus Anya suum cōdens testamentū, de Anno Domini 488. quo tempore pecunia erat leuis, inter alia relicta sua tale fecit legatum, per talia, vel in effectu similia verba: Similiter idem Matthæus testator voluit & ordinauit, quod Lucia, Elizabeth, & Maria proles ipsius testatoris à prænominata Rosaliera procreatę, ab ipsius testatoris hæredibus, & bonorū apprehensoribus, in singulis nutrimenti, victus & vestitus necessarijs, gubernari debeant, donec ad statum aliquem se diuerterint ecclesiasticum aut secularem. Et cum ad statum huiusmodi se diuerterint, extunc dedit & legauit idem testator cuilibet prolium sexaginta libras grossorum monetæ Flandriæ semel dandas, substituēdo ad vnum easdem proles vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, &c. Modò tempore quò cessit dies legati, pecunia fuit ponderans & plus valens, quam valeret tēpore legati facti. Quare quæritur, in quo valore fiet solutio istius legati, an in valore currente tempore legati facti, an verò in valore currente tempore legati cessi.

In quo articulo, amissis superfluis, quia coram prudentissimis iudicibus pendet quęstio. respondeo † breuiter & dico, 1 deberi monetam in valore & æstimatione qui vel cursum habuit tempore conditi testamenti. Iuribus, rationibus, & authoritatibus infràscriptis. Iuribus hoc probo. Primò per text. clarum, in l. vxorem, §. testamento, ff. de lega. 3. Secundò per l. nomen debitorum, §. 1. ff. illo eodem titul. Tertiò, per l. medico, in prin. cum ibi not. ff. de auro & arg. legat. qui text. omnes loquuntur in materia vltimarum volunta. & dicunt, tempus testamenti debere attēdi. Quartò pro isto benè facit c. olim, & c. cum canonicis. de censi. arguendo à contractib. ad vltimas voluntates affirmatiuè. quòd argumētum est validum in iure, l. seruum filij, §. eum cui chyrographum, ff. de leg. 1. & l. fi. C. de lega. cum similibus. Rationibus autē hoc probo medijs infrà scriptis.

Primò, † quia huiusmodi legatum relictum est per testatorem suis prolibus naturalibus in recompensam alimentorum, eis de iure Canonico per testatorem eorū patrem debitorum, iuxtà ea quę habentur & notantur in c. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam pollu. per adult. præstandum quidem ab hæredibus suis. Modò sic est, quòd † in dubio testator videtur minus quo potest hæredes suos grauare, l. apud Iulianum, §. scio. ff. de lega. 1. & l. nummis, ff. de lega. 1. cum similibus, sed tempore conditi testamenti, valor pecuniæ fuit minor, vt patet in themate, ergo, &c. 2 3

Secundò, quia huiusmodi legatum relictum est in recompensam alimentorum, vt dixi, sed recompensa non potest fieri, nisi fiat per pecuniam certam & inuariabilem arg. l. 1. ff. de contrah. empt. Ergò necessariò debemus dicere, quod testator intellexit de moneta tunc currente, per quā rationem idem consuluit dom. Parnormi. in dispositione legali, vt patet in cons. suo 56. secundi volum.

Tertiò illud ostendit verisimilitudo, quæ in talibus pro lege habetur, l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. & l. in obscuris. cum ibi not. eod. tit. cum similib. Non ęnim est verisimile, † quod testator senserit de alia moneta, quam de illa quæ tempore conditi testamenti cursum habuit, vnde succedit regula. de qua in l. tale pactum, §. fin. cum sua singulari gl. ff. de pac. quæ habet, quod illud habetur pro dispo- sito, quod verisimiliter fuisset dispositum, si de hoc disponens fuisset interrogatus, quam gl. ibi valdè commendant Bald. Paulus de Cast. Ias. & Dd. dicentes eam procedere, nedum in legibus statutis, sed etiam in conuentionibus, pactis, rescriptis, & vltimis voluntatibus, de quo quo ad casum præsentem in materia vltimarum voluntatum, est optimus text. secundùm intellectum Bart. & Bald. & aliorum, in l. fina. C. de posthu. hæred. institut. in l. Titius. §. Lucius, & ibi Paul. de Castr. & Alex. de Imol. ff. de lib. & posthu. 4

Præterea authoritatibus hoc corroboro, nam in primis ita in terminis nostris con-

consuluit consummatissimus Doctor Olpardus de Laude, in cons. suo 31. per iura suprà allegata. Secundò hoc idem per eadem iura tacito authore vult Ioan. Andr. maximæ authoritatis, in addit. ad Spec. in tit. de oblig. & solut. in §. nunc aliqua, circa fin. Tertiò istud etiam in terminis nostris vult Panormit. in d. c. olim, in primo notabili, de censib. & idem Panormi. in c. quanto, in penulti. colum. de iureiuran. & idem ibi vult Ioan. de Imol. circa finem, remittens ad Ioan. Andr. in passu suprà allegato. Quartò istud etiam apertissimè firmat dominus Iason in l. cùm quid. in vlti. colum. ff. si cert. pet. post Alberic. de Rosate, & Ludouicum de Roma. ibi, & alios per eum relatos, allegans pro hac decisione


5 vltrà alios theoricam † glos. ordinariæ in l. penult. super verbo, cedit, ff. de fund. instruct. quæ habet quod licèt in legatis vniuersalibus attendatur tempus mortis testatoris, vt ibi, in legatis tamen particularibus, quale est illud de quo est quæstio, attēditur tempus conditi testamenti.

6 Et quia hæc est cōmunis opinio, à qua in † iudicando non est recedendum, iuxtà notata per Ioan. Andr. Panorm. & alios in c. 1. & in c. ne innitaris, de constitu. & vult Bart. & legistæ in l. fin. C. de pœn. iudi. qui malè iudic. superuacuum putaui amplius circa istud instare. Nā licet circa hanc materiam mutationis seu variationis monetæ, plura & diuersa scribantur per Doct. tam legistas, quàm canonistas, in diuersis passibus per dominum Alexā. de Imol. in d. l. cum quid, plenissimè commemoratis, & omnibus notis, tamen in casu præsenti, putà testamenti, seu vltimæ voluntatis, hæc est vera & communis opinio, vt dixi. Et ergo, meo iudicio superuacuis laborat impendijs, qui (vt ita loquar) solem facibus certaret adiuuare, c. si omnia, 6. quæstio. 1. cum similib.

7 Licèt enim Ludouicus de Roma. † notatum inuentor, in hoc casu voluerit debere attendi tempus solutionis, in singulari suo 519. incipiente, quod tempus inspiciatur, &c. & in consi. suo 123. motus per l. cum certum, ff. de aur. & argen. leg. tamen à dicta communi opinione non est recedēdum in iudicando, vt dixi. Tum quia ipse Ludouicus singularis est & propriæ innitens prudentię, contra doctrinam Salomonis, de qua Prouerb. 3. cap. & in d. c. ne innitaris: vnde ei accidit quod scribitur Ecclesiast. 4. cap. & c. 2. de statu monach. Væ soli qui cum ceciderit, non habet subleuantem se.

Tum secundò, quia ipse eidem contrarium ponit in lectura in prællega. l. cum quid, vt dixi, in dubio magis † credendū est, in lectura, vbi nulla affectione motus, veritatem præsumitur dixisse, quam in cōsilijs ad requisitionem partis sæpè affectuose datis. Tum tertiò, quia non respōdet ad iura suprà allegata, sed duntaxat volatili verbo, dicit ea non facere, quo nihil facilius. 8

Tum quartò, quia d. l. cum certum, per quam mouetur, nihil facit, cum loquatur in casu omninò diuerso à casu pręsenti, putà quando massa vel corpus argenti legatur, quo casu massa est in obligatione, sed æstimatio in solutione, vt est text. in l. 1. ff. de aur. & arg. lega. nos autem sumus in casu, quando † vnum & idem est in obligatione, & in solutione, puta quando quantitas, vt quantitas legatur, quo casu non potest nisi vnum tempus in consideratione haberi, quod verisimiliter est tempus, cōditi testamenti, seu factæ dispositionis, ex qua agitur, l. fundum Cornelianum. in fin. vbi text. singu. ff. de noua. & volunt Doct. in l. ergo cum in diem, ff. de verb. oblig. in casu autem d. l. cum certum, contrario verisimiliter in consideratione fuit tempus solutionis, cū tunc primùm constare posset, an massa seu corpus, an verò æstimationem soluere velit hæres. tā ita est, † quod ex separatis nō fit bona illatio, l. neq; natales, C. de proba. & l. non hoc, C. vnde cogna. cum simil. Ex quibus concludo, tempus conditi testamenti in casu præsenti debere attendi, & sic solutionem fieri debere in valore librarum tum cursum habentium. 9 10



IACOBI MENOCHII CONSILIVM XLVIII.

LIBRI PRIMI.

SVMMARIA

1 *Monetæ valor intrinsecus quando considerari debeat, vel tempore contractus, vel potius solutionis, & nu. 9 & per totum consilium.*

2 *Valor monetæ de facili à Principe mutari potest.*

3 *Valor monetæ diminutus præsumitur ex diminutione ipsius monetæ.*

4 *Contrahentes quo ad valorem pecuniæ, vel aliarum rerum, dicuntur considerare tempus præsens, non futurum.*

5 *Augmentum futurum non cedit lucro emptori, sed venditori, quia illud tantum venditum intelligitur, quod extabat tempore contractus.*

6 *Contrahentes contrahendo non dicuntur cogitasse, mutationem monetæ futuram.*

7 *Solutio canonis emphyteutici, cuius monetæ sit facienda, vel tempore contractus, vel tempore solutionis.*
Quid si dictum sit, promitto Florenos Sabaudiæ.

8 *Valor pecuniæ mutuatæ consideratur secundum tempus mutui, non restitutionis, nu. 6. & 54.*
Idem in contractu emptionis & venditionis nu 46.
Idem in contractu retrouenditionis, & nume. 48.
Idem in restitutione dotis, vt consideretur valor temporis contracti matrimonij, & num 49.
Idem in moneta legata, vt consideretur valor temporis testamenti, & numer. 58.

9 *Monetæ, seu eius valor, quomodo dicatur mutari intrinsecè, & extrinsecè.*

10 *Solutio monetæ secundum eius valorem, vel tempore contractus, vel solutionis consideratur, ex tenore obligationis, qui diligenter perspici debet.*

11 *Pecunia soluenda pro quantitate florenorum contenta in obligatione, dicitur æstimata.*

12 *Pecunia æstimata non consideratur vti pecunia, sed vti summa contenta in obligatione, adeò vt si augeatur, vel minuatur pecunia, illa summa semper debetur.*

13 *Libræ non æstimantur per florenos, vel ducatos, secus econtrà.*

14 *Aestimatio venditionem quandam facit.*

15 *Floreni, cuius sint valoris*

16 *Argumentum à contractu mutui ad contractum census valet.*
Immò maior est ratio in mutuo, quàm in censu quoad solutionem pecuniæ.

17 *Valor monetæ consideratur iuxta tempus solutionis, non cōtractus, quando adest consuetudo quòd debitor possit vnam speciem monetæ pro alia soluere.*

18 *Debitor potest vnam speciem monetæ pro alia soluere in regione Pedemontium, & hoc de consuetudine illius loci.*

19 *Quæ consuetudo etiam generalis est omnium aliarum regionum.*

20 *Solutio certæ quantitatis si sit facienda, & habetur de valore monetæ, quo tempore*

pore

pere considerari debeat, vel contractus, vel solutionis[,]praecedentes solutiones, vel sequentes habendae sunt in consideratione, quia valor aliàs consideratus, nunc quoq; considerari debet.

21 *Obseruantia subsequens declarat rem dubiam, quae obseruantia praescriptione omninò perfecta non indiget. & numero 22.*

22 *Dubitandum non est, de qua pecunia sit facienda solutio, cùm aucta sit, vel diminuta moneta in contractu census. & qua de causa.*

23 *Redditus sunt soluendi de moneta currenti tempore solutionis, non tempore contractus.*

24 *Et qua de causa.*

25 *Mutatio monetae tunc habenda est in consideratione, cùm tractatur de detrimento, & praeiudicio creditoris. & numer. 31.*

26 *Canallotti valent tres grossos.*
Mutatio monetae quomodo probetur, quòd intrinsecus non sit facta.

27 *Censuarius stante mutatione monetae, quomodo soluere debeat.*

28 *Argumentum à vera mente partium valet.*

29 *Mens contrahentium pro solutione pecuniae maximè considerari debet ob variationem monetae.*

30 *In obscuris sequimur, quod minimum est.*

31 *Aequitas prae oculis, Ecclesiasticis personis esse debet.*

32 *Intellectus ad c.olim causam, de censibus. & num. 35.*

33 *Minor praescriptio quadragenaria non sufficit contra Ecclesiasticam personam.*

34 *Valor monetae potiùs quàm eius fourma spectari debet.*

35 *Text. in d. ca. olim causam, an loquatur de valore monetae intrinseco, vel extrinseco.*

36 *Mutatio monetae quomodo probetur, quòd sit intrinsecùs facta.*

37 *Mutatio monetae est in detrimentum, & maximum scandalum populi, & ponitur exemplum Regis Aragoniae, qui mutauit pecuniam, & ex rescripto Innocen. III. reduxit ad pristinum valorem.*

38 *Mutatio monetae non considiratur, quando ex ea nullum praeiudicium oritur.*

39 *Intrinseca mutatio non habetur in consideratione, dummodò forma, & valor idem sit.*

40 *Moneta non deducitur in contractum, vel aliam dispositionem inquātum moneta, sed sub ratione valoris.*

41 *Cursus, & vsus monetae potius quàm materia, & substantia consideratur.*

42 *Auri appellatione, vel argenti veniunt, & vasa aurea, & argentea, non tamen aurei numi, seu argentei continentur.*

43 *Valor monetae an augeatur vel minuatur secundùm augmentum. & diminutionem ipsius monetae.*

44 *Moneta mutuò data si effecta vilior in valore intrinseco redderetur, non diceretur restitutum mutuū in eadem bonitate, qualitate, & substantia.*

45 *Valor extrinsecus monetae si ante moram augeatur, vel minuatur, an dicatur ad commodum, & detrimentum creditoris, vel debitoris.*

46 *Comodum debet sequi incommodum.*

47 *Relatiuum quilibet, se refert ad tempus contractus ratione substantiae actus.*

48 *Solutio in contractu retrouenditionis, quo tempore spectetur, vel contractus, vel solutionis, quando variatio est valoris monetae.*

49 *Dos an sit restituenda cum pecunia eiusdem valoris, cuius erat tempore, quo fuit constituta, vel tempore restitutionis.*

50 *Legatum pecuniae an soluendum sit iuxta valorem pecuniae tempore facti legati, vel tempo-*

tempore solutionis. & num. 52.

51 *Voluntas testatoris interpretatur secundùm tempus præsens non futurum.*

FACTI SPECIES.

MAgnificus, atque excellentiss. Iurisconf. D. Antonius Cerrudus ciuis Montisregalis Pedemontium obtinet permulta prædia à Reuerendiss. D. Episcopo Montisregalis, si ita in finibus oppidi Centalli sub annuo censu iam anno 1528. à suis antecessoribus in hæc verba constituto. Et hoc pro fictu, redditu, pensione, & censu annuali perpetuis temporibus Florenorū nouem centum, & quindecim monetæ Sabaudiæ currentis in partibus Pedemōtium soluēdis quolibet anno in festo S. Martini, in tantis scutis auri valentibus dictam summam nouem centum Florenorum, & quindecim.

Eo anno 1528. aureus valebat Florenos quinque cum dimidio: Et ideò censuarius soluendo aureos, soluebat centum sexaginta & octo aureos plus minus. Hodiè aureus valet Florenos nouem, ita quòd si censuarius soluit aureos centum tantùm numerare habet, & quid plus, Reuerendiss. D. Episcopus contendit esse sibi numerandos nouem centum, & quindecim Florenos, iuxta valorem antiquæ monetæ, ita vt valeat hodiè consequi centum & sexaginta octo aureos, vt olim. ipse verò Magnificus D. Cerrudus asserit teneri tantùm numerare nouem centum, & quindecim florenos monetæ nunc currentis, etiamsi non possit Reuerendissimus D. Episcopus consequi centum & sexaginta octo aureos, vt olim. Quæritur, quid iuris.

CONSILIVM XLIX.

Initium à Domino.



PERDIFFICILIS est, quæ nunc proponitur consultatio, an scilicet hæc census solutio fieri debeat secundùm valorem monetæ currētis eo anno 1528. ita vt habeatur ratio Coronatorum, nempè, vt tot hodiè possit Reuerendissimus Episcopus consequi quot olim. Et visum est aliquibus indubitati iuris esse, quòd solutio facienda sit de moneta currenti tempore illo celebrati contractus, hoc est anno 1528. vel secundùm illius æstimationem & bonitatem intrinsecam, ita Reuerēdiss. D. Episcopus tot consequatur coronatos hodiè, quot consecutus fuisset eo anno 1528. Quorum quidem opinio multis rationibus & argumentis non contemnendis probari videtur.

Primò, hac ratione & argumentatione satis solidas intrinsecæ deteriorationis monetæ † habenda est ratio, vt scilicet illa solui non possit loco pretiosioris, quę tempore celebrati contractus cudebatur, vt scribunt omnes in c. quanto. de iureiuran. & in c. olim causam. de censib. & hæc est * recepta Doctorum tam iuris Pontificij quàm Cæsarei, sicuti attestantur Socin. Sen. consi. 296. lib. 2. & Modern. Parisien. tracta. de vsuris, num. 749. Et creditur probari ex d. c. olim. & c. cùm, in Canonicis. de censibus, ac etiam in d. c. quanto. de iureiur. Ea etiam ratione vtuntur, quòd creditor graue damnum sentiret, si monetam viliorem & intrinsecus deteriroatam recipere cogeretur: quia euenire facilè posset, vt illa † edicto principis tollatur, iuxta l. creditor. ff. de solutio. Atqui in casu nostro moneta hęc noua quę nunc cuditur, est illa antiqua à censuario, promissa vilior & deterior. Quod vel ex eo constat, quòd hodiè valor aurei est maximè auctus: & auctus præsumitur ob id, quòd imminuta & vilior facta † est parua & minuta moneta, ex quo cuditur nunc deterioris ligæ quàm olim: quemadmodum

dum scribunt Brun. in tracta. de augmento, parte prima, declaratione sexta, versic. sed tunc solet, & versicu. sed maius dubium. Rub. consil. 17. colum. 2. versic. Verum tamen. Socin. Iun consi. 101. libr. 3. Tiraquel. in tracta. de retractu consang. §. 1. gloss. 17. nume. 27. Crauet. consi. 47. num. 6. & Natta consi. 302. & consi. 454. num. 6. lib. 2. ergò dicendum sequitur, esse soluẽdum de moneta antiqua, illius scilicet qualitatis & bonitatis, quę erat tempore celebrati contractus. Et si illa non reperitur præstari eius æstimatio ita debet, vt tot aurei hodiè comparari possint, quot olim.

Secundò, confirmatur relata argumen
4 tatio ea ratione, quòd contrahentes † non considerarunt tempus futurum, sed præsens tantùm: & secundùm illud contraxisse videntur, iuxta l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. cuius argumento respondit Decius consil. 4. nume. 3. augmen-
5 tum † futurum non cedere lucro emptori, cùm intelligatur solum venditũ, quod extabat tempore contractus. Qua de re scribit & Ripa in c. cùm M. Ferrariensis, nume. 27. de constitut. Ita ergò hoc in casu nostro conuentum videtur, vt soluatur de moneta currenti tempore contractus, atque ita secundùm illam bonitatem, qua pecunia eo tempore cudebatur.

Tertiò accedit, quòd valor aurei ob id præsumitur auctus, quòd imminuta est bonitas paruæ & minutæ monetæ: cùm fiat & cudatur nunc deterioris ligæ quàm olim, vt diximus suprà. Atqui contrahen-
6 tes † non videntur eo contractus tempore cogitasse hanc futuram monetæ mutationem & determinationem, iuxta l. cùm hic status. §. si sponsus. ff. de donatio. inter virum & vxorem, & post Salicetum in l. vltim. C. si certum peta. respondit Rubeus consil. 17. colum. 2. versicu. Verùm tamen. Immò non videtur verisimile, quòd contrahentes hi se subijcere voluerint tanto periculo mutationis monetæ, vt in specie respondit Calcaneus consi. 15. num. 15. versic. idem facit, quia. Ergò dicendum videtur, huius census solutionem esse faciendam secundùm valorem monetæ currentis tempore contractus, non autem secundùm solutionis tempora, quibus deteriorata & imminuta est moneta ipsa.

Quartò, adducitur in his ferè terminis Doct. Bruni in d. tracta. de augmento, parte prima incip. His sic præmissis. declaratione prima, num. 9. versic. item prædicta. cùm ait, in solutione † canonis em- 7
phyteutici numerandum esse de pecunia currenti tempore celebrati contractus, etiam si in specie nulli nummi sint promissi, sed in genere tantùm: vtputà si dictum fuit, promitto soluere decem Florenos Sabaudiæ. Brunum secutus est Socin. Iuni. consil. 142. num. 6. lib. 2. Et eo loci subiungit Brunus declaratione septima absolutè in solutione canonis emphyteutici esse præstandam monetam currentem tempore constitutionis emphyteusis. Quæ posterior assertio & doctrina fuit & aliorum. in l. 2. C. de iure emphyt. ibi Alber. num. 10. Ias. num. 91. copiosè respondit Calcan. d. consi. 15.

Quinto & vltimò accedit, maximè ad confirmationem præcedentis argumenti, multorum auctoritas in omnibus penè actib. siue inter viuos, siue in vltimis dispositionibus, quòd scilicet moneta solui debeat secundùm cursum illius temporis, quo contractus alterve actus conficitur & celebratur.

Ita enim cum mutuo † datur pecunia, 8
actum censetur, vt restituatur in eadem bonitate, qualitate, & quantitate secundùm tempus facti mutui, sicuti scribunt multi in l. cùm quid. ff. si certum pet. ibi Curti. Iun. numer. 23. & cæteri omnes. & communem * testatur Dida. in Commẽtarijs, Veterum collatio. numismatum, cap. 7. §. vnico, conclus. 3. *

Ita pariter & secundò in contractu emptionis & venditionis respondit Crauet. cõs. 47. vbi. nu. 6. adfert rationem, quæ huc spectat. idem scribit Corasi. libr. 4. Miscel. cap. 14. nu. 5. & præter eos Guid. Pap q. 593. Si fiat monetę. sic tertiò dicimus in cõtractu retrouẽditiõis. Tiraq. in trac. de retrac. consang.

consangui.§.1.gloss.18. numer.26. & Cagnolus in l.2. numer. 217.C. de pactis inter emptorem & venditorem. Et quartò idem asserunt permulti in restitutione dotis, vt scilicet in ea monetę specie restitui debeat, quæ tempore contracti matrimonij, dotisque numeratæ currebat: ita scribunt multi relati à Boer. quæst.327. nume.8. & ita in consil. Neapol. fuisse decisum testatur Afflict. decis.194.num.2.& Natta consil.454. lib.2. Et quinto idem dicimus de moneta legata à testatore, vt illius speciei præstanda sit, quæ currebat tempore conditi testamenti, l. vxorem.§.testamento, de lega.2.& l.si ita.de aur.& argen. legat. Bal.consi.pen.Coràm vobis. lib.1. Oldra. consil.31. Thema tale est. Alber. in l. cùm quid, colum.vlt.ff.si cer.pet.& in d.l.2.nu. 20.de iure emphy. Martin. Lauden. in tracta. de moneta, col.pen. Curt.Sen. in tract. de moneta, q.4. Socin.Sen.cons.6.libr.1.& Brunus in tract. de augmento, conclu.vlt. amplia.9. Hæc aduersus Magnifi. atque excellentem D.Cerrudum Censuarium dubitationem mouebant.

Re tamen ipsa diligentius perpensa, & examinata contraria sententia mihi magis placet, nempè, solutionem census hoc nostro casu esse faciendam ex moneta
9 nunc currenti, siue modo mutata † fuerit mutatione intrinseca, siue extrinseca. Est extrinseca (vt hoc ad faciliorem declarationem eorum, quæ dicturus sum, explicem) cùm ipsius monetæ valor augetur, vel minuitur. Intrinseca verò, cùm valor non mutatur, sed materia vel preciosior, vel vilior efficitur, ita declarant omnes in l.cùm quid.ff.si certum peta. Bartol. in l.Paulus, numer.6.ff. de solut. & communem * esse testatur Didac. in commentarijs, Veterum collat. numismatum, cap.7. colum.vltim. qui & eiusdem sententię recenset Brunum in d.tracta. de augmento, parte 1.conclus.vlti. colum. 5. Etsi de hac partitione, & denominatione dubitauerit Moder. Paris. in tract. de vsuris, num.696. Quod autem huius census solutio fieri debeat de moneta his tēporibus currenti multa suadent.

Primò considero obligationis tenorē, qui est diligenter considerandus, cùm † 10
controuersiæ de monetæ solutione, & censu sus pręstatione ab illo maximè pendeant, atque diffiniantur, sicuti scribit Boer. q. 327. nu.10. versi.& ideo debet. Et ante eum Bal.consi.213. Punctus quæstionis. in fi. lib. 5. Verba autem obligationis in facti specie relata, hæc sunt.

Et hoc pro fictu, redditu, pensione, & censu annali perpetuis temporibus florenorum nouem centum & quindecim Sabaudiæ current in partibus Pedemontium, soluendorum quolibet anno in festo sancti Martini in tātis scutis auri solis, & de sole valētibus dictam summam nouem centum florenorum, & quindecim.

Quæ sanè verba florenorum nouem centum soluendorum in tantis scutis auri, &c. Significant, florenos esse in obligatione positos: scutos verò, seu aureos in solutione. Nam aurei † illi dati censentur, vt æstimati per illam summam nouem 11
centum florenorum. Quemadmodum scribunt Bartol. in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, numer.3.ff. de solutionib. Brunus in tracta. de augmento, in 2. præsupposito, nume.9. qui egregiè declarat. Et pulchrè respondit Ruinus consi.65. nume.8.libr.2.& consil.134.nume.3.& nume. 5. libr. 4. Atqui cùm promissa hæc moneta sit æstimata, † siue illius valor augeatur, siue minuatur: attamen nil plus, quàm 12
summa nouem centum, & quindecim florenorum sub illa obligatione continetur. Ita egregiè docuit Bartolus in l. Paulus, nume.10.ff. de solut. dum ait, quòd si mutuo dedi tibi centum libras in florenis: illi floreni dati censentur vt æstimati, & ideò non possum à te petere, nisi centum libras, siue modò auctus sit tempore solutionis valor floreni, siue imminutus. Bartolum secutus est Castrensis ibi in fine, qui egregiè nostram hanc controuersiam diffinire mihi videtur. Si debes (inquit Castrensis) mihi monetam minutam, putà centum libras, & tempore morę de centum

tum libris potuissem acquirere viginti ducatos (lego enim viginti, & non centum, vt vulgati, & corrupti codices habent) quia non valebat ducatus, nisi quinque libras, posteà creuit æstimatio, & non possum habere viginti ducatos. Verùm possim petere interesse? Inquit Castrensis, non posse, ex sententia Bartoli ibi. Ea ratione, quòd non creuit æstimatio librarum, quæ debentur, quia libræ † non æsti-
13 mantur per florenos, vel ducatos, sed econuersò. Et ideò augmentum est circa æstimationem alterius, quàm eius quod debetur. atque ita creditor nullum damnum sentit. Idem responderunt egregiè, & pulchrè Socin. Senior consil. 6. colum. vltim. lib. 1. & Curtius Iun. consi. 24. num. 6. qui quidem Curti. in nostris his terminis solutionis census respondit. & ibi numer. 7. recenset Castrensis doctrinam. Et clarius idem asserit Didac. d. tracta. Veterum collati. numismatum, cap. 7. §. vnico, conclus. 9. scribit hæc verba, centum libræ traduntur in florenis, eam significationem habere, quòd illi floreni traditi, nec pluris, nec minoris æstimantur, nec vnquàm æstimandi sunt quàm centum libris. Et ideò tempore solutionis sufficit tradere centum libras, etiam si floreni pluris æstimantur hoc solutionis tempore, quàm illo celebrati contractus. Et eò loci Didacus asserit post Brunum in tracta. de augmento, parte 1. limitat. 8. esse communem * opinionem cum Bartolo. Quibus accedunt Bald. consi. 213. Punctus quæstionis, lib. 5. Aretin. consi. 84. colum. pen. versic. Venio igitur ad secundum. Curti. Sen. in tracta. monetarum, quæst. 11 Socin. Sen. consi. 298. libr. 2. qui alios eiusdem opinionis recenset. Quamquàm Boer. quæstio. 327. nume. 10. dissentire videatur. Sed Modern. Paris. in tracta. de vsuris, nume. 375. scribit non esse à communi * recedendum reiecta Boerij opinione. Cuius quidem sententiæ communis ratio illa est,
14 æstimatio † venditionem quandam facit, l. si æstimatis. & l. æstimatæ. ff. solut. matrim. Et ideò debitor solùm tenetur eam æstimationem soluere, non autem rem æstimatam: atque ita sufficit præstare nouem centum florenos, licèt ex centum florenis tot aurei haberi hodiè non possint, quot olim. Nam & econuersò, si aurei valor esset diminutus, totum lucrum augmenti acquisitum fuisset domino. Cùm æstimatio, quæ emptionem facit, in eum & damnum, & lucrum futurum transtulerit, d. l. si æstimatis. & l. æstimatæ. ff. solut. matrim.

Secundò, vel ex eo in hanc sententiam adducor, quòd hoc in casu nostro in obligatione nulla adest certa species monetæ. Sunt enim promissi nouem centum floreni. Quorum quidem florenorum nulla est certa species, & forma in hac regione Pedemontium: cùm nullus sit nummus, qui florenus dicatur. Nec compertum habeo, quòd aliquo tempore, præsertim eo tempore contractus, cussa fuerit aliqua moneta, quæ floreni nomen obtinuerit. Et ideò, quemadmodum eo tempore illi nouem centum floreni promissi solui poterant ex quauis moneta, ita & nunc. Ea est ratio, quòd tantùm ipse dominus hodiè consequitur ab his censuarijs, quantùm olim: ex quo non potest dici moneta hæc mutata, vel in valore intrinseco, nempè in ipso metallo, cùm non sit florenus certus nummus: vel in ipso valore extrinseco, scilicet in æstimatione, quia florenus † ita valet hodiè 15
grossos duodecim, vt olim. Et hoc fortè illud est quod dicere voluit Socin. Seni. consi. 6. nume. 4. versicu. & hoc faciliter. lib. 1. Cùm ergò nulla mutatio intrinseca, vel extrinseca considerari possit, frustrà cōtenditur, quòd ratione damni solui debeat antiqua moneta, & si illa non reperitur eius æstimatio & valor.

Tertiò, mouet me non parum argumentum † à fortiori ductum à contractu mu- 16
tui ad contractum census. Est enim maior ratio in mutuo, vt restituatur eadem bonitas & qualitas, quæ fuit data mutuo, quàm censu, in quo nulla fuerit data moneta, ad quam haberi possit relatio, vt in specie sensit Curtius in consil. 24. nume. 6.

versic. accedit ad confirmationem. & infrà repetam. In mutuo ergò extat communis * hæc sententia, quòd valor monetæ attendatur secundùm tempus mutui, non autem restitutionis, quemadmodum attigi suprà vltimo argumento partis aduersæ. Hæc tamen * communi sententia non procedit, quandò adest consuetudo in regione, quòd debitor possit vnam speciem monetæ pro altera soluere. Nam
17 tunc tempus † solutionis & non contractus attenditur. ita scribit Barto. in l. cùm certum. ff. de auro & argen. lega. Si extat consuetudo (inquit Bartolus) quòd si tibi debeo quatuor libras denariorum possim tibi soluere vnum florenorum & contra. Pone, quòd tibi promisi quinquaginta ducatos, iam sunt duo anni, modo volo tibi dare secundùm æstimationem præsentem, creditor vult secundùm æstimationem, quàm valebat florenus tempore promissionis. Certè (inquit Bartolus) potest debitor soluere secundùm æstimationem, quàm valet nunc. Est ergò Bartol. in hac sententia, esse spectandam pecuniæ æstimationem secundùm tempus solutionis, non autem contractus: quandò scilicet ex consuetudine est data facultas soluendi vnam speciem pro altera. Et Bartol. in d. l. cùm certum. secuti sunt Baldum cons. 269. Super eo quod quæritur, libr. 2. & consil. 213. Punctus quæstionis, libr. 5. Antonius Burgos in c. cùm dilecti, nume. 39. de emptio. & vendit. Calcane. consil. 15. nume. 7. & ibidem numer. 48. declarat Curti. Iun. consi. 104. num. 6. versi. confirmantur præmissa. & ibidem in fine, vbi & eiusdem opinionis recenset Roma. consi. 123. colum. 3. versi. Hoc autem maximè. Eam esse opinor huius sententiæ rationem, quòd consuetudo hæc facit, ne plus sint in obligatione aurei, quàm floreni, vel libræ. Atque videtur tacita illa conuentio iuxta legis dispositionem, de eisdem aureis vel florenis mutuo datis restituendis ex hac consuetudine immutata. Et ideò eo tempore contractus potuisset debitor restituere libras, vel florenos pro aureis mutuo acceptis, & econtrà. Ita & hodiè, nempè solutionis tempore restituere potest vnam speciem pro altera. Sed in hac regione † 18
Pedemontium extat hæc consuetudo, vt censuarij, qui tenentur soluere centum aureos possint soluere tot florenos, quibus conficiatur illa summa centum aureorum: & econtrà: si tenentur soluere mille florenos, possint præstare tot aureos, qui faciant illam summam mille florenorum. Quemadmodum quotidiè obseruari videmus. Imò hæc † est vniuersalis prope 19
totius terrarum orbis consuetudo in cæteris contractibus fortioribus, nempè mutui, & similium. Ita generalem esse consuetudinem testatur Baldus in l. libera, nume. 6. versicu. item quia consuetudo. C. de senten. & interloc. omn. iudic. post glo. l. si quis argentum, in princip. C. de dona. & in l. Paulus. ff. de solut. Bartol. Alexand. Aretin. Socin. & Purpur. in l. 2. §. 1. ff. si certum petatur. Butri. & Abbas in c. quanto. in fine. de iureiur. Angel. Clauas. in summa. in verbo, pecunia, in fine. Martin. Laudens. in tracta. de monetis, nume. 5. qui asserit, ita esse consuetudinem totius mundi. Curti. Seni. in tracta. monetarum, quæstio. 9. Afflict. decis. 90. num. 5. Boer. quæst. 327. colum. 3. versic. tamen de consuetudine, & Didac. Couar. in illis commentarijs, Veterum collatio. numismatum, cap. 7. §. vnico, conclus. 1. Nec de huius obseruantiæ & consuetudinis viribus est dubitandum, etsi dubitauerit Rubeus consil. 17. colum. vltim. & Moder. Paris. in tracta. de vsuris, numer. 708. cùm tot grauissimi Iurisconsulti eam probauerint. Quinimmò admisso quòd viribus non subsisteret, negari adhuc non potest, quin posteriores contrahentes eam præ oculis habentes, eam secuti sint: & secundùm eam contraxerint. Quemadmodum ergò in casu nostro erat in facultate censuarij iam ab initio tempore illo celebrati contractus soluere vnam monetæ speciem pro altera: ita & hodiè posset, si ad aliam quàm ad illam florenorum ex constitutione census teneretur. Et per consequens hinc sequitur, quòd nil refert, quòd aureus sit auctus, quia floreni pro aureis dari possint,

ſint,vt econtrà. Et idem ſenſit Crau.conſi. 44.nu.5.

Quartò, admiſſo rem eſſe dubiam, quam tamen claram ex iam relatis ad fauorem Cenſuarij exiſtimo, adhuc dicendum eſt, ſoluendum eſſe cenſum de moneta nunc currenti. Nam ex tot † ſubſecutis ſolutionibus declarata fuit hæc ambiguitas: cùm non ſolum decennium, ſed etiam à die celebrati contractus in hanc vſque diem ſoluta ſemper fuerit moneta currens ſolutionum temporibus. Eſt inquam hæc ambiguitas declarata, vt ſcilicet intelligatur promiſſa moneta currens tempore ſolutionum. Ita egregiè ſcribunt Bald. in l.ſi certis annis, nume.9. C.de pactis. & Martin.Laudenſ.in terminis in tractatu monetarum, nume.31. qui hanc facti ſpeciem recenſet. Titius promiſit centum florenos omni anno, nec fuit dictum, de quo floreno intelligeretur: fuit facta per decennium ſolutio floreni aurei. cenſuit Laudenſis, promiſſionem illam cenſeri factam florenorum aureorum, ex quo ita ſemper perſoluit: quæ quidem ſolutio ita mentem fuiſſe partium declarauit. Et ſubiungit Laudenſis, quòd ſi promiſſio eſſet clara, & aliud ſolui contigiſſet: opus eſſet, quòd inter priuatos decurſi eſſet anni triginta, inter priuatum & Eccleſiam quadraginta (vt penè decurſi hic ſunt) ad hoc vt illi promiſſioni præſcriptum cenſeatur. Baldus & Laudenſis doctrinam probarunt, Brunus in tracta. de augmento monetæ, in prima particula, numer. 6. qui in claris noſtris his terminis loquitur. & idem in 3. limitat. nume.8. & ita reſpondit Collegium Papienſe in conſilio impreſſo poſt relatum tractatum Bruni, eſt colum.3.verſicu. prædictis non obſtantibus, quo loci & alij plures præter Baldum & Laudenſem, & Curti. Senio. iin tractatu monetarum, quæſt.vlti.recenſentur. Quibus accedunt Socin.Sen.conſi.50.num.9.lib.4.Iaſ.in l.2. num.174.C.de iure emphyt. Decius in l.ſi certis annis, nume.14. C.de pact.Rub.conſil.75.nume.2.clarè in terminis Natta conſil.192.num.2.lib.1.qui alijs ſimilibus comprobat. Quæ ſanè ſententia vel ex eo confirmatur, quòd hæc dicitur quædam interpretatio rei dubiæ, † quæ à ſubſecuta obſeruantia prouenit, & quæ quidem obſeruantia præſcriptione omninò perfecta non indiget. ita in ſpecie conſiderat Aret. conſ.11.colum.3.verſicul.Sed tamen ex ſuperabundanti. idem reſpondit Socin.Sen. conſil.145.libr.1. quos ſecutus eſt Crauet. conſ.101.num.4.& conſ.18.num.2.& conſ. 211.in fin.

20 (left margin, beside "Nam ex tot † ſubſecutis"); 21 (right margin, beside "interpretatio rei dubiæ, †")

Quintò, ſuffragatur non mediocriter, quòd in claris his terminis reſpõdit Curtius Iun.conſil.24.nume.6. vei ſicu.accedit ad confirmationem. Cùm ſcribit, hanc diſceptationem † mutationis monetæ intrinſecæ & extrinſecæ non eſſe faciendam in his contractibus cenſuarijs, dum in eorum celebratione & conſtitutione nulla numeretur monetæ ſpecies, cuius deinde valor augeatur vel minuatur. Et ideò, ait Curtius, hæc diſceptatio ſolùm fieri debet illis in caſibus, in quibus vel depoſitæ, vel mutuo datæ pecuniæ fuerunt. Cùm tunc maximè interſit creditoris, quas pecunias recipiat, quod non contingit in caſu conſtitutionis cenſus, cùm ſpecies certæ monetæ non eſt promiſſa, & nulla præceſſit, ad quã relatio habita credatur. Et ſubiungit Curti. ex doctrina Salicet. in l.vltim. ad finem.C. ſi certum petatur. & in l.quicunque, colum.2. verſicu. quæro, quomodò hodiè practicabimus.C.de ſeruis fugitiuis. Cùm dixit, quòd vbi nota eſt æſtimatio monetæ antiquæ, tunc ſecundùm illam eſt facienda ſolutio. Sed vbi nota non eſt, tunc debet ſolui de currenti, tanquam ſubrogata loco antiquæ. Nec huic argumento obſtat c. cùm in Canonicis, & c. olim cauſam. de cenſibus, quia infrà ſuo loco declarabimus. 22

Sextò accedit, quòd nec ratione mutationis monetæ ob intrinſecam bonitatem habenda eſt hic ratio monetæ antiquæ. Quod vt dicam, mouet me ſumma auctoritas Geminian. conſil. 137. Quia alias.& Roman.conſil.123. Circa primum. qui quidem ambo in eadem facti ſpecie

noſtræ non diſſimili ita reſponderunt. Ex contractu à Pont. Max. approbato mona-
23 ſterium † Sancti Antonij tenebatur tradere monaſterio Montis maioris tot prædia, ex quibus ſumma mille trecentorum librarum Turonenſium annui redditus perciperetur. Et interim, donec prædia traderentur, quòd monaſterium Sancti Antonij numeraret quotannis illas libras mille & trecentum, eò contractus tempore moneta erat precioſior, deinde paulatim facta fuerat vilior intrinſecus, cum pro quarta parte imminuta fuiſſet, ita vt quindecim ſolidi veteris monetæ valebant viginti ex nouis, & econtrà viginti, ex nouis ſolùm quindecim ex antiquis æſtimabantur. Reſponderunt tamen Geminia.& Roman. ſufficere, quòd ſolueretur redditus ex moneta currenti tempore ſolutionis, atque ita è moneta recen-
24 ti & noua. Ea præcipua † ratione moti ſunt, quòd ille annuus redditus conſtitutus fuerat, ratione habita ad perceptionem fructuum (quemadmodum verè contingit in caſu noſtro.) Et ideò licèt moneta intrinſecùs mutata fuerit: attamen obligatio fructuum ſiue prædiorum afferentium fructus tot librarum non fuit interim aucta. Et ſi ab initio tradita fuiſſent prædia tanti redditus, & poſtea fuiſſet intrinſecus imminuta moneta: non tamen propterea fuiſſet auctum precium fructuum: nec redditus maior factus. Et per conſequens non tenebatur monaſterium Sancti Antonij maiorem ſummam ſoluere. Geminiani Romani reſponſa probauit Modern. Pariſienſ. in tractat. de vſuris, numer. 809. Et verior eſt hæc Geminiani & Romani ſententia, etſi in eadem met facti ſpecie contrarium reſponderit Abb. cõſ. 59. Quòd ſolutio fieri, lib. 2.

Septimò huc maximè ſpectat, quòd dominus cenſus nullum ex hac intrinſeca mutatione monetæ ſentit damnum: & ob id huius mutationis nulla eſt habenda ratio. Nam quod ſcribunt Doctores habendam † eſſe rationem monetæ, cùm imminuta fuit intrinſecus, locum habet quandò ex ea mutatione creditor ſentit aliquod detrimentum, (vt ſuprà vno verbo attigi) non autem quandò vellet lucrari, id quod probat. l. Paulus. ff. de ſolutio. vbi Bartol. & cæteri. & in ſpecie Laudenſis in tracta. monetarum, quæſt. 5. nume. 3. Atqui in caſu noſtro dominus cenſus nullum ſentit damnum, ſi moneta noua loco antiquæ ei numeretur. Quod an verum ſit, vel ex eo apertè conſtat, quòd ſi accipio nunc florenos nouem centum ex illa moneta, quæ eo anno 1528. cudebatur: quemadmodum ex illis permultæ reperiuntur, non tamen plures aureos poſſem nunc acquirere quam ſi darem tantundem ex moneta, quæ nunc cuditur: & tamen contrarium verius eſſe deberet. Exempli gratia. Sume groſſos ſexaginta ſex ex illis, qui eo anno 1528. cudebantur, non poteris certè acquirere vnum aureum, vt eo anno 1528. acquiſiuiſſes. Sicuti etiam ſi ex moneta noua ſexaginta ſex ſolidis non poteris acquirere aureum vel nouum, vel antiquum. Et tamen, ſi verum eſſet, quòd moneta noua eſſet intrinſecus deteriorata, & vilior facta, quàm erat antiqua, opus eſſet dicere, quòd licèt cum ſexaginta ſex groſſis ex nouis non poſſit acquiri aureus vnus, poſſit tamen cum ſexaginta ſex groſſis ex antiquis, quod falſum eſſe manifeſtè conſtat.

Rurſus ſume exemplum ex cauallotis, † qui valent tres groſſos, accipe ca- 26
uallotos viginti duos ex antiquis (ex his enim plurimi & hodiè reperiũtur in hac regiõe,) nõ certè poteris acquirere vnum aureum, vt olim: quo tempore aureus erat valoris florenorum quinque cum dimidio: & florenus cõſtituitur ex quatuor cauallotis, vel ex duodecim groſſis. Si ergo apertè conſtat monetas paruas & minutas, ex quibus florenus, & deinde aureus cõſtituitur & æſtimatur, eſſe nunc eiuſdem valoris, quo & olim fuit: ſequitur dicendum nõ eſſe factam aliquam mutationem intrinſecus monetę huius minutę. Et propterea ceſſat illa conſideratio Doctorum, qui dicebant, monetas minutas eſſe hodiè

hodie effectas viliores & deteriores: cum hodie ex simili moneta, qua olim cudebatur, non possint acquiri tot aurei, vt acquirebantur olim: Cessat inquam ex relatis consideratio hæc. Et si rectè perpendantur, mecum sentiunt modern. Parisiens. in dicto tractatu de vsuris, nume. 73. & Natta consil. 474. numer. 3. versicu. In casu autem, libro secundo. Et si dicatur: aduerte, quia olim, hoc est, eo Anno M.D.XXVIII.
27 dominus † census ex ea summa florenorũ nouem centum & quindecim poterat acquirere aureos centum sexaginta octo plus minus. & tamen hodie vix centum cõsequi poterit. Ergo tot floreni numerari deberent, vt etiam hodie centum sexaginta octo aureos acquirere posset, vel saltem numerare aureos ipsos. quia respondeo (vt vberius infra dicam) ex iam dictis censuarium conuenisse numerare tot florenos ex quibus dominus census centum & sexaginta octo aureos haberet: quia eo modo aurei fuissent in obligatione positi. quod tamen falsum est, cum censuarius ad monetam (vt iam dictum fuit) tantùm teneatur. nec habet necesse ita facere, vt dominus tot aureos hodie, quot olim consequatur.

28 Octauò, † confirmatur iam relatum argumentum, ratione ducta à vera mente partium. Est enim ita conuentum. Quod fiat solutio florenorum nouem centum quindecim in tot aureis. Aureorum summa determinata non fuit: quod ea ratione factum credendum est, quia considerarũt contrahentes futurum fore, quod quandoque plures, quandoque pauciores aurei, vt temporum varietas feret, solui potuissent. Et ideò indeterminatè dixerunt, nouem centum quindecim florenos in tot aureis: volentes quidem in obligatione esse determinatam summam florenorum: indeterminatam verò in solutione summam aureorum, ratione futuræ variatio-
29 nis valoris aurei. Et mentem † contrahentium in his esse maximè spectandam, probat Boerius quæstio. 327. numer. 3. & Guido Papæ quæstio. 453. si fiat monetæ, colum. 1.

Nonò, admisso quod res hæc esset dubia & obscura, attamen adhuc pro Censuario pronuntiandum erit. Quandoquidem in obscuris sequimur quod minimum † est, l. semper in obscuris, & l. 30
semper in stipulationibus, in fine. de regulis iur. l. qui concubinam. §. cum ita, il. 1. de legat. 3. & c. ex parte, de censib. qui textus in specie solutionis census loquitur. Et in terminis nostris mutationis monetæ, ita argumentatur Natta consil. 192. numer. 5. libr. 1.

Decimò & vltimò accedit, quod hic res agitur cum persona Ecclesiastica, nempè cum reuerend. Episcopo. Quo fit, vt licet aliàs debitor teneretur soluere de moneta antiqua, vel eius æstimationem: attamen inspecta æquitate: quæ † personis ec- 31
clesiasticis præ oculis esse debet, sufficit soluere monetam eiusdem valoris currentem tempore solutionis, maximè cũ quid. solui debet ratione perceptionis fructuum. ita egregiè de solutione decimæ scribit Bellenzinus in tractat. de charita. subsi. dio. q. 87. in fin.

Non obstant nunc adducta in contrarium, ex quorum confutatione & dissolutione res clarior apparebit. Ad primum respondeo multipliciter, & primò dicendum est, fortè verum non esse illam maiorem propositionem ex recepta opinione, quod scilicet habenda sit ratio mutationis in bonitate intrinseca. Cum opinio illa fulcita illis iuribus relatis in eo primo argumento partis aduersæ eam non probent. Nam is textus, c. olim, de censib. hũc habet sensum, quem post Modern. Parisiens. in dicto tract. de vsuris, num. 758. probat Didac. Couar. in tracta. Veterum collatio. numismatum, cap. 7. §. vnico. conclusione tertia. In eo † c. olim, non agitur 32
de bonitate intrinseca, sed de quantitate ipsius summæ debitæ, pro qua minor summa in alia specie certis annis citra præscriptionem soluta erat. Siquidem debebantur, & ab antiquo soluti fuerant tres denarij Papienses, pro quibus à triginta sex annis cœperant solui sex denarij Lucenses, videlicet tres Lucenses pro quolibet:

Papiensi, tunc autem cum cœptum est hoc fieri, nouem Lucenses circiter æquipollebant summæ debitæ. Sed lapsu temporis, declinatione monetæ Lucensis, quæ ferè dimidio deteriorata fuit in triginta sex annis, accedit quod quinque, vel sex denarij Lucenses, non valebant nisi tres Lucenses, ex illis, qui ante triginta sex annos currebant: & tamen debitor, quia ex tunc solitus erat tantùm nouem Lucenses soluere, videlicet tres Lucenses pro quolibet Papiensi, nolebat deinceps plus soluere, quo non obstante, quia creditor erat
33 persona Ecclesiastica, contra † quam non sufficit præscriptio minor quadragenaria, damnatus fuit debitor ad soluendum denarios Papienses, vel eorum æstimationem. Hæc est (inquit ille Modern. Parisiensis) tota hypothesis dicti capituli. Et sic nulla erat mutatio, nec alteratio speciei monetæ debitæ, videlicet denariorum Papiensium in intrinseca, nec in extrinseca bonitate, sed solùm acciderat mutatio, & deterioratio tam intrinseca, quàm extrinseca, vt verisimile est, vel saltem extrinseca monetæ Lucensis, quæ non erat debita, licet in ea fuisset admissa solutio, primò vsque ad quantitatem & æquipollentiam Papiensium debitorum, deinde per errororem non aduertendo ad diminutionem monetæ Lucensis in multo, putà dimidio minore summa, dum non solueretur maior numerus Lucensium, quam initio: & tamen sensim ita deteriorati fuerant, vt tandem minus dimidio valeret.

34 Cum autem nihil † esset præscriptum, vel mutatum in summa & in specie monetæ debita, certum erat & indubitatum, quod in denarijs Lucensibus debebat attendi valor & æstimatio, quæ erat tempore singularum solutionum, ita quod licèt olim, quando tres Lucenses valebant vnum Papiensem, potuerint solui tres Lucenses pro vno Papiensi: & ita diu solutum fuerit, tamen nunc quando ita deteriorati & vilificati sunt, vt sex non valeant communi vsu, nisi vnum Papiensem, non sufficit soluere tres modo solito præscriptione nondum firmato, sed soluendi sunt sex Lucenses pro quolibet Papiensi: Et in summa Papienses ipsi, vel eorum æstimatio.

Quoties enim quædam species monetæ est in solutione, vel pro alia soluitur, tunc necessariò attenditur ipsius monetæ, quæ soluitur æstimatio existens tempore solutionis dumtaxat, quo fit adæquatio ad summam debitam. His constat ex sententia Modern. Parisiens. d.c. olim, non 35
probare quod bonitas intrinseca tantùm debeat attendi, quæ est tempore contractus, sed potius oppositū probat. Nam tex. solùm considerat æstimationem monetæ debitæ: & sic valorem extrinsecum. Quod autem non consideret valorem intrinsecum debitæ monetæ, scilicet denariorum Papiensium, patet dupliciter. Primò, quia de valore eorum intrinseco nulla mentio in toto textu. Secundò, quia non vult solui denarios Papienses, sed solùm vel eorum æstimationem ad debitoris electionem. Ergo non exigitur materia seu bonitas intrinseca, sed solùm antiquus valor. Et sic ille textus non probat, ad quod passim à nostris adducitur, sed potius contrarium.

Non etiam obstat c. cum canonicis, de censibus, quia respondeo vnà cum Modern. Parisien. in dicto tracta. de vsuris, num. 759. Nam loquitur ille textus, quando moneta non solùm aucta est intrinsecus, sed etiam extrinsecus proportionabiliter ad augmentum intrinsecum (vt semper fieri solet) aucta est. Probatur † pri- 36
mò, quia vetus moneta erat abrogata, nec diminuta, sed stabat in veteri & solito cursu suo, & sic erat proba & legitima, vt prius, alioqui non diceretur in textu, quod debitor potest deinceps soluere de veteri moneta, vt prius: & tamen pecunia noua erat maioris æstimationis, & sic maioris cursus, quàm prima. patet in fine textus, dum dicit: quòd si debitor soluat de meliori moneta, non tenetur excedere æstima

stimationem pensionis antiquæ, sed poterit deducere quantùm æstimatio nouæ, excedit æstimationem antiquæ monetæ, vel pensionis in antiqua soluendæ. Ergo moneta noua erat aucta etiam extrinsecus. Probatur secundò, quia à communiter contingentibus, non solet cudi noua aliquatenus fortior moneta, quin etiam in cursu catenus, vel pluris augeatur quantum fit de meliori materia. Probatur tertiò, quia si de facto fuisset expensis Regis, vel Re publicæ, noua melior excussa, non aucto valore extrinseco, tunc necessariò vel fuisset reprobata vetus tanquam illegitima, vel ipso facto cœpisset esse maioris æstimationis & indicaturæ: quorum neutrum est in d. c. cum canonicis. immò oppositum, quia vetus moneta nec reprobata erat, nec in cursu diminuta erat. Ergo omninò dicendum est, quod noua fuerat in tantùm extrinsecus, quantùm intrinsecus aucta, Et sic ibi non agitur de deducendo per debitorem simplici augmento intrinseco, si vellet soluere de meliori moneta, sed de deducendo augmento extrinseco, & maiori æstimatione. Consequenter (ait Modernus ille, & rectè) ille textus nil prorsus facit pro communi sententia.

Nec obstat, quod ibi creditor non contenderet de maiori, sed de eadem summa, ibi, & ijdem summam illam ex integro, &c. quia respondetur, quod illa verba referuntur ad numerum nummorum, qui erat idem: non autem referuntur ad quantitatem inde resultantem, quæ erat maior, vt probant verba in fine, ibi, æstimatione pensionis antiquæ. Cætera quæ à Moderno illo Parisien. recitantur, non refero, cum existimem satis superque ex iam relatis constare, d. c. cum canonicis, ad rem hanc non spectare.

Non quoque obstat textus c. quanto, de iureiurand. quia respondeo ex sententia eiusdem Modern. Parisiens. dicto tract. de vsuris, numer. 757. quod ibi non erat publico decreto constitutum aliud legitimum pondus monetæ: immò manebat antiquum decretum, & definitio legitimi ponderis à Rege & populo legitimè facta. Sed clanculum sine legitima & pragmatica forma, & irrequisito populi consensu defraudata fuerat moneta legitimo pondere: & sic in effectu illegitima & fraudulenta moneta excusa fuerat per auaritiam Principis. Vnde inquit ibi Innocentius Tertius, † quod magnum scandalum & detrimentum populi oriebatur: quoniam manebat vetus norma & definitio monetæ, à qua populus discedere nolebat, & sic quæ de nouo cudebatur, erat illegitima, & tamen per Officiales Regis de facto spargebatur in vulgus incautum, & sparsa non poterat habere cursum, vtpotè illegitima. Et habentes veterem & bonam monetam, nolebant eam expendere metu, ne sibi periret, maiorique metu detrectabant nouam recipere: simpliciores autem & incauti circunueniebantur. Quare Rex Arragoniæ, ad quem illud rescriptum Innocentij Tertij dirigebatur, illum abusum non solum correxit, sed tandem vt (scribit Petrus Belluga in Specu. Principum, rub. 36. de mutatione monetę) lege lata Vallentiæ 18. Calend. Maij, anno 1261. diffiniuit certam, perpetuam & immutabilem formam, pondus & puritatem materiæ monetæ regalium Valentiæ. quibus constat d. c. quanto, malè à nostris in hanc opin. citati.. 37

Non etiam vrget illa ratio, quòd scilicet creditor facilè posset damnum graue sentire ex reprobatione, quæ ex Principis edicto fieri posset. quia respondeo, † nos non versari eo in casu, in quo moneta ita vilis cuditur, vt facilè reprobari possit: sed præsupposuimus iusti & boni Principis (quales semper extiterunt Serenissimi Duces Sabaudiæ, ac Pedemontium Principes) voluntate cudi monetas parum vilioris precij, quam olim: & quæ quidem monetæ communem habeant cursum, ita ita vt nec creditor damnum graue sentiat, nec debitor lucrum. id quod sensit & Mo- 38

Modernus ille Parif.in d.tracta.de vfuris,
num.754.in fin.& num.755. qui aliquot ra-
tionibus oftendit ex hac mutatione lu-
crum non adferri debitori, nec damnum
creditori.

* His conftat communem * illam opi-
nionem,nec iure,nec ratione probari. Et
ideò rectius contrarium firmarunt Ioan.
Fabri in authen.hoc nifi,C.de folutio.Mo
dern.Parif.in tract.de vfur.numer.749. Et
idem ferè fenferunt in fpecie Geminian.
confi.137.& Roman.conf.125.quos fuprà in
fexto noftræ opinionis argumento retuli-
mus.Et idem fenfit Buttigella, de quo in-
frà.& Didac.Couar.in commentarijs,Ve-
terum collatio numifmatum,cap.7.§.vni-
co,conclufione tertia. fcripferunt ij Do-
ctores, nullam effe habendam rationem
39 intrinfecæ † mutationis monetæ,quod fci
licet fit ex pretiofiori,vel viliori metallo.
Siquidem forma, & fubftantia monetæ,
inquantum moneta eft ipfe valor impofi-
titius, non autem ipfa materia. Et ideò
40 quælibet moneta † inquantùm moneta,
deducitur in contractum aliamve difpofi
tionem,nifi fub ratione valoris tunc cur-
rentis.Hinc moneta, etiam fi pretiofa fit,
magis cõfideratur refpectu curfus, quàm
materiæ.ficut fcribunt Oldr.confi.168.co-
lum.2.Ioan. Fabri in authent. hoc nifi. C.
de folutionib.& in §.1. in fine. in Inftitut.
Quibus mod.tolli.obligat. Butrius & Ab-
bas in c.quanto, de iureiurand. idem fen-
fit Baldus in l.fingularia,colum.4.verficu.
nono eft fpeciale, ff.fi cert. petat. cùm ait,
41 in † pecunia magis attendi vfum, quàm
materiam. Et clarius Hieronymus Butti-
gella in l.quod te,numer.19.ff.fi cert.peta.
fcribit,bonitatem effentialem monetæ ef-
fe in æftimatione extrinfeca, non autem
in materia,& in eadem l.quod te, idẽ fen-
fit Ripa numer.24. verficu. fecundo cafu.
Hinc videmus, quòd licet appellatione
42 auri, vel † argenti veniat omne aurum &
argentum etiam factum, vt vafa argen-
tea,l.quæfitum,§.illud,de legat.3.& l.cũ
aurum,in princip.ff.de auro & argen. leg.
non tamen veniunt nummi aurei, vel ar-
gentei,d.l.cum aurum & l. quintus, la. 2.
§.1.ff.de auro & argento lega. Ex quo con-
ftat effe fpecialem in pecunia fignata, vt
non materia,fed forma attendatur. Et i-
deò hinc fequitur, fi fola forma attendi-
tur in pecunia, quòd fi offertur folutio in
pecunia proba, & curренti, quæ tantùm
valet in valore extrinfeco & currenti,
quantùm pecunia, quæ currebat tempo-
re contractus,vel difpofitionis, quod fuf-
ficit, & tenetur creditor eam recipere,
cùm fit eiufdem valoris, æftimationis, &
poteftatis. Nec probabilis eft ratio illa,
qua vti poffet creditor dicendo, non
poffum ex hac pecunia acquirere tot au-
reos, vt olim. Siquidem,(præter ea,quæ
fuprà diximus) & hoc modo dicere pof-
fet,non poffum ex hac moneta emere tan-
tùm frumenti, vel vini, quantùm olim,
quod dictu abfurdum eft. Quocirca
quemadmodum debitor non tenetur nu-
merare monetam tanti valoris, vt tot
merces, alimenta, & his fimilia credi-
tor emere poffit, ita pariter non te-
netur tantùm monetæ numerare, vt æquè
poffit tantùm auri nunc, quantùm olim
acquirere. Nam ficuti in obligatione
non eft frumentum, vel vinum, ita nec
eft auri, vel argenti maffa. Hæc itaque
Ioannis Fabri, & fequacium opinio ve-
rior eft, & probabilior, & fi eam fequi-
mur (vt eam iudex prudens benè ocula-
tus fequi deberet) ceffat omnis difputa-
tio, & hac de re controuerfia. Cum verè
Reuerend. Epifcopus nullum ex hac fo-
lutione damnum fentiat. Verùm quia
difficilè, & iniquum exiftimant iudices,
maximè imperiti ab inueterata & recepta
Doctorum opinione, vel verius errore re-
cedere:ob id

Refpondeo fecundo loco principali i l
li primo partis aduerfæ fundamento,
quòd dato, quòd illa communis * opinio *
vera effet, non tamen in cafu noftro illa
locum habere poteft. Cùm hic promiffa
non fuerit pecunia, quæ nunc fit dete-
riorata & vilior facta.Nam dictum fuit fu
prà in 7.funda.noftræ fententiæ,quod etiã
fi numeretur ex antiqua pecunia, non tñ
dũs cenfus poteft hodie plures aureos cõ
parare ex

ex ea moneta, quàm ex hac noua. Ergò nullum sentit damnum, si ei noua soluatur moneta. Qua ratione confutatur & illa minor propositio argumentationis primæ; qua dicebatur, ob id aurei valorem esse auctum, quia paruæ monetę hodie vilioris ligæ, & metalli, quàm olim cudun tur. Hæc inquam ratio hoc in casu cessat, quia etiam si accipiatur moneta illa antiqua, non tamen tot aurei haberi, & comparari possunt. Præterea noua moneta parua, & si in materia sit deteriorata: attamen eiusdem est valoris, & æstimationis qua antiqua. Et ideo dicendum est aurei † augmentum non prouenire ratione monetæ paruæ deterioratæ, sed simpliciter ex seipso. quòd vno verbo ad rem nostram scribit Moder. Paris. de vsur. nume. 736. vbi ait, aurei augmētum esse verum, & efficax.

43

Respondeo & tertio hos contrahentes non habuisse rationem huius dāni, quod prouenire potuit ex augmento valoris aurei, cum aureorum summam indeterminatam reliquerit. quemadmodum dixi in octauo fundamento nostræ opinionis, & solutionis. ipsa consuetudo (vt dixi in quarto argumento) omnem sustulit dubitationem. Rursus in casu d. c. olim. & c. cum in canonicis. ac relatæ communis * opinionis, præsupponitur factam esse promissionem certæ speciei monetę. quòd hic non contingit, vt dixi suprà in secundo argumento.

Non obstat secundum principale partis aduersæ argumētum, quia respondeo, quòd immò contrahentes hi considerarunt tempus futurum, & monetæ mutationem, cum aureōrum summam non determinauerint: sicuti demonstratum fuit supra in octauo fundamento. Præterea respondetur, monetam floreni non esse mutatam, cum æquè nunc valeat duodecim grossos, vt olim: nec deterior est liga illa antiqua, cum nulla certa fuerit illius monetæ species, vt nec hodie.

Non obstat tertium, quia facilè ex dictis in præcedenti responsione confutatur.

Non obstat quartum argumentum ex illa traditione Bruni. Quia respondetur, vel Brunum ex iam dictis minus rectè sentire, si loquitur de deterioratione intrinseca, vel si de extrinseca loquitur nil nobis obest, cum in casu nostro valor floreni nō sit imminutus. Præterea, alijs rationibus demonstratum fuit, hos contrahentes respexisse ad monetam currentem tēpore solutionis, non autem tempore contractus. Ex quibus cessat & illa doctrina Alber. d. l. 2. nu. 40. & Ias. ibidem nume. 91. C. de iure emphyt. Rursus loquuntur illi cum certa pecuniæ species fuit diminutus, vt puta quando quis promisit centum aureos, & aureus tūc valebat nouem florenos, & deinde est ille valor diminutus, vt quia valet nunc solum octo florenos. Nam cum hoc in casu creditor sentiat detrimentum, numerari ei debet valor antiqui aurei, si aliud ex mente partiū conuentum non fuit. Sed nos non versamur in hac facti specie, vt re ipsa patet.

Non obstat vltimum argumētum, quia respondetur ex supra deductis, has Doctorum traditiones non procedere in casu nostro. Præterea loquuntur relati Doctores de augmento monetæ extrinseco: quòd sanè augmentum in florenis à censuario nostro debitis factum non est. Et quod ita loquantur de augmento extrinseco relati Doctores clarè explicat Moder Paris. in tract. de vsuris. q. 92. quo loci scribunt Doctores nostros sæpe confundere augmentum extrinsecum cū intrinseco.

Respondeo secūdo relatas Doctorum traditiones partim habere diuersam rationem à casu nostro, partim veras non esse. quemadmodum singulatim respondēdo declarabimus. Quo enim ad illud primum simile de mutuo, dico extare diuersam rationem à casu nostro. Nam si certa † monetæ species (ita enim de certa specie loquuntur Doctores) mutuò data redderetur effecta vilior in valore intrinseco, non diceretur restitutum mutuum in eadem bonitate, qualitate, & substantia, sicuti considerant Doctores in d. l. cum 44

quid. ff. si cert. pet. & scribit ille Moder. Paris. in d. tract. de vsuris. q. 92. Hoc non contingit in casu nostro, in quo nó potest considerari certa pecuniæ species præcedens, ad quam haberi possit relatio cùm debitum persoluitur; sicuti dixi suprà in quinto fundamento vnà cũ Curt. iun. consil. 24. nu. 6. Præterea, in causa mutui communis * sententia se habet, quod † si ante
45 moram monetæ valor extrinsecus augetur, vel minuitur, totum sit ad commodũ, & detrimentum creditoris. vt puta, si decem abhinc annis mutuaui tibi centum coronatos, & eo tempore coronatus valebat octo florenos, & nunc tempore restitutionis valet nouem, tu poteris deducere centum florenos; & ita teneris solum restituere coronatos octuaginta nouem vno floreno minus. Et econtra, si eo tẽpore coronatus valuisset nouem florenos, & hodiè valet octo, teneris restituere coronatos centum, & centum florenos. Hoc non euenit in casu nostro, quia si euenisset casus, quòd valor coronati fuisset imminutus, vt quia effectus esset valoris quinque florenorum tantùm, cum eo anno 1528. valeret quinque & cum dimidio, nó admitteret D. Episcopus, quòd minus quàm nouem centum, & quindecim floreni, soluendo tot aureos ad valorem florenorum quinque, cum dimidio, sibi numerarentur. Nam dixisset sibi promissos esse nouem centum, & quindecim florenos: quos dixisset se non recipere si aurei eo precio dati fuissent. Ergo pari ratione e conuerso non conuenit, quòd habeat & consequatur hoc monetæ augmentum.
46 Cùm secundum naturam sit vt commodũ † is non ferat, qui incommodum non tulisset. Præterea dixi suprà in 3. argumen. nostræ sententiæ hanc traditionem Doctorum de mutuo cessare in casu nostro. non repeto eo loci dicta. Non etiam repugnat illud simile de moneta numeranda in contractu emptionis, & venditióis ex responso Craue. consil. 47. num. 6. quia respondeo primò aduersus Crauettam in specie sensisse Modernũ Paris. in d. tract. de vsuris. q. 96. numc. 729. Cuius rationes non refero, cum parum casui nostro cõueniant. Respondeo & secundo, admisso quòd rectè rei ponderit Crauetta, illius doctrinam contra aduersarios retorqueri. Nam suo illo in casu respondit Crauetta, esse spectandum tempus celebrati cõtractus, quia ex multis constat ita sensisse contrahentes. Dixerant enim contrahentes, quòd preciũ numeraretur in sex mille scutis similib. Et similes dici non potuissent, si valore diminuto minor summa fuisset restituta. Deinde fuit dictum: in quibus ipsa summa soluta fuit: quod relatiuum† (quibus) se refert ad tempus 47
contractus ratione substantię actus. Ergo sensit Crauetta, quòd vbi ita expresse actum non fuisset, quòd non tempus contractus, sed solutionis esse attendendum Et illi rationi, qua vsus est Crauetta ibid. num. 6. ex relatis supra suo loco. Non pariter repugnat illud tertium simile, quòd in contractu retrouenditióis spectari debeat tempus contractus. quia respondeo, ex sententia Boer. q. 327. num. 4. post alios 48
ab eo relatos, quòd immò † spectatur tẽpus solutionis. Et idem sensit Crauett. d. consi. 47. cum intelligendo vt mox declaraui: Et in eadem opinione est Moder. Paris. de vsuris. num. 721. 722. quo loci declarando Tiraq. citatum in illo tertio simili, distinguit, quòd aut is qui vult recuperare venit intra annum; & tunc spectatur tẽpus contractus, cum sit interuallum modici temporis, ob quod emptor tantum detrimenti sentire non debet. Aut venit post multos annos, & tunc attenditur valor tempore solutionis. Quòd sanè postremum membrum casui nostro cõuenit. atque ita retorquetur hæc doctrina in aduersam partem.

Non etiam repugnat quartum simile, quòd scilicèt in restitutione dotis inspici debeat tempus contractus. Nam † re- 49
spondeo cõtrariam opinionem à multis relatis à Boer. q. 327. nu. 4. firmari. & ibid. nu. 9. asserit hanc esse magis communem & veriorem. & communem * quoque attestatur Moder. Paris. in tractat. de vsuris. nu. 731. 732. licèt ipse in aliquibus dissentiat.


tiat. Accedit, quòd relati Doctores loquũtur eo casu, cùm certa species monetæ est promissa, quo in casu nos non versamur. vt iam admonui.

Nō etiam obstat vltimum simile, de pe-
50 cunia in testamento † relicta; vt solui debeat secundum tempus conditi testamenti. Nam respondeo ad rem nostram nō cōferre; idq; ex multis. Et primò, quia relati Doctores loquuntur, quādo moneta in testamento relicta est effecta vilior bonitate intrinseca, vt tunc attēdatur tempus conditi testamenti. Sed quando est mutata bonitate extrinseca; quòd tunc attendatur tempus solutionis. ita declarant Cast. in l. 3. in fin. prin. C. commu. de lega. Alciat. in l. cum quid. num. 15. ff. si certum pet. & Modern. Paris. in tracta. de vsuris. num. 743. Cum ergo in casu nostro agatur præcipuè de mutatione extrinseca, nempe de augmento aurei, qui nunc valet nouem florenos, cum tamen eo ann. 1528. valeret solum quinque & cum dimidio, dicendum est esse ita attendum tempus solutionis, vt in casu relictæ monetæ in testamento. Præterea & secundo, cum testator legat pecuniam semel tantum soluēdam, non considerat tempus futurum, de quo non potuit diuinare; sed præsens, se-
51 cundum quod sua voluntas † interpretatur. vt in specie considerat Socin. Sen. cōsi. 6. num. 2. 3. lib. 1. Quòd non contingit in casu nostro, in quo perpetuo census iste est præstandus: & facile, ob temporum variationem considerare potuerunt contrahentes monetæ variationem: & ob id monetam numerari voluerunt secundum solutionum tempora. Quæ sanè voluntas multis alijs coniecturis, & rationibus iā pate facta est. Præterea non defuerunt, qui dixerunt in legato spectandum esse
tempus solutionis. ita Guido Papæ q. 493. 52
colum. 2. versicu. vel potest dici. Roma. d. consil. 113. sensit Gigas tract. de pensionis. quæst. 98. num. 4. Capra consil. 29. nume. 9. Concludo itaque satis, superque esse si Magnificus D. Cerruudus censuarius numeret nouem centum, & quindecim florenos monetæ nunc currentis d. Reuerē. D. Episcopo: etsi ipse Dom. Episcopus nō possit tot aureos hodie, vt olim acquirere. Et ita iuris esse sentio, rectiore iudicio saluo.

LECTOR beneuole, Hoc de re graui, & perplexa responsum conscripsi in gratiam Magnifici, atque excellentis Iuriscon. D. Antonij Cerrudi Montis regalensis summa amicitia mihi deuincti, quem vnicè semper dilexi, tum ob singularem viri humanitatem, tum ob egregias animi sui dotes, quas tanti fecit Beatissimus Pius V. Pontif. nunc Max. vt illum Bononiæ causarum ciuilium iudicem, & deinde Cesennæ Vrbis præfectum constituerit vnà cum honorificentissimo honorario. De viro tam egregio maiora speramus. Si summo Pontif. & illi Deus Opt. Max. longæuos annos dabit.

Quod futurum spero.

Vale.



IACOBI MENOCHII CONSILIVM CXXXVIII. LIBRI SECVNDI.

SVMMARIA.

1 *Creditore inuito aliud pro alio solui non potest.*

2 *Creditore aureorum quando sentire potest damnum recipiendo argentum, cogi non potest argentum recipere.*

Idem si non sentiret damnum. nu 3.

4 *Statutum & consuetudo interpretari debent secundum ius commune.*

5 *Testamenti vna pars alteram declarat.*

6 *Obligatio recipit suam certitudinem secũ cundum quid, quale & quantum, tempore dispositionis.*

7 *Hominis de dispositione vbi agitur, attenditur tempus dispositionis.*

8 *Obseruatio anteacta dispositionis interpretatiua.*

9 *Monetam viliorem pro pratiosiori recipiens sibi praeiudicat.*

10 *Moneta duplicem considerari bonitatem, intrinsecam, & extrinsecam.*

11 *Solutionis tempus spectandum.*

12 *L. cum certum. de aur. & argen. leg. intelligentia.*

13 *Aestimationem & valorem extrinsecum monetae esse inspiciendum tempore solutionis.*

14 *Pecunia vbi relinquitur à patre filio pro sua legitima, illa debetur iuxta valorem, qui est tempore solutionis.*

15 *Verba statuti cum sunt clara non est dubitandum.*

16 *Statutum non ligat Dominum ciuitatis, nisi sit ab ipso confirmatum.*

17 *Inferior non potest legem imponere superiori.*

18 *L. vxorem. §. testamento. de leg. 3. & l. si ita. de aur. & argent. lega. intellectus.*

19 *Argentum ab auctoritate doctorum.*

20 *Princeps iuris mentionem faciens, intelligitur de iure à se edito.*

21 *Tex. in c. olim. de cens. loquitur in praescriptione 40. ann.*

FACTI SPECIES.

ILlustris D. Guidius Vranius suo testamento ita legauit.

Item per ogni meglior modo che puole, instituisse il predetto Signor Anselmo in annua prouigióe de scudi seicento, quali esso Signor testatore dispone, ordina è commenda è vuole, ch'el suo herede vniuersale sia tenuto & habbia à dare con effetto il denaro ad esso Signor Anselmo senza alcuna eccettione, videlicet ogni & qualunque mese scudi cinquanta d'oro, è quello sin'à tanto ch' esso Signor Anselmo viuerà e duerà la sua vita solamenti.

Praesupponitur in facto, quòd hactenus numerata fuit haec summa in tot grossis seu solidis atq; ita in parua moneta, nempe grossi septuaginta quinq; pro singulo aureo: & tamen esset vtilius ipsi D. Anselmo si aurei ipsi in auro numerarentur.

Praesupponitur etiam extare statutũ in ciuitate sub rubr. De modo faciendi solutiões quo cautũ est, quod debẽs facere aliquã solutioné etiam annuam in pecunia numerata: si creditum est in ducatis,

ducatis, vel ſcutis, ſoluatur valor ſcuti tempore ſolutionis. Ita enim dicit ſtatutum: Si autem creditum fuiſſet ſimpliciter de ducatis, aut ſcutis, tunc liberetur creditor ſoluendo etiam monetam, quæ tẽpore ſolutionis currat, habito reſpectu ad valorem ducati,ſeu ſcuti tempore ſolutionis,&c.

Dubitari nunc contingit, an D. Anſelmo ſit ſoluenda hæc ſumma aureorum ſexcentorum in tot aureis in auro, aut eius iuſtus valor, & non ſolidi ſeptuaginta quinque, vt numerari conſueuerunt.

HAEC dubitatio habet duo capita: Primum eſt, an D. Anſelmo numerari debeat hæc ſumma aureorum ſexcentorum in auro, vel etiam poſſit numerari in pecunia argentea. Alterum eſt, admiſſo, quòd loco auri poſſit numerari moneta argẽtea, an numerari debeat iuxta valorem aurei, inſpecto tempore cõditi teſtamenti, vel potiùs tempore ipſarũ ſolutionum, quæ fiunt quotannis.

Primæ dubitationi reſpondeo, aureos numerandos eſſe, non autem monetam argenteam.

Primùm ea ratione, quòd in obligatione ſunt aurei. Non enim argentum, ſed aurum relictum eſt: & ob id aurum debetur. Atqui † aliud pro alio, creditore inuito, ſolui non debet. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum petatur. Ergò aurei ſoluendi ſunt.

1

Secundò accedit, quòd D. Anſelmus nõ leue damnum ſentiret, ſi loco aureorum moneta argentea numeraretur: ſiquidem aurei ipſi nõ ita facilè haberi poſſunt, niſi aliquid detur argentarijs, vel mercatoribus numerantibus, aureos pro moneta argentea, vt experientia ipſa docet, & præſertim hac noſtra ætate.

Eſt etiam damnum, & incommodũ D. Anſelmo nõ mediocre, ex quo penè ſemper eſt vel Romæ, vel in Gallia, & rarò in patria commoratur, & propterea eſt maximum incommodum deferri facere tantam argenti ſummam, vt damnum hoc eſſe cõſiderabile, in terminis ſcripſit Curtius Seni. in tracta. de monetis, quæſt. 9. num. 24.

Atqui † quando creditor aureorũ ſentire poteſt commodum recipiendo argentum, cogi non poteſt ipſum argentum recipere, etiam ſi aliàs conſuetudine conſtitutum ſit, quòd debitor aureorum ſoluere poſſit argentum. Ita clarè ſcripſit Curtius Seni. loco iam cita. & cum eo ſenſit Brunus in tract. de monetis, in 2. præſup. num. 5. idem quoque viſus eſt ſentire Socin. Sen. in conſ. 6. colum. 1. lib. 1. Ergò cogi non poteſt D. Anſelmus, quòd loco aureorum recipiat monetam argenteam. 2

Tertiò accedit anctoritas multorum, qui ſcripſerunt, iure ipſo communi inſpecto, creditorem † aureorum, etiam ſi aliquod damnum non ſentiret, non poſſe cogi recipere monetam argenteam loco aureorum ſibi debitorum. Ita equidem ſcripſerunt Brunus in d. tracta. de mone. in 2. præſupp. nu. 6. & Socin. Seni. in d. cõſil. 6. colum. 1. lib. 1. & Socin. huius opinionis fuiſſe, vel ex eo patet, quòd ibid. colum. 3. verſic. ex quibus omnibus, &c. diligenter perpendit illius regionis conſuetudinem, qua conſtitutum erat, loco aureorum potuiſſe numerari argentum: ſen ſit ergò, quòd iure cõmuni inſpecto, pro aureis numerari non poſſet argentea pecunia. Idem, præter hos, reſponderũt Capra in conſil. 49. num. 9. & Crauet. in cõſi. 47. num. 1. & 2. 3

Et horum opinio verior eſt illa Martini Laudenſis, & Curtij Seni. quos recenſet Brunus loc. ſuprà cita. qui dixerunt, etiam iure communi inſpecto, pecuniam argenteam pro aurea ſolui poſſe. Non enim horum traditio vel iure, vel ratione probatur.

Non his obſtat, quòd in Ciuitate nõ ſolùm adſit cõſuetudo, ſed etiam ſtatutum, quòd debitor aureorum poſſit loco aureorum ſoluere monetam. Quia reſpondetur (vt dixi ſuprà) conſuetudinem & ſtatutum debere intelligi, quando creditor

4 tor nō sentit aliquod damnum: Nam † statutum & cōsuetudo interpretari debent secundùm ius commune, quod nō admittit solutionem hanc cum damno alterius, vt apertè declarat Brunus in d. 2. præsup. num. 5. in fin.

Quartò & vltimò accedit, quòd si verū est id, quod supponit in facto, D. testatorē in alijs testamenti partibus fuisse lucutū de aureis in auro, ita debet intelligi hic, quòd relinquere voluerit aureos in au-
5 ro: quia † vna pars testamenti alteram declarat, l. qui filiabus, de legat. 1. Et in specie ita egregiè arguit Corn. in consi. 244. num. 16. lib. 2. Si ergò sunt relicti aurei in auro, dicendum est, monetam non posse solui, vt ex communi sentētia tradit Brunus in d. tract. de monet. in secundo præsupposito, nume. 7. Atque ita concludo, D. Anselmo esse numerandos aureos in auro.

Secundū est caput huius dubitationis, dato, non cōcesso tamen, quòd loco aureorū numerari possit moneta argentea, an nùmerari debeat iuxta valorē aurei, inspecto tēpore cōditi testamēti, vel potiùs inspecto tempore solutionum, quæ quotannis fieri debent. Qua sanè in re multis respondendum videbatur, esse præstandā monetam iuxta valorem temporis cōditi testamenti, vel mortis D. testatoris. Quod vt dicerem, multa me impellebant.

Primùm, quia † obligatio recipit suam
6 certitudinem secundùm quid, quale, & quantum tempore dispositionis, cōditiq; testamenti, nec ex post facto mutatur. l. vxorem. §. testamento, de leg. 3 l. si ita. ff. de aur. & arg. lega. & l. Aurelius. §. testamen. ff. de lib. leg. Hinc in specie respōdit Bal.
7 in cons. pen. coram vobis, lib. 1. quòd † vbi agitur de dispositione hominis, attēditur tempus dispositionis, vt sciatur, quid, quale, & quantum debeatur. Ita etiam in specie magis Maria. Soci. Sen. in cōs. 6. nu. 2. & 3. lib. 1. egregiè declarat, & illum secutus sum in consil. 97. nu. 150. & in responso pro Triuultijs, num. 85.

Secūdò accedit auctoritas multorum, qui ita in specie respōderunt, nempe Soc. Sen. in cons. 6. lib. 1. qui in claris terminis legati factis de tot florenis aureis, & ait posse solui in tot bologninis iuxta valorē floreni tempore dispositionis. Et eo loci Socin. num. 6. recenset eiusdem opinionis Oldradum in cons. 31. Ita etiam Albericus in l. cùm quid, col. vlt. & in l. vinum, col. vlti. ff. si cert. peta. post Guilielmum Cuneum. Castrens. in l. 3. in fine princip. C. commu. de lega. Martinus Laudens. in tracta. de moneta, colum. penult. nume. 27. & Curtius Seni. in eodem tract. quæst. 4. nume. 15.

Tertiò suffragari non parum videtur, quòd hactenùs in solutionibus faciendis ita fuit obseruatum, vt soluerentur secūdùm tempus dispositionis testatoris. Ergò ab hac obseruat. † quæ dispositionis interpretatiua est, nō videtur recedendum. 8
Nam D. Anselmus tamdiu recipiendo septuaginta quinq; grossos pro singulo aureo sibi præiudicasse dicitur, vt scribunt Dd. in c. olim, de censib. & ex illo textu, & ibid. gl. pen. & in specie tradit Bart. in l. si prius, in princ. num. 3. ff. de aqua plu. arcen. qui declarando traditio. Butrigarij, docuit, quòd is, † qui scienter recepit mo- 9
netam viliorem pro pretiosiori, sibi ipsi præiudicium attulit. Hæc rem dubiam facere videntur.

Cæterùm, re ipsa diligentissimà perpensa atque examinata, contrariā sententiam probabiliorē esse existimo, nempe hæredem hunc teneri soluere D. Anselmo tot grossos iuxta valorem aurei tempore solutionis, non autem inspecto tempore dispositionis ipsius D. testatoris.

Quam sanè sententiam vt veram faciciliùs demōstrem, illud prius dicā, quod etiam declaraui in consil. 49. nume. 9. in † 10
moneta cōsiderari duplicem bonitatem, vnam extrinsecam, alteram intrinsecam. Intrinsecam illam esse dixi, cùm valor nō mutatur, sed materia, vel preciosior, vel vilior efficitur. Ita loc. præcita. declaraui ex sententia Bart. Bruni, Didaci & aliorū. In hac intrinseca bonitate & valore cōmunis est, & vera sententia, esse spectandum tempus dispositionis & contractus,

non autem solutionis. Ita multorum auctoritate asseruit Didac. in tract. veterum colla. numismatum, cap. 7. §. superest, nume. 1.

De hac bonitate intrinseca nostra non est disputatio: Extrinsecam verò bonitatem esse dixi, quando ipsius monetæ valor augetur, vel minuitur. De qua quidē hic disputamus. Hic equidem contendimus de solut. monetæ, quæ aucta est in valore extrinseco, nempe de aureo, qui nunc valet 78. Bologninos: cùm tamen tempore conditi testamenti solùm valeret septuaginta quinque. Quòd † ergò tempus solutionis nostro in casu spectandū sit, multis ita probatur:

11

Primò ex l. cùm certum. ff. de aur. & ar

12 gen. lega. cuius verba hæc sunt: Cùm † certum auri vel argenti pondus legatum est: si non species designata sit, sed materia, sed precium præsentis tempus præstari debet. Hæc Modestinus, qui significat manifestè, quòd quando certa species monetæ non relinquitur, vtputà lego centum aureos Venetos, sed aut monetam in genere, vtputà, centum libras, centum bologninos, aut massam auri, vel argenti debetur valor tempore solutionis. Tempus ergò solutionis spectandum est nostro in casu, in quo asseritur, debitam nō esse certam monetæ speciem (& si nos credamus esse aureos in auro) sed genus nempe quoddam, nempe bologninos.

Et hunc textum ad rem nostram vt singularem annotauit Roman. in singul. 513. quod tempus. & idem in consi. 523. colum. 2. vers. si ergò ex præmissa. alios infrà referam. Nec hic obstat consideratio Bruni in tract. de augmen. conclus. vlt. 9. partic. num. 6. cùm dixit, d. l. cùm certum. loqui, quando agitur de pondere argenti relicti, cuius precium est in facultate soluendi. Nam hæc consideratio magis confirmat argumentum hoc nostro in casu, in quo hæres asserit esse in sua facultate soluere precium, atque ita ęstimationem ipsorum aureorum, quam sanè æstimationem soluere debet secundùm tempus solutionis, id quod apertè scribit & ipse Brunus in d. partic. 9. in fi. Non etiam vrget consideratio Moderni Parisien. in tracta. de vsur. nume. 745. cùm dixit, d. l. cùm certum, loqui de precio alterius rei legatæ & debitæ, non autem de certo precio debito, vel de certa quantitate pecuniæ debitæ in genere. Non, inquam, vrget hęc consideratio: cùm verè repugnet illi responso, in quo non constet fuisse relictam aliam rem, quàm certum ipsum pōdus argenti, sicuti aperta Iurisconsulti verba significant.

Secundò accedit ratio naturalis, quæ vel maximè mouere debet hæredem ad soluendum æstimationem aurei, secundùm tempus hoc solutionis. Nam si aureus fuisset in suo hoc valore extrinseco diminutus, vt quia nūc valeret solùm septuaginta bologninos: nónne vellet potiùs soluere aureos, quàm septuaginta bologninos: sicuti ergò hanc diminutionem ad sui vtilitatem recepisset, ita etiā ęquitati naturali conuenit, vt admittat augmentum aurei ad sui damnum. Quam tamē rationem in specie augmenti monetæ vsus est Crauet. in conf. 47. col. vlt. versic. fieri enim poterat.

Tertiò, vt huius sim opinionis, mouet me auctoritatibus multorū, qui in specie scripserunt, æstimationem † valorem extrinsecum monetæ esse inspiciendū tempore solutionis, vt secundùm illud tēpus soluatur. Ita Roma. in d. cons. 513. col. 2. & in d. sing. 513. & Brun. in d. conclus. vlt. partic. 9. in fi. quos suprà retuli. Ita etiam Capra in cons. 29. nu. 9. qui propriè loquitur in legato monetæ facto pro legitima filij vel nepotis. Ita etiam scripsit Gig. in trac. de pensionib. q. 98. nu. 4. à quibus non dissensi in cons. 49. in fin. & eo loci recensui Guid. Pap. q. 493. col. 2. qui idem visus est sentire. Idem sensit Castrens. in l. 3. in fine princ. C. commu. de lega. vt eum infrà declarabo. Ita etiam respondet Aretinus in cons. 11. num. 3. 13

Quartò accedit, quòd hi aurei mille & quatuorcentū annui à D. testatore relicti D. Anselmo, verè relicti fuerunt ex causa legitimæ portionis ipsius D. Anselmi. 14

Atqui

14 Atqui † vbi pecunia relinquitur à patre filio pro sua legitima, illa debetur iuxta valorem, qui est tempore solutionis. Ita in specie scribit Modernus ille Parisiensis in tracta.de vsuris, num.742. vers.limito, si legatum,&c.

Et quanquàm afferat exemplum in legato facto filiæ exclusæ à statuto: attamẽ ratio illa ab eo considerato, ob fauorem scilicet legitimæ, quæ alias in corporibus hæreditarijs erat assignanda, conuenit multò meliùs & filio, qui à statuto nõ est exclusus, quàm fœminæ exclusæ, cui iure debita non dicitur aliqua legitima, vt ex sententie multorum scripsi lib.2. de arbitra.iud.casu 149.num.13. & in cons.71. num.15. Ita etiam in pecunia relicta filio ex causa legitimæ, respondit Capra in d. cons.49.num.9. & si in fauorem ipsius legitimæ fundamentum non constituat. Et confirmatis ex traditione Corn.in consil. 244.nu.16.lib.2.qui respondit, fauore filij censeri à testatore factum legatum de moneta maiori, non autem de minori.

Quintò accedit, quòd ita expressim cautũ est statuto Ciuitatis, quòd scilicet valor præstetur secundùm tempus solutionis. Et † cùm verba statuti sint clara, 15
non est ampliùs dubitandum. Nec hic dicatur, statutum † non ligare ipsum hære- 16
dem vtpote dominum Ciuitatis, vt in terminis statuti respondit Cardinalis Zabarella in consil.2. quem sunt secuti Feli.in c.1.col.1.versic.quarta declaratio, de constit.& Brun.in cons.20.num.9. Nam respõdeo, tradit. Cardinalis, Felini & Bruni procedere in statutum à Principe nõ confirmato, quia si confirmatum est, non ipsa Ciuitas, sed ipsemet dominus sibi legem imposuit.

Et ita cessat illa ratio, qua mouentur relati Doctores, quòd † inferior nõ possit 17
superiori legem imponere. Et licèt ipse Princeps possit etiam dici solutus legib. attamen debet viuere secundùm leges. l. digna vox.C.de legib.

Non obstant nunc deducta in contrarium, quia respondeo: Et ad primũ, nempe † ad d.l.vxorem.§.testamento, de lega. 17
3.& l.si ita, de aur.& arg.leg. dicebat Rom. in d.cons.123.col.2. vers.non obstant iura nil ad rem facere. Non explicat tamẽ Roman.quomodo nil faciant ad rem. Ego opinor dicere voluisse, testatorem demonstrasse certam speciẽ, & ad eam se restrinxisse. Nam ibi testator ita legauerat: Publio Mẹuio domino meo ab hẹredib.meis dari volo pueros quinque ex meis, & cæ. Cùm dixit ex meis, ob vim pronominis possessiuè significauit testator, se relinquere ex illis, qui eo tempore reperiebantur, non autem ex futuris, atq; ita declaraui d. §. testamento, in responso pro Triuultij redeito, num.61.& num.178.nu. 169. ita etiam declaraui d.l.si ita, de auro & arg.lega.& verè in his locis certa erat species: secùs in casu nostro, vt aurei in genere relicti sunt.

Non obstat secundum † argumentũ du- 19
ctum ab auctoritate Doctorum, quia respondeo, nihil obesse auctoritatem. Soci. Sen.in d.l.9.li.1. quia nõ satis rectè respõdit cum relatis iurib. quæ nil probant, in eam opiniõnẽ iuerit. Est etiam motus auctoritate Oldradi in cons.51. qui loquitur bonitatem intrinsecam, sicque de valore intrinseco, qui sanè valor spectatur secũdùm tempus dispositionis. Ita declarat Moder.Paris.in d.tract.de vsur.num.742. versi.at ego dico.& num.743.vers.Oldradus tamen. Præterea loquitur Socin.eo in casu, quando legatum est factum de quantitate in genere, vel de florenis, qui secundùm communem modum loquendi loci tempore testamẽti intelligebantur de certa quantitate in genere cuiuscunq; monetæ, non autem de certa speciẹ monetæ. Ita in terminis Socinum declarat Moder.Paris.in d.tract.de vsur.num.743. Ita verè loquitur Socinus. Siquidem in eo suo cons. 6.col.3.versic.& hoc faciliter, &c. scripsit testatorem ipsum non potuisse sentire de certa specie monetæ, nempe de de floreno aureo, cùm in loco conditi testamenti aiqui non cuderentur. Quod verò nõ contingit in casu nostro, ex quo ipse D.testator in sua Ciuitate cudi faciat aureos, intellexit de aureis proprijs: sicuti in simili dici-

20 dicimus, quòd † si Princeps mentionem iuris faciat, intelligitur de iure & lege à se edita. vt scribunt.

Non obstat auctoritas Alberici in l. cùm quid, colum. vltim. ff. si certum peta. quia refert quidem Albericus responsa Oldradi, & id quidem breuiter, non tamen aperit Albericus quid ipse hac de re sentiat. Idem verò Alber. in l. vinum, numn. 15. 16. ff. si cerum pet. manifestè loquitur de mutatione intrinseci valoris monetæ.

Non etiam obstat auctoritas Castrens. in l. 3. in fine princip. C. commun. de lega. quia distinguit Cast. inter valorē intrinsecum extrinsecum: Si intrinsecus valor (inquit ille) mutatur, vt quia moneta cuditur ex viliori metallo, solui debet legatario ex illa moneta, quæ cudebatur tempore facti legati: quia de ea sensit testator. Qui sanè casus nō est ille. de quo disputamus. Si verò valor extrinsecus (ait Castrensis) mutatur, vt si augetur vel minuitur æstimatio aurei, vel alterius certę monetæ, tunc (inquit Castrensis) periculum pertinet ad creditorem, nisi à die moræ citra.


Ecce quòd Castrensis sentit esse spectandum tempus solutionis, cùm dixit, periculum spectare ad creditorem: si enim spectaretur tempus facti legati, nullum periculum pertineret ad legatariū. Idem ergò dicendum est de emolumento & augmento, vt scilicet spectaret ad legatarium: & per consequens, quòd inspici debeat tempus solutionis, id quod etiam suprà declaraui. Quibus constat, auctoritatem Castrens. nostra sententia suffragari.

Non etiam vrget auctoritas Martini Laudens. in tracta. de monet. num. 27. quia non seipsum declarat, de qua mutatione monetæ & valore loquatur, an scilicet de intrinseco vel extrinseco, ob id in eius doctrina non est constituendum fundamentum. Et veriùs etiam est loqui de valore intrinseco, vt eum ita intellexit Modernus Parisiens. in d. tract. de vsur. num. 742. in fine.

Non etiam vrget auctoritas Curtij Seni. in tract. monetarum. quęst. 4. nu. 15. quia loquitur Curt. de valore intrinseco, vt est ita intellexit Modern. Parisiens. loco nuper allegato. Et hoc ipse ex eo colligo, quod Curt. ibi, num. 16. vtitur his verbis, de moneta vsuali, currēti & expendibili. Quæ sanè verba sunt de intrinseco monetæ valore. Et Curt. mouetur auctoritate Oldradi, qui de hoc intrinseco valore (vt diximus suprà) loquitur.

Non obstat tertium & vltimum, quia ille tex. † c. olim, de censib. loquitur in 21
præscrip. 40. annorum, & ibi etiam Dd. intelligunt. Vel saltem requiritur cursus triginta annorum, vt in specie penè scribunt Cynus, Salicetus, & Fulgosius in l. cùm notissimi. §. vltim. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. & in specie magis Hieronym. Schurff. in consil. 10. quo loci potest Imolam in d. l. si prius, in princip. ff. de aqua pluui. arcen. reijcit illam distinctionem, quam facit Bald. inter eum, qui scit se esse creditorem, & eum, qui ignorat. Concludo itaque, D. Anselmo esse soluendos grossos iuxta valorem aurei qui erat quotannis tempore solutionis.

Finis Consil. D. Iaco. Menoch. in materia Monet.



ELBERTI LEONINI PRIMARII IVRIS PROFESSORIS IN ACADEMIA LOVANIENSI, ET CANCELLARII DVCATVS GELDRIAE, ET CIVITATIS ZVTPANIAE,

CONSILIVM XXXI.

SVMMARIA.

1 *Monetarum ratio diligenter excussa.*

2 *Pecuniæ intrinseca bonitas, an sit spectanda in solutione.*

3 *Moneta variata, solutio facienda est ad æstimationem antiquæ pecuniæ, vel de antiqua pecunia.*

4 *Creditor de iure non tenetur in alia moneta, quàm quæ debetur, solutionem recipere, de consuetudine verò aliud obseruatur.*

5 *Pecuniarum valor imposititius, non intrinsecus spectatur, nisi aliud actum inueniatur.*

6 *Romani & Geminiani defensio sententia contra Carolum Molinæ.*

7 *Philippi Ducis Burgundiæ Constitutio examinata, circa æstimationem Grossorum Turonensium.*

DIFFICILIS & obscura est cōtrouersia, quę Reuerendiss. & Illustriss. Episcopo Cameracensi incidit cum suo Capitulo, super præstatione sex millium argenteorum Turonensium, quos idem Reuerendissimus Episcopus quotannis suo Capitulo præstare tenetur in ea bonitate & valore, vt duodecim vnum aureum Florentinum valeant.

In cuius explicatione prima facie videri poterat, quòd cùm Turonenses solidi hodie in vsu non habeantur, præstandam esse eorum æstimationem ad rationem duodecim pro vno aureo Florentino, secundùm tempus cōuentionis & contractus, considerata intrinseca pecuniæ bonitate & æstimatione, sic vt cùm nunc in alia noua pecunia solutio facienda sit, ea fieri debeat ad æstimationem antiquæ, cum suppletione intrinsecæ bonitatis, quatenùs pecunia hodie currens est deterior seu debilior antiqua.

Nam quamuis de iure in alia pecunia, quàm quæ promissa est, solutio admittatur. l. Paulus resp. ff. de solu. maximè quādo ea pecunia, quæ est in promissione, amplius non inuenitur, si tamen ex ea re dānum aliquod creditor patiatur, id à debitore supplendum est. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. l. impossibilium. ff. de reg. iur. Bart in l. non ampliùs. §. bonorum. cum l. sequen. ff. de legat. 1. etiam respectu bonitatis intrinsecæ. l. 1. C. de veter. numism. potesta. libr. 11. quoniam non solùm formam, sed & materię bonitatem & pondus in monetis attendimus, idque secundùm valorem eius temporis, quo contractus est initus. c. 1. cum Canonicis, de censi. gl. in c. conquerente, de offic. orfic. ordina. id enim agi intelligitur, vt in eadem bonitate & valore reddatur. l. cùm quid, de reb. cred.

Pro quo facit, quòd cùm de bonitate rei soluendæ, reddendæ, & reficiendæ tractatur, semper ad originem contractus concurrimus, non autem ad tempus quod posteà sequitur. Quemadmodum in euictione videmus æstimationem seu precium restitui, considerato valore, qui erat tempore contractus, non autem

nutem tempore euictionis. l.bonitatis. ff. de euict.

Eaque sententia est communis, quòd attendatur tempus conuentionis, & non solutionis, præsertim in his monetarum mutationibus, l.vxorem.§.testamento. ff. de lega.3. in cuius rei cõfirmationem plurima adducuntur per Carolum Molin. in tract.de contr.vsur. Barthol. Sozinum cõsil.6. Laurent. Calcaneum consil.15.& Aymo. Crauet. consil.49. magnificus D. Carolus, nu.6. qui in terminis scribit, quòd quoties variatur valor intrinsecus, respectu deteriorationibus monetarum, præsertim exolui debere vel de pecunia antiqea æquè bona, vel noua ad ęstimationem antiquæ. Quod secundùm Cõstitutionem Pontificis procedere videtur, non solùm in summa semel soluenda, sed etiã in pensionibus & obligationibus successiuis, c. olim causam.& c.cum Canonicis, de censi. per quæ intentio Dominorum de Capitulo, directò confirmari videtur.

Cæterùm, si rerum ordinem, factiq; cõtingentiam & circumstantias paulò exactiùs excutiamus, liquidò deprehendemus, in specie proposita diuersum statuendũ esse, ex causis & rationibus sequentibus.

Primò, quia licèt ex communi interpretum sententia, creditor de iure nõ teneatur in alia moneta, quàm quæ debetur, solutionem recipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit, nisi ipsum quoque damnum refundatur, d. l. Paulus, de solut. & ibi Bart. Imol. & Paul. Castrens. in l. si quis argentum, in princ. C. de don. Panorm. in c. quanto, de iureiu. Bal. conf. 213.1.par. Petr. de Anch. in Clem.2. de deci. Dd. in d.l. cùm quid. ff. si cer. pe. contrariũ tamen receptum est generali totius mundi obseruantia & cõsuetudine, vt testantur Accurs. in d.l. si quis. Petr. de Ancha. d. Clem.2.& Ioan. de Imo. in d.l. Paul. secundùm quam cõsuetudinem indistinctè admittitur, vt nõ solùm qui in genere pecuniæ est debitor, sed & is qui certæ speciei pecuniã promisit, in alia moneta, etiã deterioris notæ, seu materiæ possit soluere, dummodò ea pecunia, quã soluit, publica iudicatura & æstimatione extrinseca, seu valore impositio respondeat extrinseco valore pecuniæ promissæ.

Nec caret ratione dictæ consuetudinis obseruantia, quoniam pecunia nõ consideratur tanquã massa & species, sed tanquã moneta & quãtitas, in qua nullo ratio habetur corporũ aut materię. l. si is cui. ff. de solu. l. Titio. ff. de aur. & arg. leg. sed tãtùm cursus & valoris impostitij, l.1. ff. de contr. emp. à quo nullo modo, pœna etiã capitali imminẽte, licet discedere, Arist. lib.1. Polit. nõ solùm o dispositio incipiat & cõsistat in nomine quãtatis in genere, nulla certa specie deducta vel promissa, sed etiã si cõstat in nomine certæ speciei: vt per multa iura & rationes cõfirmat Carol. Moli. q.92. in prin. & cõprobat Barto. in l.2.§.1. ff. si cert. pet. dum scribit: Creditorem damnum nõ pati, etiam diminuta bonitate materię, propter æquipollẽtem valorem impostitium, qui duntaxat consideratur sequendo dictam cõsuetudinẽ, quæ iã toto orbe Christiano recepta est, Inno. Abb. & alij in d.c. quanto, de iureiu. Et in vim cuius sæpè videmus Principes numismatum precia taxari vltrà materiæ æstimationẽ, idq; ita fieri suadet plerunque publicæ necessitatis ratio, plerunque ipsa Reipublicæ vtilitas, ne scilicet aurũ vel argentum ob maiorem valorem alibi obtinentem efferatur extra prouinciam, Inno. in d.c. quanto.

Quinetiam absque publica necessitate, aut vtilitate ex solo consensu populi aut Ciuitatis, Princeps hoc potest inducere, Panor. & alij in d.c. quanto. & hanc sentẽtiam quam recepit consuetudo, crebriorem asserit Dida. Couuar. diligentissimus monetarum explorator, in tract. de colla. veter. numism. cap.3.

Ad quæ si præsentis facti speciem metiamur & cõsideremus, haud obscurè constabit, præfatum Capitulum non iure postulare, vt intrinsecæ bonitatis solidorum Turonensium, seu aurei Florentini collatio fiat cũ materia pecuniæ præsentis temporis, ac secũdùm proportionem

seu æstimationem inde resultantem, solutio fiat: cùm secundùm dictam consuetudinem sufficiat, compensari pecunia præsentis temporis extrinsecum valorem & æstimationem Turonensium, vel aurei Florentini, quæ est in communi ex ordinatione Ducis Philippi introducta, & visibus totius populi recepta, & admissa.

Neque aduersantur Pontificum Constitutiones ætate in oppositum, quoniam illæ non probant id, ad quod citãtur, nam in altera d.c.olim. agitur non de bonitate intrinseca, sed de quãtitate ipsius summæ debitæ, pro qua maior summa vel alia species citra præscriptionem soluta erat, in altera d.c.cum Canonicis. maior erat extrinsecus valor nouæ pecuniæ, secundùm cursum quàm veteris, vt non intelligantur, explicat Car. Molin. tract. de cont. vsur. q. 100. num. 758. & seq. ita vt ratio dictarum Constitutionum, præsenti negocio applicari non possit, præsertim si respiciamus ad dictæ consuetudinis obseruantiam.

Secundò, vt demus consuetudinem illam, de qua interpretes scribunt, non vsqueadeò firmis rationibus subnixam, vt iuris constitutionem superiùs relatam, possit vincere: Nihilominùs tamẽ in specie proposita cessaret illa iuris Constitutio de tempore contractus inspiciendo, propterea quòd promissa sex millium solidorum Turonensium generaliter facta sit.

Nam si rectè excutiantur interpretum Commentaria & consilia, facilè deprehendetur communem illam sententiam de tempore contractus inspiciendo, limitari & coarctari, vt procedat duntaxat, quandò conuentum est de supplendo decremento ex mutatione monetarum posteà contingente: vel quandò hoc actum est, quòd pecunia redderetur eadem æstimatione & bonitate, in qua sors principalis numerata fuit: Nam in his terminis consuluerunt Aymo Crauetta, & Laurentius Calca. in præcita. loc.

Alioqui verò, si illimitatè facta sit promissio, non consideramus tempus dispositionis, sed illud potiùs quo dispositio applicatur ad actum. Bart. Socin. d. consil. 6. Præsertim, si (quod est in proposito) agatur de annua pensitatione, quæ cùm semper ex noua obligatione prodeat, l. cùm notissimi. §. in ijs. C. de præscript. 30. vel 40. ann. ex mutatione temporis facilè mutari potest, ita vt vltima pecunia, seu cursus posterior considerari debeat. arg. l. Mela. §. sed si alimenta. ff. de alim. & cib. leg. Bald. not. in l. si filia. C. de inoffic. testamen.

Id quod pulchrè expressisse videtur Iacob. de Aretio, quem refert Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure doti. in 8. col. dum dicit: Quòd si mutuo tibi pecuniã, vel aliquid quod consistat põdere, numero vel mensura: vel, si es mihi obligatus ad soluendam pecuniam ad certum tempus, & antè restitutionem, vel antequàm agere possim, fit mutata pecunia, quia facta est deterior, prout quandoq; fit per Principes, quòd debeat restitui talis, qualis reperitur tempore quo solutio facienda est, & non qualis erat tempore contractus.

Quod & pulchro Iuriscõs. respõso in l. cùm certum. ff. de fur. & arg. leg. confirmatur, in quo testator legauit certum põdus argenti, nulla declarata specie, cumque dubitaretur, quid pręstari oporteret, respondit Iurisconf. hæredem nõ teneri præstare materiã, sed sufficere quòd præstet æstimationẽ, quæ est solutionis tempore: & ita in specie annuæ præstationis expressè tenent Rom. d. consf. 113. & Gemi. d. consf. 137. decidentis in speciali casu cuiusdam reditus annui cõstituti inter duos Abbates ex homologatione Papæ, quod potest solui in moneta vsuali, & currente tempore solutionis etiam intrinsecus diminuta absque suppletione bonitatis intrinsecæ, quæ erat tempore dispositionis.

Quod si obtinet in moneta deteriorata, & quæ in veteri forma adhuc reperiri potest, iustior est ratio, cur in specie proposita, vbi vetus moneta deficit, in noua, licèt deterioris materię, solutio fieri possit, secun-

fit secundum communē æstimationem,& vsum ab omnibus obseruatum absque cōpensatione bonitatis intrinsecæ quam dictum capitulum exigere videtur.

Nec mouet ratio, qua Carolus Molinęus,quæstio. 98.num.45. in Tract.de vsu. decisionem Romani & Geminiani consil. rec. in dubium reuocare nititur contendens iurisconsulti responsum, in d.l. cum certum, quòd illi pro suæ sententiæ confirmatione adferunt, non facere ad propositum, eo quod nō de certo precio debito, nec de certa pecuniæ quantitate agat, sed de precio alterius rei legatæ, cuius æstimatio potest crescere vel minui.

Nam certum pondus argenti, quòd est in obligatione propter functionem, quā recipit in suo genere, nihil differre videturà certa quātitate pecuniæ debitæ, quæ propter publicam æstimationem, formā & authoritatem, facilius functionem cū alia pecunia recipit, quam certum pōdus argenti infecti nec signati.

Quæ sententia præclare confirmari videtur ex eo quod generaliter scribit Frāciscus Aret. in cons. 10. in his quæ debentur in genere regulam esse, quod variatio valoris extrinseci inspicitur tempore solutionis, vt eadem in genere reddi possit & debeat, non attenta mutatione valoris intrinseci, siue ista varietas teneat ad incommodum creditoris, siue ad incommodum debitoris.

6 Et† præterea Romani & Geminiani decisio, non solo illo iurisconsulti respōso, sed & plurimis alijs rationibus subnixa est, inter quas ea plurimum momenti habere videtur, quòd in annuis præstationibus, noua quotānis nascatur obligatio, & quod dispositio non nisi tempore solutionis exeat in actum. d. l. cum notissimi. §. in ijs.

7 Cum itaque, vt elegantissimè Clariss. & consumatiss. D. Consiliarius Hopperus deduxit. Philippus Dux Burgundiæ ad tollendam obscuritatē antiquitatis, quæ circa variam æstimationem grossorum Turonensium coorta erat, etiam apud iuris interpretes in cle. 2. de magistris, certam illius rei determinationem præscripserit, eaque moribus omnium hominū & ditionum recepta sit, nulla est ratio cur capitulum rationem & compensationem intrinsecę bonitatis exigere debeat, neglecta communi æstimatione, quæ iam vbique in vim consuetudinis inualuit.

Præsertim cum d. c. nulla speciali restrictione, aut pactione aduersus futurā variationem sibi prospexerit, arg. eorum quæ scribit Laurent. Calc. d. consi. 15. Nam cum decretum & consuetudo illa nominatim recepta sint super præteritis conuentionibus & dispositionibus ad occurrendum difficultatibus, quæ super incertitudine valoris grossorum Turonensium aureorum Florentinorū & similium monetarum, quæ in vsu esse desierunt, quotidie exoriebantur, nullum est dubium, quin complecti debeant omnes præteritæ dispositiones & contractus qui specialem determinationem non habent. d. cōs. Calcan. præcit.

Tertio ad confirmationem prædictorum, plurimum facere videtur, quod olim grossi Turonenses fuerint frequentes, varijs temperaturis, & indicaturis, vt ex monumentis Monetaliū, constare scribit Molinæus, quæst. 100. qui omnes hodie desierunt esse in vsu, nec vulgo visuntur, ita vt nulla certa æstimatio bonitatis, ex illorum proportione constitui possit.

Nam cum nulla certa species grossorū Turonensium sit in conuentionem deducta non est ferendus, si quis antiquum aliquem numum ex dictis Turonensibus proferat, & secundum illius analogiam æstimationem in hac specie fieri desideret. Nam cum plures fuerint species grossorum seu solidorum Turonensium, non potest certa ex vno vel alio numo fieri illatio, maximè quia in dubio disposita de minimis accipere debemus. l. numis. ff. de leg. 3. Quòd eo procliuius hic est dicendum, quòd conuentio, in qua se fundat c. facta sit tempore Vrbani quinti Pōtificis, quem constat ex historijs vixisse eo tempore quo propter clades bellicas

anterioris temporis, monetarũ insignis diminutio acciderat.

Deinde vt demus certam æstimationē grossorum Turonensium, vel per se vel per relationem ad aureos florentinos depræhendi & constitui posse, nihilominus tamen quia non simpliciter Turonēses sunt promissi, sed ad computum & rationem duodecim pro vno aureo florentino, iuris ratio, & communis iurisperitorum sententia eo inclinat, quod nō sit inspicienda bonitas intrinseca, aut etiam extrinseca secundum tempus contractus, sed ea solum quæ viget ex consuetudine vel ordinatione Principis tempore solutionis.

Nam ea relatio ac æstimatio efficitur, vt aurei florentini, aut eorum æstimatio, authoritate Principis vel consuetudine inducta, sint in facultate soluendi. Nam vt pulchrè scribit Bald. consil. 339. libr. 2. quem sequitur Soc. consi. 298 lib. 2. & Molinæus, licet obligatio incipiat à florenis, vel certa specie monetæ, tamen illa verba. Ad computum tot librarum vel solidorum, aut è contrario) efficiunt vt æstimatio illa tantum debeatur, & aureus florentinus sit in soluendi facultate, quam considerari & metiri oportet secūdum valorem impositium & obseruantiam seu consuetudinem, quæ obtinet tempore solutionis faciendæ.

Etenim in specie monetæ, quæ non est in obligatione, sed in facultate nemo dubitat quin inspiciendum sit tempus solutionis vel consignationis, vt scribit Moli. q. 96. & confirmat Bar. Soc. d. conf. 6. subijciens pulchrum & ad rem pertinens exemplum de quadrupede seu animali, à quo noxia data est, quòd cùm sit in facultate soluendi, rectè dari potest, etiam si deterioris conditionis factum sit, quàm erat tempore damni illati. l. 1. §. plane & §. si post litem. si quad. pau. fec. dic. inde inferens ad quæstionem propositam, non haberi rationem valoris, qui erat tēpore dispositionis factæ sed considerari debere tempus, seu æstimationem publicam, quæ in cõmmuni obseruatur tempore præstationis seu solutionis, quòd in proposito eo facilius admittendum est, quòd agatur de præstatione annua, non in compensationem sortis, aut pecuniæ certæ speciei, aut valoris ab initio erogatæ, sed quæ præstatur ratione fructuum, quos Capitulum & ante Capitulum vice Dominus iure Regalium ab Imperatore aut Rege obtentorum durante vacatione sedis Episcopalis leuabat & recipiebat: qui fructus cum sint incerti & ex temporis variatione augeri vel minui possunt, merito admittenda est, ea variatio, etiam in dicta pensione quæ præstatur & surrogata est in locum dictorum fructuum eaque vera videtur præsentis controuersię decisio.

Denique si lubeat antiquitatem penitus inuestigare, atque etiam respectu bonitatis intrinsecæ proportionem & analogiam solidorum Turonensium cum moneta præsentis temporis constituere, nihil tamen id intentioni d. c. suffragabitur, nam cum varij generis fuisse videantur solidi Turonenses, de quorum æstimatione variæ & multiplicas inueniuntur interpretum sententiæ, in d. clem. 2. de magistris, non absque ratione dici potest, in hac specie amplectendam esse minorem æstimationem, vel saltem eam quã videmus communiori calculo receptam & approbatam l. in obscuris, ff. de reg. iu. ab ijs, qui & antiquitatis rei nummariæ, & bonorum disciplinarum sunt peritissimi, secundum quam præstando minorē quantitatem quam ordinatione Ducis Philippi taxata est, Reuerendissimus Episcopus liberaretur.

Nam Budæus lib. 5. de Ass. hanc analogiam solidorum Turonē sium constituit, vt quilibet solidus Turonensis valeat vndecim denarios Turonenses, ac septem solidi Turonenses ascendant ad æstimationem duarum drachmarũ, quæ, vt author est Didac. Couarruias, vet. coll. num. in minimo excedunt valorem duorum Regalium, argenteorum, seu septem stupherorum, quos per has ditiones in communi expendimus, quæ proportio est longè infrà

infra æstimationem ordinatione Ducis Philippi comprehensam.

Preterea vt demus eam Budæi æstimationem ac Ducis Philippi ordinationem, solum procedere in solidis Turonensibus simpliciter appellatis,nec extédi ad hãc conuentionem authoritate Vrbani Pontificis factam, aut ad Constitutionem illam Pontificis, quæ legem sumptuariam præscribit,Doctoralia insignia suscipiẽtibus. d. clem. 2.ob id quod vtroque loco non sint in dispositione solidi Turonenses simpliciter, sed solidi Turonenses argentei,qui meliores in materia & valore fuisse videntur illis,qui simpliciter solidi Turonenses dicebantur,& æris partem habebant admixtam , vt refert Didac. de coll.vet.nu.cap.3.num.7.negari tamen nõ potest plures species argenteorum Turonensium in diuerso valore, vt indicat diuersa eorum æstimatio,commentarijs interpretum prodita in d.cle.2.&euidẽtius intelligitũ ex Extrauaganti Benedicti duodecim sub tit. de cons. c. vnic.§.porro,in qua Turonenses argẽtei sic examinantur & taxantur,vt duodecim argentei Turonenses constituant florenum florentinũ, quòd in specie proposita quoq; obseruãdum videtur, ad exemplum dictæ extrauagantis, quæ est Benedicti duodecimi, quem in Apostolatu secutus est Vrbanus quintus circiter 27. vel 28. annos, vt ex supputatione annorum , & successione Pontificum,manifestum est,vbi omnia dictæ extrauagantis, quoniam propriè ad casum præsentem pertinere vidẽtur ,subijcienda duxi.


Porro,inquit Pontifex.Turonẽses prędictos (nam de Turonensibus argenteis egerat)tales ferè intelligimus,quòd duodecim ipsorum valeant vnum florenum auri,boni puri,ac legalis ponderis,& cunei Forentini.

Quantum vero ad conuentionem propositam attinet , quæ non simpliciter de argenteis Turonensibus concepta est,sed ad analogiam & proportionẽ floreni florentini,non erit difficilis exitus,si deprehendi possit valor floreni florentini,quã Didac.d.c.3. scripsit octaua parte maiorẽ floreno Aragolico , qui valet octo argenteos Regales,secundum quam obseruationem florenus florentinus ad summum non excederet nouem argenteos Regales,qui nostrate pecunia,constituunt triginta & vnum stuferos cum dimidio.

Et hunc modum & rationem refert Did.Panor.in d. cle.2.tria milia argenteorum Turonensium,sumptibus Doctoralis dignitatis desputatis,deduxisse ad ducẽtos quinquaginta florenos de Camera, quos Didacus reducit ad ducentos simplices aureos Castellæ, quorum quilibet vndecim argenteis regalibus æstimatur:secundum quæ satis manifestum est.Florẽtinum vltra viginti vnum stuferos, cum dimidio produci non posse, quamuis cõpertum sit,eos qui antiquos habent credi tus in aureis florentinis constitutos,infra eam quantitatem accipere , vt scilicet nõ plures stuferi pro quolibet florentino solui debeant,quam ab initio soluti fuerũt, consideratione habita ad cursum & valorem extrinsecũ, respectu monetæ , qui erat tempore reditus ceu præstationis cõstitutæ , quam in annuis præstationibus consideramus, non habito habito respectu ad bonitatem aurei seu valorem intrinsecum , cuius ratio in sola decurtatione,& sortis restitutione pecuniaque habetur.

Finis Consilij Leonini.

D.IOAN.



D. IOANNIS CAEPHALI CONSILIVM XXXI. LIB. I.

PRO MVLTVM MAG. D. AVGVSTO DE MVLto Ferrarienſi, priore Hoſpitalis.

ARGVMENTVM.

In materia mutationis monetarum, an inſpiciatur tempus contractus, vel tempus ſolutionis, pręſertim in emphyteuticis obligationibus: & multa declarata ſcitu neceſſaria.

SVMMARIA.

1 *Solutio fieri debet de pecunia vſuali.*

2 *Pecunia minuta pro ducatis ſolui poteſt & econuerſo de generali conſuetudine.*

3 *Ducati ad rationem ſolidorum taxati, poſſunt ſolui iuxta æſtimationem.*

4 *Moneta quando ſolui poteſt, ſi floreni ſoluũtur accipiuntur ſecundum valorem temporis ſolutionis.*

5 *Monetæ aurei boni & iuſti ponderis ſolutio promiſſa, non poteſt fieri de moneta argentea.*

6 *Promiſſio de ſoluendis ducatis boni auri & iuſti ponderis ad rationem ſolidorum 57. pro ducato. nõ inducit taxationem vt poſſint ſolui ſolidi 57. pro ducato.*

7 *Ducatus quomodo poſſit taxari, ad hoc, vt moneta ſolui debeat.*

8 *Monetæ ſolutio fit ſecundum tempus contractus, non autem ſolutionis.*

9 *Solutio annua ex contractu debita, ſolui debet ſecundum valorem monetæ currentis, tempore contractus.*

10 *Moneta groſſa æſtimatur, & taxatur per minutam.*

11 *Moneta noua ſi pro veteri ſoluatur, debet fieri ſolutio ſecundum eius æſtimationem.*

12 *Conſuetudo generis, quod pro auro moneta ſolui poſſit, ceſſat, quotieſcunq; partes conuenerunt vt omnino aurum ſoluatur.*

IN DEI NOMINE AMEN.

Agentes pro inſigni hoſpitali S. Annæ ciuitatis Ferrarię, anno 1464. iure vſus inueſtiuerunt Franciſcũ cognominatum Cethotum de Rhodigio, de aliquibus bonis, qui nomine vſus promiſit ſoluere omni anno ducatos 44. venitos. boni auri & iuſti ponderis valoris ſolidorum 57. marcli. ad monetam Ferrariæ, pro quolibet Ducato, in ciuitate Ferrariæ, ſiue in dicto hoſpitali. Modo cum debitores ex cauſa prædicta vellent nunc ſoluere ducatos 44. in tanta moneta ad rationem ſolidorum 57. march. monetæ hodie currentis in hac Ferrariæ ciuitate: Ipſi autem domini creditores, nomine dicti hoſpitalis agentes, aſſerant ſibi ipſis ſoluendo eſſe ducatos 44. auri in auro, boni auri & iuſti ponderis vel ſaltem tantam monetam veterem vel nouam habito reſpectu ad æſtimationem veteris, quæ currebat tempore contractus. Quæritur quid iuris.

Et prima conſideratione videbantur prædicti debitores ſe poſſe ſoluere monetam iuxta hodiernum curſum, dummodo huius monetæ hodie currentis ſoluant ſolidos 57. pro quolibet ducato. Et primòper gl. & Doct. in cle. 2. de decim. & in ca. 2. in fi. de maled. vbi ſatis videtur † ſolutionẽ 1
fieri de pecunia vſuali. Nam vt dicit Zabare. in cle. ſi beneficior. 13. q. de decimis, bonitas monetæ cõſideratur reſpectu vſus, nõ autẽ materiæ. Afflic. dec. 194. nu. 5.

Secun-

2 Secundò, nam quicquid sit de iure, † de generali consuetudine pro ducatis potest solui pecunia minuta, & econuerso, glos. notab. l. si quis argentum, in princip. C. de donat. Barto. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. colum. 2. versi. sed pone. ff. de soluti. Brun. de augment. monet. 2. limitatione, num. 2. Curt. Iun. cons. 24. num. 5. quę consuetudo in hoc est obseruanda, Barto. l. 1. ad fin. de auro & argen. leg. in l. Paulus, colum. 1. post medium, ff. de solutio. & ibi etiam Imol. post princip. Et hanc esse generalem consuetudinem tradit Ioan. de Platea l. 1. C. de argen. præd. libr. 10. refert Rube. consi. 148. num. 1. versic. secundò facit, & sic semper tacitè inter partes videtur actum, vt secundùm loci consuetudinem pecunia soluatur. Afflict. de feud. titul. quæ sint regalia, in verbo, monetæ, numer. 21.

3 Tertiò, † quia ducati in proposito fuerunt taxati ad rationem solidorum 57. pro singulis monetæ Ferrariensis. ideò maior æstimatio quam fuerit taxata, non videtur soluenda. Socin. consi. 298. in prin. lib. 2. latè Brun. d. tract. augm. monet. 8. limitat. in prin. & q. 3. vbi dicit, quod si debeantur floreni aurei, secundùm taxationem factam solui debent, & si eorum æstimatio aucta sit, pauciores sunt soluendi, qui summam conuenientam constituant.

4 Postremò † prædicta cōclusio confirmari videtur ex traditis per Bart. in d. l. Paulus, propè finē. vbi quando moneta solui potest. si soluantur floreni, accipiūtur pro eorum valore, inspecto solutionis tempore, vt ibi per eum in l. cum certum, de aur. & argen. lega. & alibi, vt per Areti. in consi. 11. qui attestatur esse communem. Idem latè Curt. Iun. d. cons. 24. nu. 5. 6.

5 Præmissis † tamen non obstantibus ego arbitror totū oppositum verius esse, quòd imò ducati 44. Veneti, boni auri & iusti ponderis, sint soluendi singulis annis, iuxtà promissionis formam, habitam in inuestituræ instrumento, adeò vt nec pecunia argentea solui possit, † & hoc ob illa verba, boni auri, & iusti ponderis, quæ hauddubiè fuissent superflua. Bartol. in l. si stipulatus sim decem in melle, de solutionivbi ita in simili concludit, quando quis promisit dare centum in pecunia minuta, non poterit soluere de pecunia grossa, nō obstante, vt de consuetudine vna pecunia pro alia solui possit, & in terminis nostris vbi promissio fuit de ducatis boni auri & iusti ponderis, vt omnino ducati sunt soluendi, ita cōcludit Brun. tracta. augmen. & diminu. monetarum, vltima conclusio. in secundo præmisso, versi. aliquando, nu. 7. vbi asserit, se putare hanc esse veritatē, & plures allegat. de quibus ibi per eum. Idem tradit Afflict. vbi suprà, tit. quæ sint regalia, verbo, monetæ, num. 21. versi. hoc tamen fallit.

6 Non obstat, † quod promissio ista fuerit ac sit de 44. ducatis, valoris solidorum 57. monetæ Ferrariensis pro quolibet ducato, quoniam ob illam monetæ expressionem non puto fuisse taxatos ducatos, neque debitori fuisse concessam facultatem soluendi monetam, sed credo illam monetæ expressionem factam fuisse, gratia demonstrationis, vt partes ipsæ ostenderent clarius, de quibus ducatis sentiebant. Cum enim ducatorum variæ species, variusque valor reperiretur. Bartol. d. l. Paulus, in princip. probatur l. nummis. de legat. 3. cum similib. ideò voluerunt partes ipsæ declarare, de quibus ducatis senserunt, vel voluerunt specificare valorem ducati tunc currentem. Promissio tamen & obligatio continet ducatos Venetos, boni & iusti valoris, ac ponderis. Non autem continet ducatorum æstimationem, quam non video esse in facultate soluendi. Iuxtà tradita per Bart. d. l. Paulus, propè fin. Angel. d. l. si stipulatus sim decem in melle.

Tunc enim esset in potestate soluendi æstimationem, † quando partes dixissent, quod soluerentur ducati 44. auri, boni ac iusti ponderis, in tanta moneta, vt è conuerso concludit Bart. d. l. Paulus, vel dixissent vt soluerentur ducati 44. vel tāta moneta, ad rationem solidorum 57. pro quolibet ducato, tunc ducatus esset taxatus, & 7

vbi darentur solidi 57. vicibus 44. satis soluerentur ducati 44. valoris solidorum 57. pro quolibet ducato. Iuxtà diffusè tradita per Bar. & Castr. l. sed addes, §. si dominus, ff. loca. Isern. tit. quæ sint regal. verbo, monetæ, colum. 3. in vsib. feud. Bald. consi. 213. lib. 5. & alibi per Doct. Si neuter est casus noster, vt cernere est, ergo, &c.

Secundò posito, quod solutio in moneta argentea vel ærea fieri posset, † dico inspiciendum esse valorem monetæ, habito respectu ad tempus contractus, ~~non autem~~ non autem solutionum faciendarum, iuxtà Bart. & communiter cæteros, l. cū quid, propè fin. ff. si cert. pet. in d. l. Paulus, col. 1. Aret. consi. 11. & 112. in prin. Socin. consi. 298 lib. 2. Abb. & cæteri, c. olim, & c. penult. de censi. Isern. d. tit. quæ sint regal. verbo, monetæ, col. 3. in vsib. feud. vbi etiam Afflict. sub nu. 13. 15. et nu. 20. vbi citat Bal. d. l. C. de non numerata pecunia. Oldr. consi. 31. Thema tale est. Specul. tit. de oblig. & solut. §. nunc aliqua, in fin. & ibidem Ioan. And. & Bald. in addit. Bald. l. 3. num. 4. C. commun. de lega. in l. illud. vlti. quæst. C. de sacros. Eccles. imò Clem. fin. de decim. Corn. consil. 287. num. 4. versicu. tamen hoc non obstante, libr. 1. consi. 181. num. 71. lib. 2. & consi. 321. colum. penult. num. 12. lib. 3. Calcan. consi. 14. per totum. Bertran. consi. 168. 261. & 312. libr. 1. nouissimorum Guid. Pap. quæst. 493. si fiat monetarum mutatio. Afflict. decis. 90. & 194. Rubeus consi. 148. Dec. l. quod te, num. 8. ff. cert. pet. Abb. consi. 56. quod solutio, colum. 2. li. 2. & in c. quantò, colum. penult. de iureiurand. vbi attestatur esse communem opinionem Canonistarum & legistarum.

Sequitur Socin. d. consi. 298. & D. Crau. consi. 47. nu. 6. Non enim ex huiusmodi solutione conditio creditoris est deterior facienda Pract. Papiens. in forma libelli, in actione hypothecaria, vers. relaxandum iure pignoris, nu. 2.

9 Quæ conclusio † procedit etiam in annuis solutionibus ex contractu debitis, vt in casu nostro, text. est in c. olim, de censi. Bald. d. c. quanto. Bertran. d. consi. 261. nu. 7. Calca. d. consi. 14. Iasl. l. 2. q. 36. C. de iure emphy. Rub. d. consi. 148. colum. 2. Brun. tract. de augmen. & diminut. monet. vltima conclusione. 1. ac 7. declaratione, Corn. d. consil. 287. colum. fi. & consi. 181. Ratio est, quia partes videntur sensisse, vt fiat solutio, habito respectu ad tempus contractus, ita omnes locis suprà scriptis.

Debent igitur solui vel ducati 44. Veneti boni auri, & iusti ponderis, vel in tanta moneta solidi 57. pro quolibet ducato illorum solidorum, & eiusdem bonitatis intrinsecæ, cuius solidi erât eo tempore, vt apertè tradit Brun. dicto tractat. vltim. conclusione, in quinta particula, seu in quinta declaratione, propè finem, versic. secunda consideratio. Quorum solidorum ob eorum bonitatem ducatus non cõstabat, nisi ex num. 57. & Testonis non capiebat nisi sex de illis solidis, & sic de singulis.

Vnde si hodie † ducatus plus valeat, id est, ob deteriorationem pecuniæ minutæ, per quam grossa æstimatur & taxatur, Bart. d. l. Paulus, colum. 2. vers. aduertatis, & vers. item dico. vbi etiam cæteri, ff. de solut. Apparet ergò quod illi solidi antiqui sunt deteriorati, ac in bonitate intrinseca diminuti, ideò promissionis tempus omninò est inspiciendũ, & si solidi qui eo tẽpore currebant, inueniantur, soluendi sunt ex ipsis quinquagintaseptẽ pro quolibet ducato. 10

Si verò antiqui solidi reperiantur, de nouis facienda est solutio, vel de alia moneta, secundùm tamen æstimationem ac valorem dictorum antiquorum solidorũ, Socin. d. consi. 298. cum cæteris suprà scriptis. Ideò si moneta vel solidi noui, & hodiè currentes sint deteriores, numerus debet augeri, & sic numerus debet bonitatẽ supplere: Si verò sunt meliores, pauciores numero soluendi sunt, vt declarat Brunus d. tractat. conclusione vltima, declaratione vltim. colum. fin. versicu. ex præfatis infertur.

Non obst. contraria, quoniam ex prædictis extat responsio. Nam fateor pecuniam vsualem esse soluendam, non tollitur tamen, quia ex vsualibus illa sit soluenda, quæ

quæ fuit promissa, Afflict.in d.verbo, monetæ, sub nume.15.propè fin.versic.ex quibus colligo hanc conclusionem, & proptereà, cum ducati aurei fuerunt promissi, ducati sunt soluẽdi. Vel esto, quòd ducati aurei necessariò nõ sint soluendi, sed etiam tanta moneta solui possit, dico tamen monetæ æstimationem prout tunc, non autem prout nunc esse faciendam.

11 Si enim de illis solidis † antiquis fieri potest, benè quidem si verè fiat de moneta noua; debet fieri ad monetæ veteris æstimationem, Socin.d.conf.298.& hoc ab omnibus est approbatum, vt ex prædictis facilè constat.

Non obstat, quod de cõsuetudine possit fieri solutio in moneta, nam procedit consuetudo, quando ducatorum promissio simpliciter fuit facta, secùs quando fuerunt alia adiuncta, quibus colligitur mẽs partium, vt omninò soluãtur ducati, prout in proposito illa verba, boni auri, & iusti ponderis, arguunt partium fuisse intentionem, vt ducati tales soluerentur, † ideò

12 hoc casu cessat generalis consuetudo, vt pro auro solui moneta possit. Ita Brunus post alios, quos alleg. dicto tracta. de augment. monetæ, vltima conclusione, secundo præmisso, versicu. aliquando, nume.7. vbi infinitos allegat, & res est indubitata, nisi in loco reperiretur obseruantia, vt etiam moneta solui posset, tametsi promissio facta fuit de ducatis de auro in auro, vel boni auri & iusti põderis, vbi per Brunum, quæ obseruantia est facti, nec præsumitur nisi probetur, l.in bello, §. factæ.ff. de captiuis, c.cum in iure, de offic. de leg. cum alijs per Iasonem adductis, l. admonendi, colum. 2. in lectura, de iureiurando, & per Dec.consi.437.quæritur, num. 2. & de consuet.tradit, l.quatenus, numer.2. de regul.iur.& consi. 472. numer. 16. & alibi.

Nec est verum, quod ducati fuerint taxati, sed solùm ad demonstrationem solidorum 57.facta fuit mentio, vt suprà dixi in primo fundamento. & posito, salua veritate, quòd taxatio fuisset facta, adeò vt 57. solidi solui possint pro quolibet ducato, dico tamen solidos esse soluendos ad rationem bonitatis, in qua erant tempore promissionis. Neque hoc inficiatur Soci. d.conf.298.neque Brun. in contrarium adductus. Fateor ergo maiorem æstimationẽ non esse soluendam, quam fuerit summa 57.solidorum, adeò vt si hodie ducatus Venetus boni auri & iusti ponderis excedit valorem 57. solidorum monetæ antiquæ, illud plus, & ille excessus concernat commodum debitoris, quemadmodum etiam si ducatus hodie non ascenderet ad summam prædictam solidorum 57.damnũ debitoris esset.

Et istud est quod dixerunt Socin. & Brun.omninò tamen oportet, de mente omnium, vt solidi 57.monetæ veteris, & illius bonitatis, cuius erant solidi tempore promissionis, exsoluantur, & hoc penes me verissimum est de mente iuris. Alioquin, si sufficeret soluere solid. 57. pro quolibet ducato, cuiuscunque monetæ mineris etiam valoris ac bonitatis, vel ponderis, quam essent solidi tempore promissionis, quod tempus partes ipsæ, vt prædixi, respexerunt, neinpè sequeretur, vt minus solueretur, quam esset promissum. quod dictu absurdissimum est, & contra naturalem æquitatem, l.1.l.iuris gentium, §.prætor, ff de pact.cùm vulga.& prætereà voluit Socin.d.conf.298.& cæteri supràscripti, quod si non possit reperiri moneta vetus, & noua sit deterior tantùm plus soluatur, ad ęstimationem monetę veteris, vt per eos.

Ad vltimum respond. quod Barto.d.l. Paulus, procedit, quando in obligatione est moneta minuta, & aurei sunt in facultate soluendi. tunc soluuntur aurei secundùm valorem suum solutionis tempore. Ita Bartolus, ibi Aretin. plenè consi. 11. Curt.Iun.d.consi.24.num.5.6. Non tamen negant, quin numerus monetæ primæ perfectè sit soluendus, habita ratione ad qualitatem ac bonitatem, in qua erat moneta minuta tempore promissionis, immò verò hoc fatentur, si rectè considerentur, & ita præcisè respondet Brunus dicto tracta.& dicta vltima conclusione, in quinta

particula, versic. in hoc passu, numer. 6. Et rationem ibi subiungit, in versic. secunda conclusio, quoniam nihil creditoris interest, vt dentur plures vel minoris floreni, siue aurei, & vt pro eorum valore attendatur tempus solutionis, dummodò creditori soluatur illa monetæ summa, quæ reperitur in obligatione, vt per eum. Concludo igitur ad fauoré Hospitalis, saluo semper saniore iudicio.

Ioannes Cæphalus Ferrariæ legens.

IOANNIS BODINI DE REPVBLICA, CAP. III. LIBRI SEXTI.

ARGVMENTVM.

De re Numaria, quibusque legibus numorum deprauationi facilè occurratur.

SVMMARIA.

1 *Rei numariæ curam diligentem habendam in Republica.*
2 *Numismatum mutatio Reipubl. magnum adfert incommodum.*
3 *Gratidiani Tribuni plebis edictum, de certo precio in numis constituendo.*
4 *Princeps à numorum corruptela debet abstinere.*
5 *Philippo Bello Regi Gallorum vitio datum fuit, quod numismata corrupisset.*
6 *Numismata in pondere non debent deficere.*
7 *Metallorum confusio Reipublica perniciosa.*
8 *Auream & argenteam supellectilem ex pura materia fabricandam.*
9 *Auro æs & argentum sæpè miscetur.*
10 *Heraclij seu Lydij lapidis vis summa.*
11 *Confusio materiarum facit, vt adulterini numi sæpè fiant.*
12 *Aurum & argentum vt sit simplex & purũ putum effici non posse.*
13 *Metallorum mistura vt sit æquabilis, oportet.*
14 *Auri ad argentum proportio duodecupla.*
15 *Falsitas numi aliquando in eius extremitate non elucet, licèt nihilominus subsit in corpore.*
16 *Bodini consilium in numis feriendis, vt eadem metalli sit analogia.*
17 *Argentum Regium, cui tantùm vigesima quarta auri deest.*
18 *Budæi error taxatur qui minã libræ drachmæ denarium æqualem esse putauit.*
19 *Librarum & vnciarũ varietas summa est, quod exemplis demonstratur.*
20 *Numi si eadem mistura proportione, pondere & charactere eodem percutiantur, ponderum varietate secundùm Bodinum, facilè succurri posse.*
21 *Princeps Ius gentium tollere nequit.*
22 *Angliæ Regina ex argento ferè puro numos fecit.*
23 *Numos ex solo ære non stampandos.*
24 *Germania metallis omnibus, præterquam auro abundat.*
25 *Auri libra, quot argenti libris æstimetur.*
26 *Auri pondo aliquando 13. argenti libris fuisse adæquatum.*
27 *Nero admodum fuit delicatus in aurea supellectile.*
28 *Numi aurei & argentei, vt eiusdem ponderis, mistura, & figura fiat, ex consilio Bodini.*
29 *Hispania leges nummarias exactissimè seruat.*
30 *Nummi paulatim viliores cusi fuerunt.*

31 Voca-

31 *Vocabulorum obscuritate artifices numularij alios decipiunt.*

32 *Monetarios Bodinus propter peregrina vocabula, quibus vtuntur, reprehendit.*

33 *Libra 72. solidos comprehendit.*

34 *Solidus non à sole, sed à soliditate vocatur.*

35 *Ducatos passim quarta parte caratij à purissimo auro distare.*

36 *Pontificem Bodinus taxat, quòd aureum fecerit caractorum 21½.*

37 *Argentum facilius quàm aurum deprauatur.*

38 *Aurum & argentum Principum legibus cauetur, ne extra fines Imperij euehantur.*

39 *Numismata pura percutienda, ita tamen vt à culmine vigesima quarta parte distent.*

40 *Confusione metallorum sublata, imposturis aurifabrorum & similium satis succursum Bodinus censuit.*

41 *Officinam numariam vnam in Imperio ordinandam.*

42 *Romani vnam tantummodò officinam numorum percutiendorum habuerunt, Iunonis templum.*

43 *Monetæ deprauationem ex multitudine Officinarum prouenire.*

44 *Aureos numos extitisse ad centesimam vsque partem purissimos.*

45 *Aereos numos ad beneplacitum Principum tolerari posse.*

46 *Misturam etiam in numis minutioribus nõ ferendam.*

47 *Figura circularis in numis præfertur.*

48 *Numorum fusionem percussura confert Bodinus.*

49 *Argentum volumine corporis duplo maius est auro.*


50 *Aeris ratio ad argentum quæ sit, & argenti ad aurum quo ad volumen corporis.*

51 *Stannum quasi lethiferum venenum existit cæterorum metallorum.*

52 *Numismata quondam & hodiè visa, ferrea, lamina argentea superducta.*

53 *Numi hoc tempore summo artificio admodumq́, celeriter orbiculari figura secantur & fiunt.*

54 *Medicinæ istæ omnium sunt salutares, quæ dolorem aliquem pariunt, & ita sanant.*



IHI firmissima quęq; Rerumpublicarũ munimenta cõtemplanti, rei nummariæ curatio non tantùm vtilis, sed etiam ciuitatibus tãtoperè necessaria videtur, vt sine ea commodè consistere nõ possint: & quò maior necessitas est, eò magis nummorũ deprauationi prospiciendum: cùm ea res incredibile afferat vniuersis ac singulis detrimentum. At non modò corrumpi moneta, sed ne mutari quidem potest sine incõmodo ciuitatis: quoniam mutatio precij ac materiæ numismatum, census etiam ac bonorum cuiusque dubitationem affert. quo fit vt nemo quantum in bonis habeat, constituere possit. incerta sunt pacta conuenta, quæ versantur in societatibus, tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur: incerti reditus, vectigalia, tributa: denique pœnæ ipsæ ac præmia quæ à legibus & iudicibus irrogãtur, incerta sunt futura: postremò ærarij opes, ac multa tum in publicis, tum in priuatis rebus rationibusq́ue dubia ac suspensa fore necesse est. argumento fit illius Gratidiani Tribuni plebis edictum, qui cùm de collegarum sententia victoriati precium indicta pœna Romæ constituisset, tantum sibi ac posteritati gloriæ peperit, vt ei vicis omnibus statuæ dicarentur, & ad eas thus ac cerei accenderentur. certè quidem M. Tullius ait neminẽ vnquã multitudini propter id vnũ fuisse chariorem.

Ex quo intelligitur nummis à principe ipso lege & auctoritate publica corruptis, quanta pernicies ad Rempublicam
4 peruentura sit. Quanquàm † principi non magis licet improba numismata cudere, quàm occidere, quàm grassari: nec à iure gentium, quo quidem auri & argenti precium constitutum est, discedere: nisi regis nomen ac splendorem amittere, ac falsæ monetæ fabricator quàm princeps appellari malit: quod à Dante poeta Philippo
5 Bello regi Frãcorum † probro datum est: quod primus inter principes nostros quãtum quidem intelligo, numismata corrupisset, ac dimidiam æris partem argento miscuisset: vnde frequentes in tota Gallia tumultus. cuius facti cùm regem serò pœnituisset, ac nummos pristinæ bonitati restituisset, Ludouicum filium admonuit, ne deinceps adulterari numismata pateretur. Neque verò Petrus IIII. rex Aragonum vllam diripiendi regis Balearũ probabilem causam arripuisse dicitur, quàm quod numismatum precia mutasset ac deteriorata fecisset: tametsi reges ipsi Arragonenses eodem vitio laborasse feruntur: cùm Innocentij III. Pontificis Max. interdictis numismata legitimo pondere leuiora facere prohibeantur, in c. quanto. de
6 iureiurando. hinc reges † Aragonum more à maioribus accepto cùm Imperij sacris initiantur, iurant. Petrus Belluga in speculo princip. anno 1245. & 1336. se antiquæ monetæ leges minimè violaturos.

At non satis est his verbis iusiurandum concipi, nisi prius nummorum precium ac pondus legitimè sit constitutum, & ita constitutum, vt nec principes, nec subditi nummos deprauare si velint, possint. improbis autem voluntas nunquàm defutura est, quandiù metalla, ex quibus nummos conflari oportet, miscebuntur. nam ex ea metallorum confusione pecuniarum corruptoribus deprauandorum numismatum materia sempiterna datur, etenim natura ipsa ferre nõ potest, vt metallum simplex alterius loco substituatur: propter metallorum naturas colore, sonitu, volumine, pondere plurimũ inter se discrepantes.

Quamobrẽ Taciti Augusti Vopiscus in Tacito legẽ renouari necesse est: qua omnem omninò metallorũ confusionẽ prohibuit, indicta capitali pœna. id autẽ ęquè in argento facto atq; infecto caueri oportet. Sed à metallis excipienda est ęris & vtriusq; plumbi mistura, vnde Cãpana, tintinabula ac tormẽta bellica veteribus insitata conflantur. In cæteris omnibus interdicto locum esse oportet, nõ tantùm in nũmis cudendis, verumetiã in omni argentea aureaq; supellectile: in qua tam multa † peccantur, vt quid maximè nõ facilè dici possit. & quia materiã sæpè superat opus ipsum, probatio difficilimè fieri potest, in 8
quo Archimedes ipse ingeniosissimus homo sua spe et cõmento fraudatus est: (neq; enim Heraclij lapidis vsus planè cognitus erat) cum eius aurificis qui coronã aureã Hieronis regis conflauerat, furtum deprehendere sine operis detrimẽto iuberetur. vnam auri massam, alteram argenti eiusdem põderis in vas aqua plenum vicissim immersit: & ex aqua effusa vtriusque massæ, voluminis auri et argenti proportione vtcunq; intellecta vas rursum aqua repleuit, & in eo coronã immersit, vnde minùs aquæ quàm ex argentea massa, & plusquã ex aurea effusum est: ex quo iudicare sese posse putauit quãtum auri ex ipsa corona detractum esset: quintam scilicet partem, sed iudicium illud fallax erat: quia posuit mistura mex argento puro fuisse, cùm tamen ęris & argenti mistura simul cum auro sępissimè etiam inuitis aurificibus fierĩ soleat: ęs enim non solùm vtilius est auro miscere, verumetiã auri colorem reddit 9
magis viuidũ ac splendore clarioren: argentũ verò auri colorẽ efficit pallidiorẽ.

Est autem voluminis argenti, & æris tantum discrimen, quantum distat 13. ab 11. ita fit vt duabus partibus argenti massa eiusdem ponderis minùs aquæ effundat, quàm æris. quòd si coronæ mistura fuit ex ære & argento, certè iudicari nullo modo potuit, quantum auri ab opifice detractum esset, nisi planè intelligeretur, quantum vtriusque metalli auro admistũ fuisset.

set. ac tametsi penitùs id perceptum esset error tamē peccare necesse est in aquę mensura, vt ponderis ac voluminis metallorū
10 proportio eliciatur. Certè † quidem Heraclio lapide subtiliùs argentarij ac nūmularij vtuntur quā veteres: nemo tamen est, qui quantum ęris aut argenti auro admisceat, ex Heraclio lapide percipere possit.

At improbè aurifices queri solent, & anteà sępè questi sunt aurea vasa sine iactura conflari nō posse ex auro, cui ad summā bonitatē duo tantùm ceratia desint, etiā si ceratij quarta pars lege anno 1540. Francisci I. Francorū regis detrimento tribuatur: ac legibus neglectis auro sextā, interdum quintam æris argentíve partem admiscēt: quo fit vt quæ vulgò putatur aurea supellex, ei ceratia quinque desint, quæ in massa librarum 24. quinq; libræ æris cum auro
11 confusi efficiunt. decursu † verò temporis nummi ex eiusmodi auro conflantur adulterini. Quamobrem necesse est eandē in auro facto & infecto æquè ac in nūmis auri proportionem & admistionem seuerissimis legibus seruari. Aurum autem argentúmve ita expurgari & excoqui, vt
12 simplex sit † & ab omni sorde ac mistura purum, negant aurifices plerią; (quanquā adhuc sub iudice lis est:) & vt purissimum reddatur, sine graui tamen dispendio non potest. quinetiam auri optimi puritas nostris æquè ac Hispanorum legibus definitur ceratiorum 23. & dodrantis ceratij, cum detrimento partis octauæ ceratij vnius, id est, aurum eiusmodi, cuius massa si fuerit 192. partium, tres partes auri desint, argenti verò Parisiensis bonitas omnium laudatissima putatur: quippe quadragesima sexta pars tantùm æris admista est argento Hispanico optimo ferè trigesima sexta.

Vt igitur certa sit ac perpetua auri & argenti proportio sine iactura, necesse est
13 legibus caueri, † vt vtriusq; metalli mistura æquabilis sit, tum in nummis, tum in supellectile, partis scilicet vigesimæ quartę: qua ratione auri & argenti materia, tum ad nummos, tum ad vasa cōflanda satis solida futura est, quæ si purior sit, aut quatitur, aut sensim vsu deteritur.

Cùm autem auri † ad argētum ratio toto ferè terrarum orbe duodecupla sit, vti- 14
lissimum erit vtriusque metalli nummos eiusdem ponderis cudere: modo ne libra in pauciores 24. nummos diuidatur: vnciales enim aurei, quales in Lusitania, & argentei quales in Germania feriuntur, facilè corrumpi possunt, nec deprauatio sectione aut Heraclio lapide percipitur, † quoniam circularis portio exterior, qua 15
bonitatis periculum fit, ex auro argētóve puro esse potest: interiora verò corrupta, vt sæpissimè deprehensum est. faciliùs etiam deprauantur bilibres nummi, vt aurei Heliogabali, & quos Imperator Græcorum Tiberius bessales cudi iussit, quales quinquaginta Childerico Francorum regi dono dedit. Licebit igitur libram vtriusque metalli primum in nummos 24. deinde in 36. tum in 48. post etiam in 72. postremo in 96. aut etiam subtilius diuidere, ac duodecim argenteos aureo nummo eiusdem ponderis ac figuræ commutare, vt regalis argenteus Hispanorum, qui ferè drachmalis est, aureum nummum Francorum æquat pondere: ac proptereà duodecim argentei aureo nummo commutantur. quid, malum, obstat, quominùs omnes argentei nummi aureis pondere sint æquales? cur item eiusdem ponderis vtriusque metalli eodem diuersi ponderis dissimili † charactere non ferientur? cur 16
non erit eadem vtriusque metalli analogia? hoc si fiat, quod & facile est, & aliquando spero futurum, omnibus deprauandorum nummorum omnibus occasio præripiatur.

Dissimilium autem pōderum nummos dissimili charactere signari oportet, ne imperiti ac rustici in commutatiōe nummorum qui pondere ac pretio non multū differunt, falli possunt, vt in regalibus Hispanorum, & in argenteis nummos Henrici II. Francorum regis eiusdem characteris, imperiti sæpè lebuntur. Quòd si libram in 96. nummos diuidamus, argentei quidem drachma singulorū existet, qualis fuit Atticorum & Mezuza Hebræorum,

quia

qui proximè ad regalem Hispanicum accedit: denario Romano tribus scripulis minor: quia septem denarij Romanorum perinde vt octo drachmæ Atticæ vnciam cõstituunt: nos grossum appellamus, qualis fuit maiorum nostrorum ætate grossus Turonensis argenti optimi regalis, id est, cui tantùm vigesima quarta pars ad purissimi argenti bonitatem deesset. Et quoniam nullus erat eá ætate nummus argenteus materiæ bonitate nostra drachma, seu grosso Turonensi superior, etiam populi finitimi in fœderibus & rationibus contrahendis eo nummorum genere vtebantur: vt in eo fœdere, quod Bernates cum minoribus pagis Heluetiorum percusserunt, grosso Turonensi stipendium peditis diurnum æstimatur: cuiusmodi Attica drachma Græcis, vt est apud Pollucem: vel denarius Romanus, vt est apud Tacitum, diurnum fuit peditis stipendiũ, etiam Augusti principatu: ac ferè opificũ & rusticorum operæ diurnæ tãti æstimantur in sacris literis, Matth. 20.

Iam enim pridem error Budæi deprehensus, (Georgius Agricola Plinij, Appiani, Celsi, ac Tranquilli testimonio comprobauit) est, (tametsi non sine Græcorum ac Latinorum auctoritate lapsus esset,) qui minam libræ drachmæ denarium æqualem esse putauit, tametsi enim vncia vbique æqualis esset, fuit tamen drachma Attica vnciæ pars octaua, denarius verò septima: & cum libra caperet denarios 84. mina tamen centum drachmas æquabat. His verò temporibus incredi-
19 bilis apud omnes populos libræ & vnciæ varietas existit imò verò in eodem Imperio infinita sunt, propè genera librarum. Vt enim pauca de multis, centum libræ Parisienses efficiunt Lugduni 116. libras, Rothomagi 96$\frac{2}{3}$. Tolosæ 121. Massiliæ 123. Geneuæ 89. Venetijs 165.$\frac{1}{2}$. Genuæ 155. Basileæ 998. Londini 109$\frac{1}{2}$ Parisiensibus cum Argentinensibus & Vezuntinis conuenit, item Bernatibus, Basiliensibus, Nuremburgensibus ac Francofurdiensibus inter se, rursum Tolosatibus, Monspeliensibus & Auenionensibus congruunt eadem pondera. At etiam Turonensis prouincia libram habet Parisiensibus leuiorem: nam quindecim vnciæ Parisienses sexdecim efficiunt Turonenses. In Oriente & Africa non minor & certè maior est ponderum dissimilitudo. centum enim rotuli Thessalonicenses efficiunt 91. libras Parisienses. totidem rotuli Damasceni libras Parisienses cõstituunt 420. centum rotuli Syriaci libras Parisienses 503. & 14. vncias pendunt. centum libræ in Archipelago libras Parisienses constituunt 91. in oris Africæ 116. pondo complectuntur centum Parisien. in Asia minore centum rotuli Parisienses libras 123. & vncias quatuor constituunt. leuissima libra est Neapolitana, quoniam centum libræ Neapolitanæ quatuor tantùm ac septuaginta Parisienses pendunt.

At quibusdam in oppidis duo, triáve, interdum quatuor pondera pro rerum quæ væneunt varietate, constituuntur. Oranum Africæ oppidum quatuor habet pondera varietate discrepantia: quorum grauissimum est quo æs appenditur: quippe centum pondo efficiunt 118$\frac{1}{4}$. Parisiens. id verò quo species & aromata væneunt, aliquanto leuius est: centum enim pondo cõstituunt libras Parisiens. 152$\frac{3}{4}$. tertium, quo triticum & cera pendi solet, cuius ponderis centum efficiunt Parisienses libras 121. leuissimum denique, quo xilum appenditur: cuius ponderis centum libræ constituunt 182. libras Parisienses.

Sed omnis illa varietas ac discrepantia † ponderum conciliari facilè potest in 20
nummis, si eodem pondere & charactere aurei & argentei eadem misturæ proportione feriantur: cùm vbique ferè terrarum duodecupla sit auri ad argẽtum proportio, vt superiùs diximus.

Huic † gentium iuri derogari non de- 21
bet, ne Princeps sine summa sui nominis ac famæ iactura ius illud populorum omnium commune perrumpere potest. priuati verò ac publici nummorum corruptores

ptores sublata illa quā dixi metallorum confusione, simul concidant necesse est: quia nemo tam stupidus futurus sit, qui fraudem oculis, auribus, tactu denique ipso non facilè percipiat, & quidem sine Heraclio lapide, sine fornace, sine stilo, sine sectione. Et quoniam argenti pars minima quæque preciosa est, ad plebis vtilitates & commoda tertium nummorum genus ex ære puro aut fabricari oportet: aut certè argenti vnciam non modò in duas semuncias diuidere necesse erit, sed etiam in tres duellas, quatuor siciliquos, 6. sextulas, 8. drachmas, 18. tremisses, 24. scribula, 48. obolos, 96. semiobolos, 144. siliquas, 576. grana: vt tenues, vilissima quæque friuola facilius coemere sibi possint.

22 Cùm † enim Angliæ regina non ita pridem ærosa numismata sustulisset, ex argento satis puro numos cudi iussit, sed cū ac semiscripula librā in scripula non satis subtiliter diuisisset, tenuibus ademptū est cōmercium rerum viliorū: nec egentibus tanta benignitate ac facilitate succurri potest, quàm si subtiliores nummos cudi iussisset. At Renatus Andium ac Lotharingorum dux vnciam argenti in mille nummos diuisit, quos Andegauenses appellāt, ne cuiquam deesset aut mercādi, aut egentibus largiendi facultas.

23 Quod etsi laboriosum monetalibus videtur, vtilius tamen est quàm ex ære nummos ferire, tum quia nullum metalli genus citius ære rubiginem contrahit: tum etiam quod æris vbique est ac semper fuit precium incertum. debet autē ratio nummaria sibi constare, nec vlla temporum aut locorum varietate mutari: idq́ue maximè propter iura commerciorum populis omnibus inter se communia. Nam Punico bello argenti ratio ac æstimatio fuit pondo vnius ad 840. æris. at Senatus decreto vt inopiæ ciuitatis consuleretur, precium æris magna sui parte parte deminutum est: & cùm denarius argenteus anteà decem assibus æreis qui tum librales erant, æstimaretur, momento sexdecim assibus eiusdem ponderis æstimari. Plin. libr.33.cap.3. cœpit. posteà librale pondus assis dimidia ponderis parte imminutum est lege Papiria: vt precium æris duplo maius fuerit, quàm ante legem Papiriam. Festus libr.17. in verbo, Sestertius. extitisset: post etiam as illud semilibrale rursus dimidia ponderis parte minui placuit, ac denarium argenteum decem assibus eius ponderis æstimari: quia ratione argenti pondo 210. æris æquabat: quale nunc precium nostra ætate in Gallia ferè vsurpari videmus.

At in Germania, † quæ metallis omnibus præterquàm auro abundat, vilius æstimatur: neque enim tantùm supellex magna sui parte ærea fabricatur, verumetiam templa ipsa multis locis ære teguntur. in Hispania rarius est, in Africa verò rarissimum: ac propterea multò quàm in Europa carius æstimatur. facit igitur tanta illa precij varietas, quominus æris materia rei nummariæ idonea videatur. Hìc occurret aliquis, argentum etiam quibus locis abundat, vilius æstimari. nam eo fœdere quod ictum est cum Aetolis, vno capite auri libra decem argenti libris æstimatur. Liuius. at lege Constantini, l. vlti. de argenti precio. C. auri libra exæquatur argenti libris 14$\frac{2}{7}$. quia legislator solidos quinque aureos, quales septuaginta duos habuit libra Romana, argenti pondo æstimauit: nunc verò duodecupla ferè est vbique ratio: nec auri ad Aquilones inopia, nec argēti copia facit, vt hoc multò vilius, aut illud multò carius æstimetur. 24

25

Pontifex quidem Romanus auri quàm argenti cupidior, in camera Pōtificali auri libram æstimauit argenti libris 12$\frac{2}{7}$. vt argentarij ac nummularij aurum potius quàm argentum spe lucri Romam inferri curent. Quamquum bis mille & quingenti anni labūtur, cùm eadem ferè esset quæ his temporibus. Scribit enim Herodotus auri pondo argenti libris tredecim æquatum fuisse. & in Pandectis. In Misnaoth. tract. de angul. cap.8.§.6.&7. Hebreorum auri nummus, argenteis 25. æstimatur. quo fit vt cum Hebręis aurea numismata argen- 26

teis ea ratio fuerit quæ est vnius ad 12½. Per-
sarum item legibus auri ad argentū ratio
planè fuit duodecupla: nam stater Daricus
aureus vncialis argenti pondo æstimaba-
tur, vt est apud Pollucem, quinetiam Au-
gusti temporibus rex Indorū eandem ha-
buit auri ad argentum æstimationem, quę
tunc Romæ ferebatur, ac propterea Ro-
manorum iustitiam laudauit, vt est apud
Plinium. Ex quibus efficitur eandem ferè
nunc esse quæ semper anteà fuerit, auri &
argenti æstimationem: aurum quidem pre-
ciosius haberi cœpit Constantino magno
Imperatore, cum principum superio-
rum luxu omnia auro splenderent, vt eti-
am Martialis Bassam irriserit auro cacan-
tem. Quid Nero? cui non satis erat aure-
27 am habere supellectilem, nisi † auream
quoq; domum haberet, ambulatorijs mil-
le passuuum distinctam. Quid Vespasia-
nus? qui ampliùs bis millies in extruendo
ac inaurando Capitolio insumpsit. Agrip-
pa verò comes Augusti, Pantheum ære, æs
item auro texit, quod ad hæc vsque tem-
pora mille ac sexcentos ampliùs annos æs
quidem à rubigine, templum verò ab in-
iuria cœli & à ruina seruauit. ac nisi æs
inauratum fuisset, tandem rubigine exe-
sum imbres admisisset.

Certè quidem sacram supellectilem
auream esse, vt lex diuina iubet, ferendū
est: sed aurea vasa, peristromata, cubilia,
libros etiam & ephippia inaurata vbique
videri, hominum furiosorum insaniam
coarguit. quam nisi principes seuerissi-
mis legibus coerceant, auri non modò ra-
ritatem, sed inopiam vbique summam fo-
re necesse est: cùm in rebus inaurandis as-
sidua, & quidem perpetua fiat auri iactu-
ra. qua de re populus noster apud princi-
pem in comitijs Blœsensiū grauiter quæ-
stus est. At tametsi argenti copia tum in
Europa, tum Africa, tum in Occidentis
regionibus maxima sit, nec magna fiat ar-
genti iactura, nihilominùs æstimatio quā
dixi, vbique ferè sibi constat.

Quamobrem si mistura quoque vtriuf-
que metalli sit eadem, nummiq; aurei eius-
dem ponderis ac figuræ cum argenteis fe-
riātur: exceptis minutissimis argēti num-
mis ad tenuium subleuandam inopiam,
quod in auro necesse non erit, nemini du-
bium esse potest, quin perpetua ac stabilis
ratio nummaria futura sit, & ab omni de-
prauatione tuta: quod minimè sperādum
est, quandiù æris ac numismata auri & ar-
genti feremus, quāquam misturam num-
morum omnium inæquabilem † vbique 29
videmus, præterquàm in Hispania, quæ
leges nummarias accuratissimè tuetur. In
hoc quidem Imperio auri & argenti nu-
mismata vsque ad Philippi Belli ætatem
purissima fuerunt. primus hic dimidiam
æris partem miscuit argento, anno 1300.
ac tametsi pòst aliquanto † pristinæ bo- 30
nitati restituta fuisset, centesimo tamen
ac vigesimo post anno argentei num-
mi vix tertiam argenti partem habue-
runt.

Carolus VII. rex ineunte Imperio, ta-
metsi rebus afflictis, numismata argēti op-
timi vt populi gratiam iniret, cudi iussit,
anno 1430. sed extremis ferè Imperij tem-
poribus argenteos nummos labefactauit,
cùm deteriores quàm Philippus Bellus cu-
di iussisset. deinceps enim argentea numis-
mata minui cœperunt, non tantùm mate-
riæ bonitate, sed etiam pōdere ipso; quos
enim solidos Franciscus anno 1540. rex cu-
di mandauit, non tantùm superioribus le-
uiores, verumetiam multò deteriores fuis-
se videmus: quippe qui duas ampliùs par-
tes æris haberent, tertia pars non tota ex
argento constabat. deteriorem tamen so-
lidum cudit Henricus filius: deterrimum
Carolus IX. scilicet dimidia ferè parte le-
uiorem quàm auus: admistis etiam dua-
bus æris partibus, vt argenti tertia tan-
tùm pars restaret. Id quidem finitimorum
principum exemplo quasi necessitate quā-
dā coactos reges nostros fecisse videmus,
præsertim Heluetiorum, Germanorum,
& Belgarum: qui cùm argentea numisma-
ta nostra deteriora semper feriāt, nostros
homines ac ciuitates nummis argenteis
spoliabant, vt ex ijs suos conflarent, & ad
nos sua numismata commerciorum neces-
sitate traducerent.

Inde-

Inde populorum graues ac frequentes
querelæ, quod in nummorum permutati-
one & commercijs ineundis tanta detri-
menta ferant, atq; ij potissimùm, qui rem
numariam propter metallorum confu-
sionem ad intelligẽdum difficilem cape-
re non possunt.fraudis origo inde manat,
quòd suam quisq; artem,quo vendibilior
31 sit,obscuriorem efficere conatur, vt medi-
ci,qui leuissima quæq; medicamenta lite-
ris obscurissimis Gothorum, verbis qui-
busdam Arabum,cuiusmodi est Ana,pon
deribus ac notis Græcorum traduntim-
peritæ plebi,ne scilicet arcana pateãt me-
dicorum: ita monetales Præfecti ac ma-
gistratus noua ratione loquendi rem per
sese clarissimam tenebris plusquàm Cim-
metrijs obscurârunt.nã cùm facilè dici po
tuisset, massam auream librarum 24. cui
duæ libræ æris argentive admistæ sint:aut
breuiùs,aurũ cuius duodecima pars ærea
aut argentea sit, aurum 22. ceratiorum di-
cere maluerunt: cùm item argenteos nu-
32 mos media sui parte † æreos dicere lice-
ret, argentum appellarunt sex denario-
rum:pondere duorum triumve denario-
rum,æstimatiõe quindecim denariorum,
vt eodem verbo materiæ vim, pondus ac
precium repugnante rerum natura signi-
ficarent,cùm autem perspicuè dici potuis
set argenti libram in nummos octoginta
diuidi: numos sex solidorum dicere ma-
luerunt.

Rursus monetarum genus sic diuidunt,
vt quoddam stabile sit: quoddam varium
ac mobile:tertium fictũ & imaginarium:
cùm tamen nihil in re numaria stabile di-
ci possit:& ab illa quam dixi metallorum
cõfusione labes omnis proficiscatur. Nu-
mus enim Italorum omnium ac Siculo-
rum communis,quem ducatum monetam
imaginariam appellant, verissimus erat
aureus Constantini solidus, eiusdem pon
deris ac precij cum Angelico Anglorum,
& Medino Africano, aut Imperiali Bel-
garum: cuius ponderis sex vncia capit,li-
33 bra verò duos & septuaginta.d.l.quoties-
cunq; de argenti precio. huius solidi ple-
næ sunt leges Græcorum,Alemanorũ,Ri-
puariorum, Anglorum, Frãcorum,Salio-
rum,Burgũdionum: quem maiores nostri
aureum solutũ appellabãt:nostri ad aureũ
solarem ridiculè detorserunt.In his tamẽ
legibus quas modò dixi, multiplex, est ac
varia solidorum significatio, ac pretia di-
uersa.

Ineptissimè verò nostri monetales, qui
non ita pridem aureis nostris solidis cha-
racterem Solis impresserũt: quasi solidus
à sole diceretur.solidum autem lex appel
lat, quia ex auro purissimo conflaretur. 34
nihil est enim in vniuersa rerum natura
quicquam auro solidius aut magis compa
ctum: cùm cætera omnia corpora vacui-
tates quasdam habeant inanes. Et quem-
admodum aureus numus Augusti princi-
patu,eodem pondere quo stater Atticus,
quo Philippeus, quo Roseus Anglicus(o-
mnes didrachmi,) sub occasum Imperij
Romani paulatim imminui cœpit mone-
talium capitali fraude, quousque tempo-
ribus Constantini tertia ponderis parte
antiquo leuior esset:sic aureus Constanti-
ni solidus qualis est Anglorum Angeli-
cus, maioribus nostris vsitatissimus pau-
latim pondere minutus est: ac semper mi-
nuitur Præfectorum monetalium furtis ac
rapinis. quem enim aureum veterem ap-
pellamus,drachmam pendit: idem Caro-
lo quinto rege duobus scripulis minutus
est:eius enim ponderis sunt Franci aurei,
tum equites, tum pedites, eadem tamen
bonitate, qua veteres eiusdem ponderis
cusi sunt Ridæi Burgundiones. hinc ad
Caroli VIII. regis imperium aureus tri-
bus scripulis antiquo leuior,& ceratij do
drante deterior paulatim cusus est. ac ta-
metsi Franciscus maior pondere ac boni-
tate meliores signari voluisset, nunc ta-
men leuiores scripulo, & ceratij semis-
se deteriores feriuntur. cæteræ ciuitates,
Venetorum, inquam, Genuensium, Flo-
rentinorum, Senensium aureos num-
mos,quos ducatos appellant, & Hispani
ipsi vna & eadem lege ponderis ac † boni- 35
tatis, quarta, inquam, ceratij parte ab au-
ro purissimo, tribusque scribulis à
drachmali pondere percusserunt vsque

Carolum V. Imperatorem.

Is enim anno 1540. aureos Hispanos duobus ferè ceratijs deteriores, & quatuor siliquis leuiores cudi mandauit: ex duodecima pars libræ, siue quod idem est, vncia æris, argentíve auro publica lege misceri cœpit, extemplò ciuitates omnes ac principes Italiæ, eadem lege nummos siliqua tamen grauiores cudi iusserunt. Pontifex ipse Romanus Paulus III. perniciosum cæteris omnibus præbuit exemplum. Is enim aureum Romanum omniũ deterrimum ac leuissimum sub Farnesio-
36 rum stemmate signauit: quippe † duobus ceratijs ac semisse ab auro purissimo distãtem, ac duobus scripulis solito pondere leuiorem. deinde Farnesius Cardinalis cũ Auenione Põtificis Legatus esset, deterius in eo se gessit quàm auus ipse: quippe aureos cudit auo deteriores ac leuiores.

Quo factum est vt publici corruptores ac monetales Præfecti, finitimarum ciuitatum proba numismata vndique coacta corrumperent, ac deterrima quæq; ferirent.

Et quoniam acutius auri quàm argenti precium intuemur, & argentum quàm aurum deprauare facilius, fraus etiam ob-
37 scurior, sæpissimè † fit vt argentei nummi quò sunt puriores, eò rarius reperiantur: propterea quòd ex optimis deterrimos conflare publica finitimarum ciuitatum lege licet. regales Hispani argenteorum numismatum optimi vndique conquirun tur à Belgis & Germanis, vt vnciales ac semunciales nummos publica auctoritate feriant: quos à regalibus duodecima ferè bonitatis parte abesse constat. Sic Lucernates, Solaturij, Vnderualdenses, ex nostris capitonibus suos conflare solent, æris ferè duodecima parte admista. leuiores sunt etiam capitonibus Francorum. etenim bonitatis ac põderis rationibus subductis, Francorum capitonibus deteriores sunt duobus ferè assibus, quæ quod subtilius à nobis libro in Paradoxo aduersus Malestretum, singulari disputata sunt, omitto.

38 Principum † quidem ferè omnium legibus seuerissimè cauetur, ne aurum & argentum extra fines Imperij cuiusque euehatur, sed nunquàm obtineri poterit vt legibus pareatur, quãdiù commercia cum finitimis populis, vti necesse est, intercedent. Capitales etiàm ab aurificibus fraudes manare solẽt: quas omnes si persequar infinitus sim: nec tamen vllis legibus caueri possunt, nisi ea quam dixi ratione semel in Republica cõstituta: vt scilicet omnia auri & argenti numismata æquabili
proportione † ac pondere feriantur, & à 39
purissimis quarta & vigesima parte tãtùm distent: nec aurificibus ab ea lege discedere liceat. ita fiet vt argẽtea supellex argenteis, aurea aureis æquo pondere coemantur ac permutentur, nec quicquam venditori pereat præter opus.

Sic enim vetere maiorum nostrorum prouerbio dici solebat, in argentea supellectile nihil venditori perire præter opus, cùm aurifici venderetur. cur non idem quod ante trecentos annos in Gallia factum est, quod etiamnum in Hispania fieri videmus, consimili exemplo faciemus? at nostri aurifices sub operis specie fraudem emptoribus faciunt: ac vilissimo pretio emunt: quod multò carius distrahere possint: sublata verò auri, æris & argenti:
confusione, fraudes à stirpe † conuelli ne- 40
cesse est. vectigal etiam monetale, quod principes graui subditorum incommodo de nummorum precio detrahunt, tolli, ac potiùs eo nomine vectigal nouum, tum etiam ad monetalium mercedem imperari æquius est: vt olim Normani principes, & non ita pridem Poloniæ reges sanxerunt, vt nummorum vis ac potestas vbique sit eadem sine vllo permutationis nummorũ detrimento.

Et quoniam ab ijs qui auro, argento, ære flando, feriundo perficiuntur, pestis præcipuè manat, eoque latissimè per omnes Imperij prouincias grassatur, vnam tantùm nummorum officinam in eodem
Imperio † constitui necesse est, & in vrbe 41
omnium maxima, vt publicè spectantibus magistratibus nummi percutiantur. Nouum id, opinor, Præfectis monetalibus

talibus videri possit, præsertim nostris,
qui monetarum officinas habent ferè vi-
ginti.

At mirum videri debet nemini, qui mo-
dò intellexerit Romanos in tanto Impe-
42 rio vnam tantùm monetarum officinam
habuisse, scilicet Iunonis templũ, in quo
Tresuiri monetales trium metallorum, au-
ri, argenti, æris nummos sine vlla æris mi-
stura signabant prætereà Marij Gratidiani
Tribuniplebis rogatione scholam consti-
tui placuit, in qua numi probarentur.

Latè quoque patebat Imperium Fran-
corum Carolo magno rege: omnes tamen
monetarum officinas in Palatium coegit:
quo seuerius & accuratius nummi fabri-
43 carentur ac probarentur. posteà verò quã
officinas plures habere, & procul à Prin-
cipe metalla miscere licuit, ratio quoque
nummaria deprauari cœpit.

Hic dicet aliquis, Persas, Græcos, Ro-
manos simplicia numismata æris, argenti,
auri fabricasse, nec tamen adulterinos nu
mos defuisse. vt videre est apud Demosthe
nem contra Timocratem. & in tit. de falsa.
demus id quidem: sed tanta fuit eorum ra-
ritas, vt id valde nouum videretur: quoni
am facilimè quisque metallorum simplici
um naturam vim, ac pondus tenebat: nec
tamen prius nummi corrumpi cœperunt,
quàm metallorum confusionem principes
ciuitatum inuexissent, vt Marco Antonio
in Triumuiratu probro datum est: quod
ab aduersarijs profectum opinor: cum ad-
huc inopia laborantibus Romanis Liuij
Drusi Tribuniplebis rogatio non sine con-
tumelia reiecta fuisset, cum octauam æris
partem argento misceri vellet. ex quo in-
telligitur argenteos nummos etiam illis
temporib⁹ à summa puritate nihil aut par
rum admodum abfuisse: aurum quoq; pu-
rissimum extitisse demonstrãt etiamnum
aurea numismata veterum Græcorum, ac
44 Romanorum, in quibus nihil est admistũ
æris aut argenti, præter centesimam partẽ,
quæ sine diuturno labore ac detrimento
percoqui nõ potest. at etiam Vespasianus
nummos aureos conflari iussit, quibus tan-
tùm defuit pars auri septingẽtesima octo-
gesima octaua: vt Parisiorum aurificibus,
ac monetalium præsidi Turetano comper
tum est.

Mihi tamen sufficere videtur, si pars ar-
genti & auri vigesima quarta desit: ne que-
rãtur monetales operis diuturnitatem &
iacturam: aut ignibus imperari non posse. 45
Nollem, si fieri posset, quanquam fieri pos
se docui, æreos nummos signari: si tamen
aliter principibus videtur, puros ac sim-
plices conflari oportet: id quidem perfaci
lè est, ac tametsi anteà nummi nostri par-
tes assium minutissimæ decimam duodeci
mam ve partem argenti caperent, nihilo-
minus tamen fraudes in ijs quamplurimæ
fieri solent, quæ minus à plebecula, cui po-
tissimum eiusmodi numismata cuduntur,
percipi solent.

Extat apud me Iacobi Pinatelli rei nu-
mariæ Præfecti ad Henricum II. regem e-
pistola populari sermone scripta: qua gra-
uiter queritur de publica calamitate, ac
monetales Parisienses accusat, quòd asses
iusto pondere leuiores, materiaq; deterio-
res accuderent: detrimentum verò publi-
cum triginta sex assium in singulas libras
eius monetæ fuisse demonstrat. Ex quo in-
telligitur in infinita multitudine talium
nummorum quanta fabricatur, peculatus
incredibiles fuisse.

Idem tamen Pinatellus à Curia mone-
talium accepta potestate anno 1552. cudem
dorum denariorum ac duplorum, ad offi-
cinas huius Imperij remotissimas se rece-
pit, procul à principe, procul à luce: ac tã-
tam vim talium numismatum signauit, vt
rationibus omnibus subductis à Iudicib.
quæstionum centies ferè sestertium de pe-
culatus esse comperiatur: nec dubitauit se-
stertium pellici regiæ numerare, quæ flagi-
tiosissimi hominis supplicium quidem di-
stulit, non sustulit tamen.

Hæc igitur mea cõclusio est, ne minutus 46
quidem numis metalla misceri oportere.
Sed ea quæ diximus cum in Asia & Africa,
cum item in Hispania & Anglia rectissimè
fiant, quid obest quo minus idem in cæte-
ris quoq; ciuitatibus & Imperijs fieri pos
sit? Non dubito si Principes inter se cõspi-

rent, omnia faciliora futura.
Et quemadmodum veteres à numorum
percussione ad proplasticen & fusionem
delapsi sunt: idem nunc quoq; nobis faciẽ
dum opinor. nam quo numi solidiores fu-
erint, eò melius figuram tuentur, quæ in
numis percussis vetustate perit. circularis
47 verò & æquabilis figura circumcidi nō po
terit, quin facilè cuiq; appareat: nec item
vllum erit ex cæmentis numorum detri-
mentum: nec iterum atq; iterum cæmenta
conflare oportebit: nec tot opificib. opus
erit. nec tantùm temporis inaniter conte-
rendum in molestissima percussione: sed
eodem momento vis infinita numorũ for
ma cuiusque, loco, & ordine constituta ex
istet. postremò numos adulterinos effor-
mare nemo poterit, cùm metallorum ea sit
natura, vt corporis capacitate ac volumi-
48 ne plurimum inter se distent: quod quidẽ
volumen in numis percussis latet: quia
percutientis arbitrio distendi, aut cogi
possunt: forma verò in quam liquata inji-
ciuntur metalla, nec distendi, nec minui
potest.
Quamobrem si quis aureos numos ære
admisto corrumpere volet, formæ capaci-
tas non patietur: quia corpus æris duplo
capacius est, & ratio ad aurum eadem quę
vnius ad 2. & $\frac{1}{8}$ siue octo ad septende-
cim, siquidem vtriusq; massa capiatur eius
dem ponderis: contrà verò, si corpus vtri-
usq; metalli eiusdem amplitudinis suma-
tur, auri corpus ære duplo grauius, & $\frac{1}{8}$.
vel vt subtilioribus ponderib. ac numeris
vtamur, eadem est æris ad aurũ ratio, quæ
1551. ad 729. vt quidem me spectante demō-
strauit Fr. Fuxæus magnus seculi nostri
Archimedes.
Auri verò ad argentum ratio ea est quæ
1551. ad 929. aut ferè 9. ad 5. id est argentum
49 corporis volumine duplo ferè maius est
auro, si eiusdem pōderis massam vtriusq;
metalli constituamus: vel aurum ferè du-
plo grauius erit argento, si eiusdem volu-
minis massam vtriusque metalli compa-
remus.
Aeris item ad argentũ ratio ea ferè est,
50 quæ 11. ad 13. aut exactissima ratione, vt 729
ad 929. nam hæc duo metalla corpore ac
pondere sibi proxima sunt, colore verò
dissimilima. propius tamen argentum plũ
bo accedit, tum pondere, tum etiam ampli
tudine: id est plumbum eiusdem magnitu
dinis quā argentum tantò grauius erit ar-
gento, quantò numerus 15. maior est 14. vel
accuratissimè, vt 998. ad 929. aut huius vo
lumen tanto maius erit volumine plũbi,
si vtriusq; massa eiusdem ponderis inter
se conferantur. sed plumbũ corruptorib.
numorum inutile est, propterea quod dif-
fluit, & ab omnibus metallis facilè seiun-
gitur.
Stannum quoq; admistum cętera metal 51
la quasi lethiferum venenum perdit, ac
planè corrumpit: ac tametsi argento colo-
re quam simillimum videatur, corporis ta-
men amplitudine ac pondere dissimili-
mum est: nam vtriusq; eadem ferè est ra-
tio quę 9. ad 13. aut subtilius 600. ad 929. Au
rum verò ad stannum metallorum omniũ
leuissimum & corpore capacissimum, fe-
rè triplam habet rationem: id est, quam 18.
ad 7. vel subtilius 1551. ad 600. Ferrum itẽ
corporis amplitudinẽ & pondere ad argẽ
tum cæteris propiùs accedit: est enim ferè
vtriusque ea ratio quæ 3. ad 4. vel accura-
tissimè vt 634. ad 929. sed aliorum misturã
ferre nullo modo potest. quinetiam æris
drachma si in ferream fornacem injicia-
tur, obstat quominus ferri materia liqua-
ri vllo modo possit, ac totam aduri neces-
se est.
Queritur tamen Plinius corruptores 52
numismatum argentea lamina ferreum nu
mum sic texisse, vt argenteus putaretur, id
que appellabat ferruminationem, qualẽ
me Lutetiæ numum memini vidisse. pon-
dus tamen aut corporis capacitas fucum
obductum facilè detegit. aurum verò fer-
ruminationem illã momento demonstrat,
cum ferro tantò grauius sit, quantò sena-
rius à nouenario superatur: aut exactissi-
ma ratione 1551. ad 634. Postremum est ar-
gentum viuum, quod pondere ac volumi-
ne proximè ad aurum accedit: leuius tamẽ
est & capacius auro: eamque ferè inter se
rationem habent quam 3. ad 4. vel accura-
tissi-

tissimè vt 1558. ad 1551. sed omnium celerrimè igni carpitur, nec vlla vi retineri potest, quominus euolet ignibus admotum.

Auri verò & argenti, opinor, summa inopia fecit, vt maiores nostri proplasticen in re numaria deserere cogerentur, vel, quod verius est, monetales ipsi numos ferire maluerunt, quò fraudes eorum minus


53 perciperentur. Nostra quidem ętate numi solertissima ratione & quidem nostrorũ hominum ingeniosissimo artificio simul ac semel orbiculari figura secari ac signari, & quidem promptissimè cœperũt: sed sed ea ratio deserta iacet, quòd vsu percetum est numos nec eiusdem ponderis esse, nec formam diu tueri, & in cæmentorum multitudine ac iteratis fusionibus magnũ esse detrimentum.

Quod autem diximus libram numorũ tum grauiorum, tum leuiorum integris numeris diuidi oportere sine vlla fractione numerorum, habet ea res incredibilem vtilitatem, tum ad commerciorum facilitatem, tum ad nummorum permutationem: si videlicet auri & argenti, atque adeò si placet, æris libra vnciatum 12. in nũmos 24. 36. 48. 72. 96. 144. 192. 576. non tamen æris vel auri librã in numismata 576. diuidere necesse est, sed argenti duntaxat. omnium verò libræ partitionũ vtilissima est drachmalis, scilicet in numos 96.

Et quoniam repentinæ legum mutationes, ac rei numariæ conuersiones graue ciuitatibus detrimentum, sæpè quoq; rebellandi occasionem afferunt, id sensim fiat, oportet, quò leuiùs incommoda ferantur. Cùm enim legatione suscepta ad conuentus Gallorum Blœsas profectus essem, iussus sum à principe cum monetalibus Præfectis ac Marcello ærarij Tribuno de re numaria, qua tunc grauissimè Respub. conflictabatur, consilium capere, vbi breuiter ea quæ superiùs scripsimus, quæq; populari sermone iampridem à nobis peruulgata fuerant, disseruimus: summa tamen fuit, nihil vtilius fieri posse, sed tam graui morbo numario Rempub. vrgeri, vt eam medicinam quantumuis salutarem, difficilimè latura videretur. at nullæ medicinæ tam sunt salutares, quàm quæ faciunt dolorẽ, 54
& quoniam pocula, cataplasmata, sectiones nihil proficiunt membris putribus, ignes & cauteria admouere necesse est.

At paulò pòst intellexi peculatores publicos intercessisse, quominus ea quæ dixi, publica lege sancirentur. quinetiam argentea numismata deteriora quàm anteà: signarũt, & ex eo centies ferè H S corraserunt. Neque enim dubito si ærosa numismata lege prohibeãtur, ac iusto pretio numularijs dentur, subditos iacturam non leuem facturos: quam princeps pro se quisque quadã ex parte sarciat, oportet: sed illud incommodũ pro tantis vtilitatibus leuissimum optimo cuique debet videri.

Finis Bodini de Re Numaria.



PARADOXA
DOMINI DE MALESTROICT, REGII CONSILIARII, ET MAGISTRI RATIONVM:
DE RE NVMARIA: REGIAE MAIESTATI OBLATA, MENSE MARTIO, M. D. LXVI.

Omnia nunc primùm ex Gallica lingua in Latinam translata.

CVM triennio in re Numaria exploranda, mandatu Maiestatis Tuæ Rex, & Curiæ Rationalis cõmissu occupatus fuissem, datum mihi negotium est de ea re ad M.T. referendi. Quia autem nihil est quod ad huius rei rectam constitutionem tanto perè nos commouere debeat, quàm summa hoc tempore rerum omnium caritas: quam tametsi quilibet suo loco, summi videlicet cum infimis experiantur, tamen pauci originem atq; causam huius mali deprehendere possunt, quæ ex intimo velut recessu & quasi abysso rei numariæ repetenda, & rationibus demonstranda est admodum paradoxis, hoc est, ab opinione vulgi plurimum remotis: Iccircò rectè, atque ordine me facturum putaui, donec hanc materiam pro meritò examinem, maioremque, vti spero, laboris mei fructum M. T. exhibeam, si interim euulgarem duo ista Paradoxa: quę tentaui offerre M. Túę, quo benigniùs recipiantur & legantur ab omnibus, &, si benè intelligãtur, vt cognoscat vnusquisq; quam iniquè fiat ab his qui numismata maiori pretio æstimant & expendunt, quàm Edictis tuis sit comprehẽsum. quæ hac ratione melius in posterum obseruabuntur, quàm hucusque factitatum sit: ex quo ad te inprimis, Rex, tum ad subditos quoq; tuos incredibile emolumentum est peruenturum.

M. T. humilimus & obsequentiss. subditus & seruus

De Malestroict.

PARADOXA

PARADOXVM PRIMVM.

Iniquam esse in Gallia querelam caritatis rerum omnium: quádoquidem à trecentis annis nullius rei precio quicquam accesserit.

POsteaquam vetustus permutationis vsus in emptionem & venditionem est commutatus, & præcipuæ hominum diuitiæ, quæ in pecudum possessióe erant, translatæ in aurum atq; argentum, quibus deinceps res omnes vendi & æstimari cœperunt, & ex cósequenti hęc metalla tanquã veri ac legitimi iudices esse vilitatis aut caritatis omnium rerum: Sequitur dicendum, nihil hoc tempore carius seu maioris precij, perhiberi posse, quàm fuerit antè annos trecentos: nisi ob id, quòd plus auri vel argenti pro eo núc soluere oporteat, quã tunc fuerit necesse.

Atqui cóstat, in comparatione rerum non plus auri argentiue expendi hoc tẽpore, quàm illo fuerit expensum.

Ab illo igitur tempore nullius rei precio in Gallia quicquam accessit.

Axiomata sunt manifesta.

Minor probatur his modis.

Regnãte Philippo Valesio, qui sceptra suscepit anno M.CCC. XXVIII. Coronatus aureus floribus lilij signatus fine numero: pódere & liga æqualis imò melior Coronato solato quo núc vtimur, æstimabatur viginti tantum solidis seu duodenarijs Turonensib. & quanquã tunc temporis optimi holoserici vlna venderetur quatuor solũmodò libris, tamen ad soluẽdas has quatuor libras opus erat quatuor Coronatis, aũt moneta argentea eiusdem precij. Huiusmodi vlnam etsi nunc sex libris carius emamus, nempè decem: tamẽ pro his decem libris sufficiunt suprascripti quatuor Coronati, cum publico Edicto quinquagenis solidis singuli æstimentur, aut pro rata nummi argentei. Itaque vlna holoserici non est hodiè carior, quã fuerit illo tempore.

In cæteris mercibus, quæ diutius asseruari soleut & possunt, quas quidam Latinas vocant, eadem ratio est.

Si & eas merces spectemus, quæ faciliùs corrumpuntur, vt frumentũ, vina, & similes, eandẽ in his quoq; rationẽ deprehendemus. Sed in hac cóputatione nó est æquũ, vt præsentis anni códitio inspiciatur, qui peregrinum in modũ exorbitans fuit, & cui fortassis in Gallia similis non exstitit, quo & vina & segetes planè velut interierunt, imò etiã vites ipsæ & nuces frigoribus adustæ. Capiemus ergò annum cómunem, sicuti fieri assolet in æstimatione rerũ in casu & incerto positarũ: & modio vini mediocris statuemus preciũ duodecim librarũ Turonensium. Veniamus porrò ad tẽpora & Regis Ioannis, qui pręfato Philippo successit, & regnare cœpit anno M.CCC. L. primusq; cudit numismata vulgò appellatos Francos ex auro puro equitis & peditis figura insignitos, qui tunc tẽporis viginti tantũ solidis Turonensib. valebant, hodiè verò sexagenis æstimantur, hoc est, duplo amplius: Si illo tẽpore modius vini mediocris vænirent quatuor libris: ad solutionẽ harũquatuor librarum opus erat quatuor prædictorũ Francorum aureorũ, vel ad proportionem tantundẽ monetæ argẽteæ. Quod si his tẽporibus ematur modius vini duodecim libris, quod precium posuimus anni cómunis: his duodecim libris exsoluẽdis sufficit par numerus quatuor Francorum aureorũ, quandoquidẽ singuli hodiè sexaginta solidis Turonensib. æstimantur, vel moneta argẽtea eiusdem valoris. Quamobrẽ dici nó potest, ab eo tempore preciũ vini vllatenus auctũ esse. Idem est in frumento, cæterisq; mercibus similib.

Auream monetã hactenus supputauimus: exquiramus quoq; argenteã: repetamusq; paullo altius tempora S. Ludouici Regis, qui regnum auspicatus est anno M. CC. XXVII. & primus conflauit solidos, quorum singuli valẽt duodecim denarijs Turonensib. illa tẽpestate dicti grossi Turonenses. Hi grossi seu duodenarij erant ex argento puro, eorumque sexaginta & quatuor efficiebant libram. Denariorum verò quibus hodiè vtimur, præsertim eo-

se quicquam deperdi in coronato, aliove numismate, siue patrio, siue peregrino, dũmodo eodẽ precio exponãt, quo ab alijs acceperunt. Verũ longè à calculo absunt miseri: sicuti ijsdẽ terminis, quibus & primum Paradoxum persecuti sumus, deinceps demonstrabimus.

Cùm, Philippo Valesio regnãte, coronati valerent tantũ vicenis solidis, vti diximus, q hodiè quinquagenis ęstimẽtur: nobilis aliquis, cuius cẽsus seu reditus esset 50. solidorum, pro his 50. solidis accipiebat duos coronatos & semissem, vel monetam argenteam eiusdem valoris: quibus duobus coronatis & semisse, cõparare poterat dimidiã holoserici & octauam insuper vlnæ partẽ: quippe vlna eo tempore quaternis libris æstimata, quibus hodiernũ preciũ 4. coronatorũ respõdet. At hoc tẽpore in solutiõe præfatorũ 50. solidorũ annui reditus, idẽ nobilis accipit vnicũ tantũmodò coronatum, vel pro rata nũmos argenteos. hoc coronato cõparabit hodiè quartã solùm vlnæ holoserici partẽ, quoniã integra nunc decẽ libris vẽditur: cum olim dimidiã & octauã vlnæ partẽ cõparare potuisset. perdit igitur in coronato suo tertiã ampliùs vlnę holoserici partem, etiamsi 50. solidis eũ expenderit, hoc est, eodem precio, quo acceperit. Qđ si accipiat vel exponat coronatũ ꝑ 51. vel 52. solidis, dãnũ eius ꝑ proportiõe maius erit. Officialis, qui olim viginti librarũ stipendium habebat, in præstatione huius stipẽdij recipiebat viginti coronatos, vel monetam argenteam æquiualentem. his viginti coronatis mercari poterat holoserici vlnas quinq;, cùm quælibet, vt diximus, æstimaretur quaternis libris, quibus respõdet hodiernũ precium quatuor coronatorũ. At idem officialis in exsolutionem dicti stipendij viginti librarũ, accipit hoc tẽpore solũ octo coronatos, cũ singuli 50. solidis valeant, vel numos argenteos eiusdẽ precij. his octo coronatis duas solas holoserici vlnas redimet, quãdoquidẽ singulæ decem libris hodiè æstimentur: cum potuisset olim quinas comparare. Vnde manifestũ est, cũ in summa octo coronatorum tres vlnas holoserici perdere, quanquam singulos quinquagenis solidis exponat, vti & acceperat.

Ciuis aliquis, qui Ioan. Regis tẽporib⁹ habebat 36. libras annui seu constituti reditus, pro ex solutiõe huius reditus accipiebat 36. Francos aureos equitis vel peditis charactere signitos, (valebant enim tunc singuli vicenis solidis) vel monetã argenteam pro rata. his 36. Francis aureis poterat emere nouem modios vini, quia singuli venderentur quaternis libris, seu (quæ tunc æstimatio erat) quaternis Frãcis aureis, qui hodiè duodenis libris valent; quòd preciũ anno communi, modio vini assignauimus. Si iam hic ciuis suprascriptum reditum suum 36. librarũ in eadem moneta Francorum aureorũ recipiat, habebit horum saltem duodecim, qui prędictam summam 36. librarum efficiũt, cùm singuli hodiè sexagenis solidis exponantur. quibus 12. Francis aureis hoc tempore tres tantum modicos vini comparabit, quia modius 12. libris venit: cum olim nouem modios redimere potuisset. Perdit itaq; sex modios vini, in his 12. Francis aureis, etiamsi eodem precio 60. solidorũ eosdem exposuerit, quo & acceperat. Simile detrimentum in ceteris numismatibus aureis, aliarumque rerum & merciũ cõparatione vertitur: quod vitandæ prolixitatis gratia, vlterius non exsequor.

Supputemus iam per nummos argenteos. Nobilis, vel alius quispiam alterius conditionis, qui tempore S. Ludouici habebat censum vel reditum sedecim librarum, in præstatione huius reditus dabantur ei 5. marcæ argenti puri, vel monismata aurea eiusdẽ precij. Diximus enim suprà in primo Paradoxo, tunc temporis in marca argenti puri contineri tantùm summam 64. nummorum, qui appellabãtur solidi seu grossi Turonenses. Hodiè in præstatione huius reditus, datur ei tãtum vna marca argenti puri, quandoquidẽ 16. libræ, quæ continent 120. numos nonorũ solidorũ seu duodenariorũ, ad summũ nõ plus quã vnã argenti puri marcam cõplectuntur, quæ est tãtum quinta pars

eius argenti, quod veteribus sedecim libris contineretur. Illo tempore, cùm vlna panni (æquali bonitate vel meliori quàm hodiè ematur centum solidis Turonensibus) æstimaretur viginti solidis, sedecim libris sedecim vlnæ cōparari poterant. Hodiè sedecim libris emuntur saltē tres panni centū solidos valentis vlnę, & quinta vlnæ pars: cum olim sedecim emerentur. vnde pereunt duodecim vlnæ & ⅘. panni, in libris sedecim, etiāsi singulæ libræ eodē viginti solidorū precio exponātur, quæ acceptæ fuerunt. Idem deprehēdemus in supputatione solidorū seu duodenariorū. Nam decē solidis, quos olim ex reditibus annuis aliquis accipiebat tātundē argenti puri cōtinentes quàm hodiè quinquageni, emi poterant quinq; capones, videlicet singuli binis solidis. Hoc tēpore decē solidis vnicus capo emitur: vnde in summa decē solidorū existit damnū quatuor caponū, etiā si pari precio, duodecim scilicet denariorum, expendat eos, quo & accepit.

Si quis contrariā huic paradoxo opinionem habens, replicare velit, sua non interesse, quanti æstimetur Coronatus, libra, aut solidus: nec referre, qualia aurea vel argentea numismata soluantur, vel quo valore accipiantur: dummodò eodē valore possit eadem iterum exponere, & habeat summam suam centum librarum: huic consimili ratione necessariò probādum esset, se hoc tempore easdē merces duobus solidis seu duodenarijs nouis, qui fermè planè sunt ærei, cōparare posse, quas olim duobus illis veteribus solidis seu grossis Turonensibus, qui ex puro argento erant, comparare potuisset: & vnico Coronato hodiè id mercari, quod olim duobus & semisse constitisset.

Ex quo orietur tertium quoddam Paradoxum, magis absonum & creditu longè difficilius, quàm illud quod nos primo loco proposuimus. dicendū namq; esset, res omnes vilius hoc tempore emi, quàm olim: quandoquidem in precij ex solutione minus auri argētique daretur, quàm tunc datum esset. Quòd demonstrari nullo modo potest; quippè omninò falsum: sufficietque asseurari Paradoxo primo, quo declaratur, nullius rei precio quicquam accessisse: neque opus erit eò absurditatis delabi, vt existimetur, viliori nos annona vti, quàm olim.

Intentio & effectus horum duorum Paradoxorum est: vt priori demonstretur, regem eiusq; subditos eodem precio res omnes hodiè comparare, quo antiquis tēporibus comparatæ sint: Cùm oporteat nunc æqualem vim auri argentique puri soluere, atque olim. Regem verò, propter auctam aurei numismatis potestatē, (vndè argentei quoq; depravatio necessario est subsecuta) non tantam auri argentique puri quantitatem ex domanijs (vt vocant) & vectigalibus publicis accipere, quantam acceperint maiores ipsius. itemque Dominis ac subditis alijs Maiestatis eius, ex censu, vel reditu, vel assignationibus, aut stipendijs, non tantundem, atque olim, auri argentique puri persolui: sed loco auri & argenti, solutionem in ære fieri. Quo ære (vt secundo Paradoxo docuimus) non perinde multa emi & comparari possunt, ac si æqualis esset auri argentique quantitas. Ideoque damnum, quòd ex caritate annonæ oriri putatur, non ex precij quod soluendum sit augmento existere, sed inde prouenire, quia minus auri argentiq; puri ex pręstationibus hodiè: consequamur, quàm olim consecuti simus.

Vnde manifestè apparet, quo magis augemus & intendimus numismatum æstimationem, eo magis inde detrimentum nobis contingere. hinc enim omnis hæc, quam experimur, annonæ caritas atque difficultas procedit, magno totius Regni malo atq; incommodo. Porrò origo, causa, & progressus huius mali deinceps latius explicabuntur, vnaque indicabitur qua ratione huic rei occurrendum sit, nō sine maximo Regiæ Maiestatis, omniumque subditorum emolumento.

FINIS.

IOAN-



IOHANNIS BODINI TRACTATVS DE AVGMENTO ET DECREMENTO AVRI ET ARGENTI: ET QVOMODO EI OCCVRRENDVM sit. quo respondetur Paradoxis Domini de Malestroict.

AD DOMINVM PREVOST, DOMINVM DE MORSAN, REGIVM PRAESIDEM IN CVRIA PARLAMENTI.



OTA est tibi, Domine Præses, vulgaris querela caritatis rerum omnium: & conuentus, qui ad occurrẽdum ei rei, passim in hac Ciuitate, habiti sunt: quantumque laboris insumptum sit inuestigandæ causæ, vnde caritas ista proueniret: cui, Domini de Menil, & de Faur, Aduocati Regis, quos natura bono publico consecrasse videtur, conati sunt mederi. Tandem Dominus de Malestroict, cui negocium hoc iussu Regis mandatum erat, libellum Paradoxorum publicauit: in quo, contra omnium opinionem defendit, intra trecentos annos nullius rei precio quicquam accessisse: de quo multis fidem fecit.

Verùm superioribus diebus, lecto ipsius tractatu, operæpretium duxi, vno verbo ei responderem, pro declaratione & meliori intellectu huius quæstionis, quæ & publicam omnium, & priuatã singulorum vtilitatem respicit: ea conditione, si tibi non displicet, vt tu honorarius sis arbiter: in quem mihi persuadeo etiam Dominum de Malestroict consensurum esse.

Etenim ad rectè dijudicandũ Paradoxum, seu opinionẽ communi contrariam, opus est Iudice tali, qualis tu es, cui natura ingeniũ tam perspicax, & iudiciũ integrum largita est, vt inter quamplurimos difficilè sit parem inueniri. Quod non inter laudes tuas reputo, cùm sit naturæ donum: sed illud potiùs, quòd præditus sis eleganti & liberali doctrina, & tanta publicarum rerum experientia: quæ vsque adeò tibi curæ sunt, vt notũ sit omnibus, iamdudum te proprias obliuioni dedisse. quanquàm erratum hoc à me sit: cùm non possit priuatarum rerum obliuisci, qui tam sapienter administrat publicas, quemadmodum in gubernatione Reipublicæ, & præcipuè Prouinciæ demonstrasti: quæ perpetuum testimonium præbet incredibilis prudentiæ & dexteritatis, qua vsus es in regendo populo illo, periculoso tempore: mixta seueritate cum humanitate: vt merearis nõ Prouinciam gubernare, sed Regnum. Quamobrẽ certus sum in casu proposito, non solum te iudicium de hac quæstione certum esse daturum, sed & inuenturum facilè modos, quibus caritati annonæ, quam experimur, occurratur: quantum humano ingenio possibile erit, prudenter cõsulere, maturè aggredi, & fœliciter exsequi.

 RESPON-

Hodiò cùm Turonensis, Lugdunensis, Auenionensis, Tholosana, & aliæ Ciuitates huius Regni plenæ sint talium mercium, quamuis etiam nunc quisque eas ferat, licèt olim secùs fuerit: tamen in tanta copia optimi holoserici vlna vix vno coronato æstimanda foret, habito respectu illius temporis. prout mox dicam.

Sufficit iam demonstrasse, non esse holosericum pro exemplo omnium merciū latinarum, & multò minùs omnium rerum, proponenda. Quod ad vina & frumenta attinet, certum est, vigesies cariùs nunc ea vendi, quàm hinc ab annis centum. quod me vidisse affirmo in Castris Tholosæ, vbi sextarius frumenti, qui propemodum medietatem nostri conficit, æstimabatur quinque solidis, qui hodie emitur sexaginta solidis communiori precio, quod vigesies modò quàm tunc cariùs est. & ne longiùs petatur exemplum, reperimus in Regestis Castelleti Ciuitatis huius, modium frumenti mensuræ Parisiensis, centum viginti librir emptum fuisse, Anno 1524. quamuis biennio antè segetes frigore adustæ fuissent: in qua æstimatione iudicia Castelleti fundabantur. anno 1530. precium excreuit ad centum quadraginta & quatuor libras: & decreto Curiæ Anno 1531. contractus quidam minore precio initus, rescissus fuit. Hodie precio ordinario plus tertia parte aucto, contractus iuxta decretum Anni 1531. habiti, declararentur esse vsurarij, nisi debitori præstaretur electio, soluendæ pecuniæ loco frumenti, ad rationem vnius denarij in duodecim.

Non loquor de Anno 1565. quo modius frumēti communiter emebatur ducentis sexaginta libris, in pura emptione, mense Maio: sed de vulgaribus annis loquor, intra quadraginta annos tantùm: quibus videmus, frumentum redituum, quod æstimabatur quinquaginta coronatis solaribus, (ne de libris loquamur ampliùs) hodiè duplo cariùs constare: ita vt optimum frumentum, in mera emptione & venditione, precio ordinario æstimetur centum viginti libris, quo precio constabat in reditu antè annos quadraginta. Ideoque Malestretus non debuit frumenta exempli loco adferre.

Sed quò meliùs probetur quod dico, relinquamus fruges, & inspiciamus precia agrorum, qui neque crescere, neq; diminui, neque à naturali bonitate mutari possunt, dummodò non ludibriò habeantur, vt dici solet, sed colantur, sicuti factitatum est, postquàm Ceres fœmina Sicula vsum eius commonstrauit. etenim non est verisimile, terram vetustate amittere vigorem suum, quemadmodum multi existimant: etiamsi Deus, iusta vindicta, ab aliquot annis sterilitatem immiserit.

Cùm enim DEVS Galliam, inter Hispaniam, Italiam, Angliam, & Germaniam, mediam collocasset: constituit quoque eandem nutricem, cornucopiæ in sinu ferentem, quod nec fuit, nec erit vnquàm vacuum: agnoscentibus id & confitentibus Asiæ atque Africæ populis. sicut videre est in omnibus eorundem scriptis, & præcipuè in Oratione Regis Agrippæ, Iudæos rebelles ad obedientiam Romanorum exhortantis: Videte, inquit, Galliam, quæ trecentos quindecim populos complectitur, Alpibus, Rheno, Oceano, & Pyrenæis montibus circumclusos: quæ ferè vniuersum terrarum orbem in exhausto omnium bonorum fonte irrigat: nihilominùs bellicosi isti populi sub potestatem huius Imperij se submiserunt, postquàm octoginta annis contrà restitissent: fœlicitate magis & fortitudine Romanorum perterriti, quàm debilitati viribus: quoniam non habens in præsidijs plures, quàm mille ducentos milites: vt vix numerus militum, numerum ciuitatum æquet.

Inde videmus, Galliam tunc non fuisse steriliorem, quàm iam sit. monstremus etiam, eandē hodiè non minus fertilē esse.

Cicero

Cicero de fertilitate Siciliæ loquens, quam Romani horreum suũ appellabant, dicit, vberrimam terram fructum tãtùm duodecuplum tulisse, licèt à Dijs fortunata esset. Hodiè ad Ligerim, in Santonibus, Limania, Aruernia, Aquitania, & Insula Franciæ, omniũ rusticorum iudicio, meliores agros habemus.

Et videmus nihilominùs, intra annos quinquaginta, pretia agrorum non ad duplum, sed ad triplum accreuisse: vt iugerum terræ arabilis & feracioris, quod olim decem aut duodecim coronatis emebatur, vineti triginta: hodiè duplo vendatur, imò triplo, & quidem coronatis, qui decima parte minùs põderant, quàm antè annos trecentos. quod Malestrettus mihi concessurus est, si regesta nostra nõnihil perscrutati velit. & ne opus sit priuatorum contractus perquirere, qui passim sunt obuij: te testem appello, Domine, qui decreta Cameræ contractusque omnes archiui Galliæ, sæpissimè versasti: ánnon Baronatus, Comitatus, Ducatus, vel alienati à Corona, vel ad eandem reuocati, tantundem in annuo reditu valeant, quantum olim in vniuersum venditi fuerint.

Omnibus notum est, Comitatum Venicensem, & Auenionensem, duplo plus in reditu præstare, quàm quo oppignoratus fuerat. Carolus Sapiens emit Comitatum Auxerrensem, à Comite, triginta & vno millibus Francorum aureorum, seu totidem Coronatorum vel circiter. didici ex Domino Faucheto Cõsiliario, quem pro fideli pulcharum antiquitatum commentario habeo: Herpinum, vt comitaretur Godefredum Bullionensem, vendidisse Ducatum Bituricensem Regi Philippo Primo, anno 1100. sexaginta millibus solidis aureis. Ita legitur in nostris Annalibus: sicut videre est in multis legibus Longobardorum, Saxonum, Francorum, Ripuariorum: in quibus omnes mulctæ taxantur per solidos. veluti cùm dicitur, qui occiderit hominem liberum, soluat solidos centum: qui vinxerit, decem solidos. quod obiter dico, quia vidi processum veterum statutorum Ciuitatis Ambianæ, vbi partes, præter rem, solidos pro vulgaribus assibus interpretabantur. Certum est etiam, primos solidos argenteos, ducentis demùm pòst annis, cusos per Sanctum Ludouicum.

Ponamus illos solidos aureos eiusdem ponderis & valoris fuisse, cuius fuit solidus aureus Iustiniani: nam leges horum populorum eodem ferè tempore latæ sunt: non erit ad summum plus, quàm sexaginta millia Angelottorum, vel sexaginta millia Regalium aureorum, vt mox dicam. Solidus enim argenteus non fuit tanti ponderis. Verisimile etiam est, sólidum aureum eodem pondere fuisse conflatum: adsentior tamen, quòd solidum Iustiniani pondere æquarit.

Reperio quoque in antiquitatibus Italiæ, Imperatorem Rudulphum, Lucam vendidisse ciuibus, duodecim millibus coronatorum, Florentiam sex millibus: quemadmodum scribit Blondus lib. 8. decadis secundæ. hodie Florẽtiæ ædes sunt centum, quę triplo ampliùs valent, quàm ciuitas vendita fuit. Inuenimus etiam in Constitutionibus Philippi Longi, de iure ciuium, anno 1328. statutum: vt is, qui cuperet gaudere iure ciuitatis alio Regni loco, teneretur emere domum sexaginta solidis Parisiensibus.

His antiquitatibus si Malestretto non erit satisfactum, videamus vetera statuta Cameræ: item consuetudines Galliæ, & præsertim patriæ meæ Andegauensis: inueniemus articulum 499. qui habet hæc verba: Vehes frumenti, 25. solidis Turonensibus: vehes secalis, 22. solidis, & 6. denarijs: vehes hordei, 15. solid. caro hœdina, tribus solidis, & quatuor denarijs. Capo, 12. denar. gallina, 8. denar. veruex pinguis, 7. solid. & 6. den. Operæ diurnæ boum tempore hyemis, 10. den. quæ consuetudo anno 1508. approbata & confirmata est. sed inuenio, in Aruernia viliori pretio æstimationem factã fuisse: nam veruex cum lana solùm æstimatur 5. sol. hœdus, 18. den. gallina, 6. den. vitulus, 5. solid. porcellus, 10. den. Pauo, 2. sol. Phasianus

ſianus 10. denar. pipio, 1. den. Planſtrum freni quinque quintalium, 15. ſol. opera manuarij diuerna in æſtate, 6. denar. hyeme, 4. den. vectura boum hyeme 12. dena. In Borbonenſi Ducata plauſtrum freni duodecim quintalium, æſtimatur in conſuetudinibus 10. ſaltem ſolidis, articulo 555. pratenſe, 5. ſolidis in conſuetudinibus Marchiæ receptis anno 1521. Caro verucecina integra abſque Lana, æſtimatur 2. ſol. 6. denar. Plauſtrum fæni quindecim quintalium, 12. ſolid. Plauſtrum ligni, 12. denar. vitulus, 18. denar. Anſer, 12. den.

In conſuetudinibus vrbis Trecarum Campaniæ, ſextarius tritici optimi menſuræ Trecenſis æſtimatur 20. ſolidis Turonenſibus, ſecale, 10. ſolid. hordeum, 7. ſol. auena, 5. ſol. opera hominis diurna, 12. dena. fœminæ, 6. den. Hic Maleſtrectus non poteſt negare, quin ab annis ſexaginta rerum omnium precia decuplo accreuerint, vt minimum: & de quauis moneta loquor, de qua intelligi velit: ſicut monſtrabo ſtatim. nam ſi ager vna cum iuriſdictione vendi ad ſummum non poteſt cariùs, quàm ad rationem vnius denarij in 25. vel 30. conſequenter precium agrorum decuplo maius eſt, quàm ante annos ſexaginta: quod comparato antiquo precio, percarum videbitur ei, qui vetera ſtatuta & monimenta perſcrutabitur. omitto infinita exempla alia: nec attingo quæ vniuſcuiuſque oculis ob via ſunt: & ſufficit demonſtraſſe nunc, caritatem Ducatuum, ciuitatum, & comitatuum, & agrorum, qui vetuſtate non deteriorantur. quòd clariùs intelligetur, ſi cauſſa & origo caritatis cognoſcatur.

Caritatis, quam experîmur, cauſſas inuenio quatuor vel quinque Præcipua & penè ſola, quam nemo hactenus animaduertit, eſt abundantia auri & argenti, quæ hodiè in hoc regno maior eſt, quam antè annos quadringentos: vlterius non progredior, quia regeſta curiæ & cameræ quadringentos annos non excedunt: reliqua ex hiſtorijs veteribus, licèt non ſatis certò, colligenda ſunt. Secunda occaſio caritatis ferè ex monopolijs procedit. Tertia, eſt penuria, quæ proficiſcitur tam ex auectione, quàm corruptione.

Quarta, eſt voluptas Regum & Principum, augens precia rerum, quas amant. Quinta oritur propter precium monetarum, quod de antiqua æſtimatione imminutum. Hæc membra breuiter attingam.

Præcipua cauſſa, quæ auget rerum omnium precia in quocunque loco, eſt abundantia eius, quo æſtimantur res, & appretiantur. Plutarchus & Plinius atteſtantur, ſubacto Macedoniæ regno, Paulum AEmilium belli ducem, tantum auri & argenti Romam attuliſſe, vt populus à ſolutione tributorum liberaretur, & precia agrorum in Romania duabus tertijs ſtatim attigerentur.

Suetonius quoque refert, Auguſtum Imperatorem, tantum diuitiarum ex AEgypto apportaſſe, vt vſuræ minuerentur, & precia agrorum longè maiora fierent, quàm fuiſſent antè. non itaque propter penuriam agrorum, qui neque creſcunt, neque diminuuntur: nec propter monopolium, cui tali caſu locus eſſe non poteſt: ſed propter abundantiam auri & argenti, quæ contemptum eiuſdem efficit: exorta eſt caritas rerum æſtimatarum. Sicuti accidit, cum Regina Candaces, quam ſcriptura appellat Reginam Sabæ, in vrbem Hieroſolymam adueniſſet: quò tantam vim gemmarum attulit, vt pedibus conculcarentur.

Et cùm Hiſpani nouas terras ſubegiſſent: ſecures & cultri cariùs venditi fuerunt quàm margaritæ & Lapilli precioſi: quoniam illic non alij quàm lignei & lapidei cultri erant, & magna gemmarum copia.

Abundantia itaque vilitatem parit. qua in re Tiberius Imperator longè aberrauit, qui capite truncari iuſſit eum, qui vitrum molle & ductile effecerat; metuens, vt Plinius ait, ne ſi res euulgaretur, auctoritas auri periret; nam abundantia vitrorum, quæ ferè ex omnibus lapidi-

bus & herbis conficiuntur: semper vilitatem induxisset, idem in cæteris quoque rebus accidit.

Ostendendum itaque est, auri argentique in hoc Regno nō fuisse tantum ante annos trecentes, de quo tempore Malestrettus loquitur: quantum sit hodiè, quēadmodū manifestè apparet. Nam si quid est in regionibus pecuniarum, non tam abscendi diligenter potest, quin à Principibus tempore necessitatis inueniatur. At verò Ioannes Rex non potuit vnquam inuenire mutuos sexaginta mille Francos (ponamus fuisse Coronatos). in extrema necessitate: & post Pictauiensem pugnam, cùm annis octo captiuus ab Anglis detineretur, neque liberi ipsius, neque amici, neque subditi, neque ipsemet adueniens, precium redemptionis suæ potuit corradere, sed coactus fuit redire in Angliam, donec pecunia colligeretur.

Scotorum quoq; Regis, qui duodecim annis post captus fuit, redemptio, ad mille Nobiles aureos æstimata: inueniri ab eodem Scotiæ Rege non potuit: sed Carolus V. Rex, se illam soluturum promisit, inito fœdere cùm Roberto Scotiæ Rege, anno 13 1. vt ex tractatu apparet.

Sanctus Ludouicus eandem difficultatem expertus est, cùm in Aegypto captiuus esset. Non est verisimile, populum Francorum, naturali inclinatione Reges suos amantem, & maximè id temporis, ac præcipuè talem Regem, qui nec habuit, fortassis nec habiturus est vnquam similem: passurum fuisse, vt seruus esset Mahometanorum, quos tunc summoperè execrabantur: & tamen Saladinus necesse habuit eum dimittere ad conquirendum redemptionis precium, accepta pignori hostia quam secum portabat: quæ vtique, cessante optimi Regis deuotione, in commissum cecidisset. Reperio qui dicunt, quæstionem fuisse de ducentis millibus bezanis aureis, quæ dominus de Ionuille æstimat librarū quingentis millibus, aitq; Reginam precium in arca habuisse: quòd in medium relinquo.

Legimus etiam in antiquis nostris historijs, quòd inopia pecuniarum, facta fuerit moneta ex corio cum clauo argenteo: quæ res demonstrat summam egestatem auri & argenti tunc temporis in Gallia. Quod si ad nostram ętatem veniamus deprehendemus, semestri spacio Regem inuenisse in vrbe Parisiensi, absque vlteriori perquisitione, plus quàm tres milliones & quadringentas libras, exceptis numis officiorum Parisijs quoque inuentorū, & præter auxiliares & domanij pecunias. quanquam necessitas Principem nostrum impelleret, vt pacis lumen nobis redderetur.

Inuenimus quoq; Philippum 3. Carolo, quia postea Comes Valesius factus est, assignasse reditum 10. mille librarum feudi nomine: & in tractatu pacis inter Philippum Pulchrum, & Eduardum, Reges, Isabella Franciæ desponsata & postea nuptū collocata fuit filio Regis Angliæ, dote 18. mille libr. Turon. data, & nihil amplius: item filio suo Philippo Longo reditum feudalem 20. mill. libr. Turon. attribuit, anno 1311. Et ex constitutione Regis Caroli V. reditus feudalis Infantium Frāciæ, est 12. mille libr. Turon. vel centum & viginti millia semel soluenda: itemq; Filiarum Frāciæ, 60. millia semel. Videmus autem, fuisse tunc plus argenti, quā Philippi Pulchri temporibus: nam Philipp9 Valesius Regis Caroli V. auus, in assignatione Ioanni filio suo facta constituit, vt, si filias solum suscipiat, prima habeat 7. mille libr. reditus soli: secunda, duo millia eiusdē reditus, & 50. millia semel soluenda; tertia mille, & 40. millia semel soluenda. assignatio facta fuit anno 1331.

Sumamus ætatem Caroli VII. qui primus stipem seu solidā populo imposuit, & plurimos à subditis tumulatus sustinuit: quamuis fugasset Anglos, & tantum decennio recuperasset, quātum maiores ipsius ducentis annis perdiderant: tamen non plus, quàm vnum millionē & septingenta millia Francorū ex omnibus exactionibus corradere potuit: vt Philipp9 Cominæus scribit. Et pater eius Carolus VI. sal-

saltem 40. mille libr. exigebat: de quo Status Parisijs. anno 1444. habiti, grauiter cõquerebantur. nihilominus Carol. IX. anno 1572. quatuordecim milliones exegit. Ludouicus XI. reducto ad Coronam Ducatu Burgundiæ, & Andegauensi, & Comitatu Prouinciæ, & multis bonis confiscatis, profligauit tres milliones amplius, quàm pater ipsius: qua in re populus tantam sensit oppressionem, vt succedente Carolo VIII. filio, requirentibus & instantibus ordinibus, constitutum sit, medietatẽ onerum imminuendam esse. postea auri atq; argenti abundantia effecit vt caritate rerum & vilitate argenti existẽte onera facta sunt maiora: & filię Henrici II. Regis maiori natu 40. coronatorum millia in dotẽ data sunt: nec reliquis minus: ita vt quadruplum consequerentur eius, quòd Renata Franciæ, filia Francisci in dotem acceperat, videlicet centũ millia coronatorum. Si quæratur, vbi aurum & argentum fuerit, deprehendetur, Italiam propter magnitudinẽ negotiationũ, & securitatem inter Principes, omne aurum Europæ attraxisse. inueniturq; eodẽ tempore constitutum fuisse à Carolo V. vt filiabus Francię sexaginta millia librarum semel soluenda, matrimonij nomine darentur. Galeaceus 2. vicecomes Mediolani ducẽta millia coronatorum filiæ suę quæ Leonetto Angliæ Regis filio nupsit, in dotem dedit: & frater illius Barnabas, qui mediã vice comitatus Mediolani partem tenebat, duos milliones auri pro dotibus nouem filiarum legitimarũ, & duarum illegitimarum dedit: quamuis haberet quinq; liberos masculos legitimos, & duos spurios: sicut legimus in historia Medionalensi. Huius nepos Galeaceus I. Dux Mediolani filiam suam valentinam Ludouico Franciæ, Duci Aurelianensi vxorem, eique quatuor millia florenorum aureorum, sexcenta sexaginta septẽ marcas argenti in dotem dedit absque iocalibus, & Comitatu Astensi, addita promissione, quòd Ducatus Mediolanensis, deficientibus masculis ad valentinam eiusque hæredes peruenturus esset.

Ludouicus Sforcia cognomento Niger, gubernator Mediolanensis, neptem suam Blanck Sforciam Imperatori Maximiliano nuptum collocauit, eiq; quadringenta millia coronatorum & sexaginta millia ducatorum in dotem attribuit, Anno 1494. præter quadringenta millia coronatorum, quæ postea pro inuestitura Mediolani dedit. Si Dominus de Malestroict scrutetur regesta Cameræ, adstipulabitur mihi plus auri argentique in Francia ad Regis & Reipub. necessarium vsum, ab anno 1515. vsque ad annum 68. inuentum fuisse, quam olim ducentis annis inueniri potuerit. Quod si quis dicat non abundare nunc magis aurum & argentum quam antea, sed à paucis annis hanc caritatem nobis ab Italis introductam esse: contrarium iudicari poterit: certum enim est, quòd omnibus temporibus banniti ex ea regione hic fuerint, qui præter immunditiem quam in hoc regnum inuexerunt, semper Deo & misero populo bellum intulerunt, omni conamine enitentes vt naturalem bonitatem à cordibus Regum nostrorum euellerent: qua de caussa ex Francia eiecti fuerunt, & bona ipsorum confiscata, tempore Philippi Longi: & postea maiores nostri semper in duplum taxarunt litteras quas vocant Lombardicas, in Cancellaria. Inuenimus quoque Philippum Valesium primum imposuisse gabellam sali quo accesserunt quatuor denarij in singulas libras, ad quadraginta quinque libras in modium & amplius. facile itaque argẽtum inuenissent, si tantum exstitisset, quantum hodiè: nam Philippus Longus nulla religione mouebatur, quin à populo postularet quintam redituum vniuscuiusque partem.

Sed, dicet aliquis, vnde tantum auri & argenti ab eo tempore prouenit? inuenio, mercatores & opifices, qui aurum & argentum accersunt, tunc temporis cessasse. nam Franci fertilissimam

mam mundi regionem obtinentes, agriculturæ & pecuariæ operam dabant, & eo se vitæ genere, quòd in Franciæ præcipuum est, exercebant: ita vt negotiatio orientis quiesceret, metu Barbarorum qui littora Africæ tenent, & Alarborum quos maiores nostri Sarracenos appellabant, qui vniuersum mare mediterraneum subegerant, & Christianos quos capiebāt catenis seruorum instar vinciebant.

Et quantum ad negotiationum occidentis, ea prorsus erat incognita, antequam Hispani mare indicum nauigassent. præterea Angli portus Aquitaniæ & Normandiæ tenentes, commeatum in Hispaniam & insulas nobis intercluserant. denique ab altera parte, controuersia familiæ Andegauensis cum Arragonica, portus Italiæ nobis claudebant. Sed ab annis centum quinquaginta maiores nostri Anglos expulerunt, & Portugalli altum mare circumnauigantes, sinum Persicum, & maris rubri partem occuparunt, & ita naues suas diuitijs Indorum & Arabiæ felicis impleuerunt, frustrantes Venetos & Genuenses, qui merces ex Aegypto & Syria quo per Alarbos & Persas deuehebantur, afferebant, vt nobis easdem minutatim & ad auri pondus venderent.

Eodem tempore Castellani subegerunt terras nouas auro & argento plenas, quæ in Hispaniam intulerunt, & viam monstrarunt naucleris nostris instituendæ nauigationis Africæ, maximè nostrorum emolamento.

Incredibile est sed verum tamen, ab anno 1533. quo per Pyurros subacta fuit Peruaria prouincia, plus quam centum milliones auri, & bis tantundem argenti inde allatum esse: precium redemptionis Regis Atubalitæ fuit 1326000. bezanorum aureorum: emebantur tunc in Peruana caligæ panneæ trecentis ducatis, chlamys mille ducatis, equus quatuor vel quinque millibus, mensura seu pocale vini ducentis ducatis: vt testatur historia indica.

Et nihilominus Augustinus Zaratius Catholici Regis rationum Magister deprehendit, officiales Regis Catholici in Peruana mansisse debitores rationibus subductis, 1800. millium bezanorum aureorum, & 600. millium librarum argenti: vt omittam negotiationem, & incredibile emolumentum, quòd Rex Portugalliæ ex Moluccis percipit vbi Caryophilla, Cynnamomum, & alia aromata preciosa crescunt: quas ab Imperatore Carolo V ex antichresi pro 350000. ducatis accepit, cum Bononiam ad coronam Imperialem suscipiendam proficisceretur: quas Itali refuso in parata pecunia precio, repignerare voluerunt, sed Imperator recusauit, propter vtriusque familiæ fœdera.

Itaque Hispani, qui vitam ex Francia ducunt, ineuitabili necessitate coacti, frumenta, linum, pannos, glastum, papyrum, libros, adeoque opificia & operas mechanicas hinc comparare: currunt ad extrema mundi, vt aurum & argentum, & aromata nobis quærant: ab altera parte Angli, Scoti, & omnes populi Noruegiæ, Sueciæ, Daniæ, & littoris Balthici, qui fodinas metallicas quamplurimas habent, ex centro terræ metalla effodiunt, vt emant nostra vina, crocum, pruna passa, glastum, & inprimis sal, quòd est manna speciali Dei benignitate sine magno labore nobis datum. nam calore septentrionalibus vltra quadragesimum gradum deficiente, sal ibi fieri nequit: & infra quadragesimum secundum, calor nimis ardens efficit sal corrasiuum & multo magis sal salinarum Hispanicarum, Neapolitanarum, & Polonicarum, quo sæpissimè homines & salsituræ corrumpuntur: ita vt salinæ Comitatus Burgundiæ, & sal Hispanicum, & Vngaricum longe absit à bonitate nostri. Hinc fit, quod Angli, Belgæ, & Scoti qui saliendis piscibus magnam mercaturam exercēt, sæpè aliarum mercium inopia, nauibus Sabur-

Saburra onustis ad nos veniunt, vt pecuniario precio sal emant.

Altera occasio tot commodorum, quæ ab annis centum viginti vel quadraginta nobis accesserunt, est infinita populi multitudo, quæ sopitis inter Aurelianensem & Burgundicam familiam ciuilibus bellis, in hoc Regno multiplicata est: vnde dulcedinem pacis sensimus, eiusdemque fructum diuturno tempore, & vsque religionis tumultus potiti sumus: nam extraneum bellum quod interim incidit, nihil aliud, quàm malorum humorum expurgatio fuit, omni Reipubl. corpori necessaria. Anteà campestria loca, & ferè etiam Ciuitates propter ciuilium bellorum deprædationes, desertæ erant, cùm & Angli Oppida destruerent, pagos comburerent, magnam populi Gallici partē spoliarent, occiderent, & residuum ad medullam vsque deroderent: qua de causa cessabat agricultura, negociationes, & omnes artes mœchanicæ. sed ab annis centum infinitis locis succisæ sunt syluę, ædificati pagi, Ciuitates repletæ: ita vt præcipua Hispaniæ vtilitas, quæ alioqui deserta est, proueniat ex colonis Gallorum, qui turmatim in Hispaniam abeūt, præsertim Aruerni & Lemouicenses: adeò vt in Nauarra & Aragonia ferè omnes vinitores, aratores, carpentarij, murarij, opifices, lapicidæ, tornarij, carrucarij, aurigæ, planstrarij, restiarij, sellularij, helciarij, sint Galli. nam Hispani mirum in modum sunt ignaui, excepta armorum & mercaturæ tractatione. & ob id amant Gallos laboribus & seruitijs promptos, quemadmodum apparuit in negotio Prioris Capuani Valenciæ, vbi inuenti sunt decem mille serui & opifices Galli, qui inquietabantur, quasi participes fuissent coniurationis contra Maximilianum, tunc generalem Locumtenentem in Hispanijs, factæ: sed Domini & incolæ Valencienses pro omnibus expromiserunt. Magnus quoque eorum numerus in Italia est.

Alia quoque diuitiarum Franciæ occasio est, videlicet negociatio Orientis, quę aperta nobis fuit contracta amicitia inter familiam Francicam, & Othomannicam tempore Regis Francisci I. ita vt ab eo tempore mercatores Galli, habuerint tabernas Alexandriæ, Cayri, Beryti, Tripoli, non minus atque Veneti & Genuenses, nec minus fide & gratia valent Fessæ & Marocci, quàm Hispani: prout apparuit posteaquàm Iudæi à Ferdinando ex Hispanijs eiecti, in inferiorem Galliam Narbonensem se contulissent, & Gallis negociationem in Barbaria ostendissent.

Alia causa abundantiæ auri & argenti, prouenit ex Banco seu mensa argentaria Lugduni, vt verum dicamus à Francisco. Rege instituta, qui cœpit pecuniam mutuo sumere ad octo, & ipsius successor ad decem, posteà ad sedecim. & vsque ad viginti in centenos, vrgente necessitate. statim Florentini, Lucenses, Genuenses, Heluętij, Germani dulcedine vsurarum illecti, infinitam auri & argenti vim in Franciam apportarunt, & multi etiam habitare cœperunt, eam propter aëris temperiem, & suauitatem, quam propter naturalem populi bonitatem, & vbertatem regionis. eadem ratione reditus in vrbem Parisiensem constituti, qui ad tres milliones, trecentas & quinquaginta mille libras quotannis se extendunt, allexerunt extraneos, vt pecunias suas lucri caussa huc transferrent, eandemque domicilium hic collocarent: quæ res valdè locupletauit hanc Ciuitatem. quanquàm artes mœchanicæ & mercatura fœliciùs, meo quidem iudicio, succederint, non imminutæ per talem argenti negociationem: & locupletior multò Ciuitas foret, si idem fieret quod Genuæ: vbi domus Sancti Georgij recipit pecunias eorum qui adferunt, ad rationem vnius denarij in viginti, & rursus negociandi causa mercatoribus elocat, ad rationem vnius denarij in duodecim vel quindecim: quæ ratio magnitudinis & diuitiarum eiusdem Ciuitatis causa ex-

sa extitit, & quam tam publicè, quàm priuatim valdè opinor expedire. Etiamsi duorum magnorum imperatorum prudentiam & bonitatem præferam, Antonini Pij, & Alexandri Seueri, qui nummos ærarij ad rationem quatuor in centenos, hoc est, vnius denarij in vigintiquinque priuatis dabant quinetiam Augustus absque vsuris tribuebat illis, qui qui cautionem præberent, si ad constitutam diem soluta pecunia non esset, se duplum restituros: vt Suetonius refert: & hac ratione ablata Quæstoribus peculandi publici occasione, pauperes subditi negociabantur & lucrabantur plurimùm, & Princeps non habebat necesse mutuari, aut vendere suum domanium, neque excoriare populum: sed potiùs hoc modo euenit, vt optimus Alexander vectigalia & exactiones triginta partibus imminueret, ita vt qui triginta & vnum coronatos tributi & subsidij sub Heliogabulo (naturæ monstro) soluisset, vnicum tantùm sub Alexandro daret.

Hæ sunt, Domine, rationes, quæ ab annis ducentis aurum & argentum nobis in copia apportarunt. quæ maior est in Hispania & Italia, quàm in Francia, propterea quòd ipsi quoque Nobiles in Italia negocientur, nec aliud populi Hispaniæ agant: ideoque cariora sunt omnia in Hispania, & Italia, quàm in Francia, & magis in Hispania, quàm Italia, maximè seruitia & operæ manuales: quo fit, quòd nostri Aruerni & Lemouices in Hispaniam proficiscantur: sicut ex ipsis intellexi, quia triplo plus illic, quàm in Francia lucrantur. Hispani enim diuites, superbi, & ignaui admodum carè labores suos vendunt, Clenardo teste, qui in suis Epistolis fusi capite, expensarũ, in vno articulo ponit quindecim ducatos quotannis ad tondendam barbam, in Portugallia. abundantia itaque auri & argenti ex parte caussa est caritatis rerum.

Præteribo alteram caritatis occasionẽ, propterea quòd non perindè in considerationem veniat hoc casu: monopolia videlicet mercatorum, artificum, & operariorum: quando conueniunt ad constituendum certum precium merciũ: & ad augendas mercedes operarum & laborum: & quia eiusmodi conuenticula prætextu Religionis plerumque velantur, sapienter arbitratus fuit Cancellarius Poietus, tollendas & rescindendas esse confraternitates, quod posteà confirmatum est ad instantiam Ordinum Aureliani, vt bonis legibus non carere videamur.

Tertia caritatis caussa est penuria, quę duobus modis accidit: primò, propter nimiam auectionem ex hoc Regno, & propter impedimenta, ne res necessariæ adferantur: secundò, propter dissipationem seu absumptionem. Quantum ad auectionem: certum est, vinum & frumenta nos viliùs emere, durante bello inter Hispanos & Belgas, quàm post bellum, cùm auectio permittitur. etenim villici ferè coguntur nummos conquirere: mercatores non audent naues onerare: domini non possunt diu asseruare quod est periturum: & per consequens necessariò populus vilitatem annonæ sentit. nam maiores nostri vetus adagium nos docuerunt, Franciam fame nunquàm enectam esse, hoc est, habere opulenter quo populum nutriat, quæcunq; anni incidat sterilitas: dummodò extranei horrea nostra non euacuent. certum autem est, vix frumentum spicari posse, vel excuti, quin ab Hispanis asportetur: quoniam Hispania, excepta Arragonia, & Granata, admodum sterilis est, accedente naturali ignauia, vt dixi: ideoque in Portugallia mercatores frumentarij quibuscunque priuilegijs gaudent: & inter cætera prohibitum est, ne quis captiuus ducatur, qui triticum venale attulerit, alioqui plebs lictorem obrueret, si modò qui frumentum apportasset, clara voce dicat: Traho dridigo, hoc est, frumentum adfero. & quamuis sub graui pœna prohibitum sit aurum & argentum ex Hispanijs auehere, tamen permissum est propter frumẽtum solummodò. hinc fit, quòd

Hispa-

Hispani in magnam frumenti copiã consequantur.

Sed & Narbonensis Gallia & Prouincia, frumenta, Hetruriæ, & Barbariæ suppeditat: vnde abundantia argenti, & caritas frumenti oritur. nam in Hispanijs non alias ferè merces accipimus, quàm oleum & aromata. licèt meliora aromata nobis ex Barbaria & Oriente adferantur. Ex Italia accipimus alumen, & pauculos pannos, & sericum: quanquàm inferior Regio Narbonensis & Prouincia. plus olei ferat, quàm in nostros vsus sit necessarium: & eiusdem generis bonitatis panni & sericum, in hoc Regno conficiantur, artificum iudicio, atque Florentiæ vel Genuæ: ex quo mercatores norũt emolumentũ suum quærere, nomẽ quodlibet illis imponentes.

Quantum ad alumen, si venas Pyrenæorum Montium velimus incidere, certum est, nos inuenturos scatebras non solùm aluminis, sed etiam auri & argenti, quoniam multi Germani bonam spem fecerunt, & Magister Dominicus Bertinus in ipsis locis mihi demonstrauit, & experimentum exhibuit Henrico Regi omnium metallorum, cum magna copia Chalcanthi, aluminis, & marcasitæ. inter cætera depræhensum est plus aluminis ibi esse, quàm tota Francia opus habeat: licèt quotannis plus quàm pro integro millione ex Italia adferatur, sicuti affirmabat.

Huic debemus marmorea nigra, candida, variegata, iaspidea, anguinea, quæ ex montibus Pyrenæis Parisios misit: mihique adseuerauit, si fides ei adhiberetur, non ampliùs nos aluminis Italici opus habituros. Quo pacto Itali præter affanias, adulterinas gemmas, & fumigationes nihil habituri essent, quò argentum ex hoc Regno extraherent. hanc viam excogitarũt, destituti mercibus, quas cum nostris permutent, vt vendant nobis suffitus, tanto precio, vt suffitor quidam Italus à quodam Domin. in hoc Regno, qui notus est tibi, ex venditione chirothecarum acceperit quadringentos coronatos, quæ vix in vnius anni vsum sufficiebant. Si meis votis locus esset, optarem Principes non pluris ea facere, quàm fecerit Vespasianus Imperator: & certò mihi persuaderem, sufficiens Aquitaniæ sublaturos esse caritatem Italicorum.

Quarta caritatis caussa, ex Principum voluptatibus prouenit, qui precia rebus attribuunt: est enim in materia status Politici & Reipublicæ, regula generalis, quam Plato primus animaduertit: Reges non solùm leges subditis dare, sed & mores ac viuendi consuetudinem suo arbitrio mutare tam in vitijs, quàm in virtutibus, & rebus indifferentibus. Nam vtar alio, quàm Regis Francisci Primi exemplo: qui ad sanandum vulnus, quod in capite habebat, tonderi se fecerat. statim aulici, & postea vniuersus populus tonsus fuit. vt hodiè ludibrio habeatur promissa cæsaries, quæ olim signum erat pulchritudinis, & libertatis (sicut & à veteribus flauum capillitium, habita fuit pulchritudo Septentrionalium populorum) adeò vt primi Reges nostri interdixerint subditis, qui non essent genuini Francones, alere cæsariem, in signum seruitutis: quæ consuetudo vsque ad tempora Petri Lombardi Episcopi Parisiensis, perdurauit, qui autoritate interdictum sustulit, qua tunc Episcopi in Reges vtebantur. Quod obiter sufficit, ad demonstrandum, quòd subditi semper ad voluntatem Principis se conformeat, & consequenter magni faciant & æstiment ea, quæ Principes amant, licèt per se indigna sint: quemadmodum Caracalla Imperator inæstimabilem fecit succini flauti caritatem, testante historia, propterea quòd color capillis amicæ responderet.

Vidimus eadem ætate tres magnos Principes certatim operam dare lapillis preciosis, viris doctis, & politis artificibus: nempe Regem Franciscum Magnum, Paulum Tertium Pontificem, & Henricum Angliæ Regem: adeò vt Rex

Fran-

Alrera caritatis caussa est absumptio seu corruptio rerum, quibus ad vsum nostrum indigemus. Sericum vilis precij esse oportebat, quandoquidem tam copiosè in hoc Regno conficitur, & prætereà ex Italia adfertur. caritas ex absumptione prouenit: quia non solùm flagriones & cursores eo vestiuntur, verùm etiam ita dissecatur, vt durare, vel vsui esse pluribus, quàm vni, nequeat. Quod à Turcis, vt intellexi, nobis meritò exprobratur, qui insanos & furiosos in corrumpendo, nos appellant, quasi in contemptum Dei fiat, qui ea bona nobis dedit. illi lõgè magis eo abundant, quàm nos: sed nemini, sub pœna, licet dissecare. Idem nobis in pannis euenit: & præcipuè in caligis conficiendis, quibus triplo plus adhibemus, quàm opus est, idque cùm tot incisuris & dissectionibus, vt pauperioribus vsui esse nequeant, posteaquàm dominus eas fastidire cœpit. & prætereà, tria paria pro vnis gestantur: & vt caligis femoralibus palla respondeat, integram vlnam ei addunt vltrà solitum.

Edicta quidem de ea re facta sunt: sed frustrà: quoniam donec in Curia, quod prohibitum est, gestatur, passim quoque gestabitur: cùm apparitores ab his sibi metuant, & ab illis corrumpantur. sed & in vestitu, semper ineptus & stolidus habebitur, qui vsitato modo se non accommodet, qui ex Hispanijs prouenit: sicuti cycladem seu vertugallam à Mauritanis fœminis accepimus: tanta accessione, vt ianuæ nimis ad trãseundum angustæ sint. quod longè recedit à maiorum nostrorũ modestia antiqua, qui vestibus, vt Cæsar refert, angustis, astrictisque corpori, vt proportionem & pulchritudinem repræsentarent, vsi sunt: cùm Germani contrà laxis vterentur. vnde incredibilis absumptio oritur: ex absumptione prouenit inopia ex inopia caritas vestimentorum ex parte procedit, præter manus precium seu facturam, quæ precium materiæ sæpè excedit: dũ acu pingũtur, mæandris, segmentis, fimbrijs, virgis, scissuris, opere Phrygio, alijsq; nouis indies excogitatis modis exornantur. Nam post prohibitam auratarum, argentatarumque parangandarum gestatione, repertæ sunt fœminæ, quæ stolas Mediolani pretio quingentorum coronatorum, non computato auro, vel gemmis, vel materia, factas portarẽt.

Et ex hac luxuria peruẽtum est ad supellectilia ædium, ad toralia lectorũ deaurata, & Phrygiana, ad abacos deauratos & argentatos: & vt omnia inuicẽ respondeant, magnificas ædes exstruunt, supellectilem ædibus quadrantem comparant, genere viuendo vestimentis conuenienti vtuntur, & mensas pluribus ferculis onerant. quoniam Galli propter naturam regionis, Hispania & Italia frigidiorem, non possunt passerinis viuere, sicut Itali. Hinc procedit immoderata in omni ciborum genere superfluitas, & delitiæ maioribus nostris incognita: quæ ita hoc Regnum inuaserunt, vt famuli quoq; institorum in lautissimis popinis coronato, & domini binis coronatis singuli prãdere velint. quæ perniciosissma est vrbis Parisiensis pestis.

Attamen hæc luxuria non est grauissima omnium, quoniam in remissione processus Quæstorum repertum fuit vnum ex illis Lutetia Parisiorum duos fasciculos indusiorum, dealbandi causa in Flandriam misisse, constituto Testuni pretio in singula, nec minori pro aciculis dato: verùm non impunè tulit: nam carnifex strangulatum vestibus vsq; ad indusium spoliauit.

Hæc inter cæteras caussa fuit, cur Cancellarius Pratus hostili odio eiusmodi furunculos prosecutus sit, qui simplicitatẽ populi peruertunt, & rerum omniũ pretia data opera augent: qua in re hoc video esse pessimum, quòd Principis & populi expẽsis fiat. Dico itaq; ab huiusmodi corruptionibus, & superfluitatib. caritatẽ annonę quã videmus, ex parte prouenire. Omitto, hanc esse causam omnium vitiorum & calamitatum Reipublicæ: nam, ludendo, mutuando, vendendo, & omni voluptatum generi luxuriando, tandem creditoribus suis, aut cessione bonorum,

aut decoctione satisfaciunt. Sed si antequæ Romanorum, Græcorum, Hebræorũ, Aegyptiorum leges, eundem in Francia, quem apud Indos, & in Aethiopia, locum haberent, videlicet vt debitor qui soluendo non est, creditori adiudicetur, ad seruiendum, vel distrahendum: non tot latrones, cessionarios, & decoctores haberemus: neque caritatem rerum experiremur tantam, quæ ex luxu orta est.

Hic obijciet aliquis: Si res omnes partim propter absumptionem, partim propter abundantiam auri & argenti, cariores efficerentur, nemo propter magnitudinem pretij viuere posset. verum quidẽ est: sed bella & calamitates, quę Reipub. accidunt, præcipitem annonæ cursum sistunt. quemadmodum videmus Romanos valdè parcè, &, vt ita dicã, in magna paupertate, ferè quingentos annos vixisse: cùm grauem tantùm monetam æream, librali pondere haberent, & non signatam, vsque ad Seruij Regis tempora: sicuti nec argenteam monetam percusserunt antè quadringentesimum quintum annum ab vrbe condita, vt in Fastis videre est, sexaginta duobus annis pòst, aurea moneta vti cœperunt.

Consideremus itaque pretia rerum illius temporis: inueniemus veruecem æstimatum fuisse tãtùm assibus æreis, quos doctissimus Budæus pro tribus solidis & dimidio sui temporis accipit, & ad summum pro quatuor nostris: bouem centũ assibus, quo coronato solari æstimat, quòd pretium lege Ateria Tarpeia constitutum erat, ducentis octoginta annis post vrbem conditam, quo tempore stipendiũ peditis, teste Polybio, duorum obulorum erat, Centurionis quatuor, equitis denarij, qui tribus solidis & dimio valebat, monetæ quatuor denariorum, & duodecim granorum in liga: legimus in Plutarcho pretium veruecis tempore Solonis fuisse vnius drachmæ, quod est septima parte minus quàm Romæ ducẽtis annis posteà.

Quod ad reliquæ annonæ pretia pertinet, eorum æstimatio ex lege Fannia iniri potest, quæ quingentesimo nonagesimo secundo anno ab vrbe condita, sumptum imminuit, cum expressa prohibitione, ne quisquam plus quàm centum asses, hoc est, coronatum solarem insumeret in conuiuijs maiorum ludorũ: cæteris diebus, decẽ asses: idq; sine volatilibus, præter gallinam domesticam: quod edictũ rogante Didio Trib. plebis per vniuersum Italiã publicatũ fuit. Sexaginta quatuor annis posteà Crassus diues, Censor caritatem annonæ paulatim ingrauescere animaduertens, legem tulit, qua vnicuique liceret centum asses insumere diebus nundinarum, Calendarum, Nonarum, & Iduum: & in nuptijs ducentos asses, qui efficiunt duos coronatos, tres libras carnis siccæ, vnam salitæ, & fructuũ quantum liberet: alijs diebus, triginta, qui Testunum efficiunt.

Viginti & septem annis pòst, cùm vrbs spolijs Græciæ & Asiæ dicata esset, populus refrænari non potuit, accedente propter abundantiam auri & argenti omnium rerum caritate. Sylla Dictator vetera statuta abolescere vidẽs, quãtum potuit sumptum imminuit, & tamen permisit, vt duabus tertijs maior esset, quam Crassus constituisset, licèt æstimationem quoque annonę & cibariorum leuasset.

Triginta sex annis posteà, Cæsar temperantissimus omnium Princeps, animaduertens omnem populum immoderatis conuiuijs luxuriari, edictum fecit, quo prohibuit, ne plus quàm viginti quinque coronati consumerentur in nuptijs, & reliquis diebus festis & nundinarum, septem coronati & dimidius: quod decuplo plus erat, quàm Sylla permiserat. & hæc ipsa tamen edicta adeò negligebantur, vt pro eorundem executione, ipsemet secretò in forum ire cogeretur. nec posteà quisquam ea de re edictum fecit. Quin & Caligula insigne prodigalitatis exemplũ subditis edere volens, viginti & duos mil

liones

liones auri, quos Tyberius comparserat, vno anno abliguriuit.

Sed videamus, quemadmodum abundantia auri & argenti, itemq́ue absumptiones auxerint precia rerum à tẽporibus Syllæ, vsq; ad Caligulam, spacio non plenè centum annorum. Reperimus delicatiores pisces, quo numero sunt, Mugil, Rhôbus, Aurata, Dentex, Acipenser, Muræna, emptos fuisse ad pondus argenti, vt Galenus scribit. Fuit quidam liguritor, indignus qui nominetur, qui ducentis coronatis emit mugilem marinum bilibris põderis: quæ emptio fuit auro contrà. Piscatur in Oceano nostro, & quandoque in Ligeri, quò se effundunt, trium vel quatuor librarum, & væneunt quindecim vel viginti solidis: quoniam nobiliores & vulgus carnibus magis delectantur.

Ex his exemplis iudicare possumus de caritate cæterarum rerum omnium: nam pauo tẽporibus Varronis cõstabat quinquaginta denarijs argenteis, qui efficiunt quinque coronatos: par pipionum vendebatur viginti quinque coronatis: post quæ tempora, precia rerum omnium accreuerunt decuplo, vt supra demonstrauimus. Plinius progreditur vlterius: inquit enim, quendam Hirrium nomine sex millia murænarum mutuo dedisse (quæ lampetris nostris præter longitudinem nihil simile habent) ad pondus, & numerum, scilicet vt totidem ei redderentur, nec voluit auro argentoue eas vendere, quia parui Romæ fiebat propter abundantiam: neque enim penuria rerum obstabat, cum ab omni terrarum parte quasi ad mercatum, Romam deferrentur.

Quanquam luxus ad flagellandam annonam plurimum adiuuabat: quia nonnulli ditissimorum non poterant interdum viam inuenire, qua bona sua dissiparent: vt AEsopo tragœdo accidit, qui excitandi appetitus gratia, ferculum sibi apponi iussit quindecim millibus coronatorum æstimatum, plenum lusciuijs, sturnis, merulis, & alijs auiculis oscinibus: cum tamen eiusmodi aues insipidæ sint, & insuaues: sed magnitudo precij saporem eis cõciliabat.

Et Athenæus narrat, cum in Sclauoniam comedendorum cancrorum gratia, qui magni illic fiunt, appulisset: antequam nauem egrederetur, dictum ei fuisse, longè meliores & suauiores in oris Africæ inueniri: quo intellecto, eandem ob caussam in Africam nauigasse.

Filius autem veritus ne patrem ignominia afficeret, margaritas inæstimabilis precij liquefactas absorpsit. Nec est quod quis miretur, tragœdum tot coronatos habuisse: quoniam mimi & histriones tanto in precio erant, vt Roscius triginta sex millia coronatornm quotannis comparceret, duodecies morionem agendo coram populo: præter emolumenta ludorum particularium, quæ centuplo plus valebant.

Sed vt abundantia auri & argenti ad oculum demonstretur, commodius exemplum inueniri nequit, quàm Apicij magistri helluonum, qui, cum tres milliones coronatorum abligurijsset, & trecenta quinquaginta millia adhuc residua haberet: metuens ne fame periret, veneno se necauit: sicut plurimi historici testantur.

Quapropter verum esse credo, quod de Cicerone fertur, quòd pro vnius caussæ peroratione, domum quinquaginta millibus Coronatorum æstimatam acceperit: quoniam si scurræ tanto in precio essent, non fuit mirandum tali Aduocato tam splendidum salarium collatum fuisse.

Porrò aurum argentumq́ue omne illis intra centum viginti annos obuenit: ex vniuersi orbis deprædationibus & spolijs quæ Romam apportarunt Scipiones, Paulus AEmilius, Marius, Sylla, Lucullus, Pompeius, Cæsar, & maximè duo isti postremi: nam Pompeius tot regiones subegit, vt reditum Imperij ad octo milliones & quingenta millia

& dimidium argenti continent. Concludendum itaque est, quoniam solidus antè trecentos annos, eiusdem tituli, pedis, ligæ, eiusdemque mistura fuit, qua est hodie, demonstrationem Malestretti, eiusque exempla locũ habere non posse: nam & si Carolus Pulcher anno 1322. veterem titulum solidis ad duodecim denarios Regios restituisset, tamen sex mensibus posteà eosdem media parte iterũ debilitauit.

Præterea reperimus in regestis nostris anno 1422. titulum solidorum ita debilem fuisse, vt marca argenti valeret octoginta libris Turonensibus, hoc est, 1600. solidis in marca operis: vt solidus Henrici II. hac ratione quinis illorum solidorum valeat: quod est contrarium sententiæ à Malestretto propositæ, videlicet antiquum solidũ valuisse quinis nostris: quoniam ante annos centum quinquaginta quini solidi valebant tantum, quãtum singuli nostri. Oportet itaque, vt hoc verbum, antiquos, ad certos solummodò annos referat, & non ad omnes, vt facit, indè à trecentis annis.

Breuiter, qui voluerit librum Nigrum, qui est in Camera Procuratoris Regij Castelleti Parisiensis, euoluere, inueniet anno 1420. cùm Angli vrbem Parisiensem tenerent, coronatum æstimatum fuisse sexaginta solidis, vellus quadraginta, nobilem septem libris, quod est pretium & valor temporis Henrici II. Verum est, Carolum VII. anno 1422. mense Nouembri, conflasse nouam monetam duodecim denariorum, ita vt marca argenti octoginta librarnm, reducta fuerit ad octo libras, & quindecim solidos Turonenses: sed anno 1413. percussi sunt solidi quinque denariorũ in liga, forti monetæ plus media parte imminuta.

Est itaque paralogismus argumentandi, sumere annum quo moneta fortior fuit, ad æstimandas res, & relinquere annos, quibus debilior fuit, qui frequentiores sunt respectu bonorum annorum: quemadmodum qui in simili casu ad aliarum rerum consequentiam trahere velit, vilitatem sulphuratorum quæ est Parisijs.

Suprà demonstraui, pretium rerum, approbatis & confirmatis consuetudinibus huius Regni, indè à quinquaginta, vel sexaginta annis, taxatum, decuplo minus fuisse, quàm nunc sit: attamen certum est, Status & Deputatos, vt consuetudines conciliarent, nec minimum, nec maximum pretium secutos esse, sed communiorem æstimationem quæ cùm erat, sicut leges nostræ docent: & nihilominùs capo tantùm duodecim denarijs Turonensibus omnibus consuetudinibus Andegauorum, Pictauorum, Marchiæ, Campaniæ, Borbonensium, & aliorum æstimatus est: gallina sex denarijs. perdix 15. denar. veruex pinguis cum lana 7. sol. porcellus 10. denar. veruex communis, & vitulus quinque solid. hœdus 3. sol. vehes fruméti 30. sol. plaustrum fœni quindecim quintalium 10. sol. hoc est, decem fasciculos, decem librarum singulos pro vno solido, quæ est consuetudo Aruerniæ. Apud Borbonenses duodecim quintales æstimabantur 10. sol. vas vini 30. sol. vas mellis 35. sol. iugerum syluæ cæduæ 2. solid. & 6. denar. iugerum vineti 30. sol. in reditu. libra butyri 4. denar. olei nucei tantidem: item fæui: nimirùm temporibus Ludouici XII. quemadmodum suprà dixi: cùm solidi essent quatuor denariorum & 12. granorum in liga. Ita solidus tempore Ludouici XII. ad summum non valeret nisi quadrãte ampliùs, quàm solidus regnante Henrico II. & quatuor solidi non valerent quinis nostris: vnde sequitur, vitulum & veruecem cum lana æstimandum esse saltem sex solidis, & tribus denarijs monetæ nostræ currentis: quandoquidem antè sexaginta annos in tota Franciæ 5. solidis tantùm æstimatus fuit: quod & de alijs rebus dici potest. Sed videmus communi æstimatione, vtrumque valere quatuor libris, aut centum solidis, imò sex libris Lutetiæ: quod est vicies, vel tricies carius, quàm tunc.

Si itaque fructus terræ, pecudes, volatilia, decies, duodecies, aut vicies minus con-

constabant quam hodie: reditus terrarum & Dominiorum tanto minus æstimabantur, & emphyteuses erant vilioris precij, & consequenter agri decuplo minus valebant: quia optima terra censualis seu emphyteutica æstimatur ad rationem denarij in viginti vel vigintiquinque feudalis triginta, dom⁹ benè materiata, ad quadraginta vel quinquaginta: ita vt ager valens mille coronatis in reditu, ante annos sexaginta, venderetur tantùm 25. vel ad summum 30000. coronatis, si itaque reditus ad quinque vel sex millia coronatorum excreuit: ager vendetur centum quinquaginta millibus coronatorum, qui tunc tantum triginta millibus valebat.

Quantum ad operas diurnas manuariorũ, videmus antiquitus taxatas ferè fuisse ad denarium argenteum, qui paulò plus valebat quam regalis hispanicus: & stipendium antiquam equitis fuisse denarium tantùm, vt Polybius dicit: tandẽ pediti denarius in diem datus fuit, idque etiam temporibus Augusti, vt Tacitus scribit. quãquam donatiua in exercitum propter bene nauatam operam collata, vicies valerent plus quam stipendiũ. Hinc natum est, vt credo, nostrate vocabulum, gaignedenier, quo significantur ij qui operas suas in diem locant: & in Euangelio quoque, dominus quibusdam vinitoribus propter liberalitatem suam aduersus alios murmuratibus, respondit: Nónne accepistis denarium quem pro opera diurna promiseram? quæ in Grecia erat drachma pro opera vinitoris, & militis. Tamen in nostris consuetudinibus op probatis vt dixi, & correctis intra annos sexaginta vel circiter, opera hominis in æstate æstimatur 6. denarijs, hyeme 4. denarijs, & vna cum vehiculo & bobus duodecim denarijs.

Moneta nigra, à sexaginta annis vel antè non fuit pede diminuta neque aucta & tamen videmus, vinitores, manuarios, operarios, milites, loco sex denariorũ ne quidẽ quinq; solidis cõtentos esse, præsertim in hac regione octonos aut denos, exposcuut, conquerentes aliter se viuere nõ posse. Quantũ ad operas boum, eæ vicenis solidis minimũ æstimantur, hoc est, vicies plus quam ante annos sexaginta æstimarentur, de quacunque moneta loquamur. qua de caussa iudices, qui flectendi sed nõ rumpendi consuetudines potestatem habent, quoties incidit quæstio habitudinis locorum redituum, fructuum, aliarumue rerum similium æstimandarum, non amplius consuetudines seruant: sed quoad æstimationem fructuum sequuntur ordinationem iuncto communi valore, vel iubent partes conuenire de arbitris qui res æstiment.

Diximus de moneta argentea, loquamur etiam de aurea: vt apertè diiudicari possit, caritatem annonæ ex alteratione monetarum non prouenisse. Reperio purissimam monetam auream intra trecentos annos vbicunque locorum cõflatam, non esse fortiorem viginti tribus & ¾. ceratijs: vt sunt Nobiles, veteres Ducati Veneti, Florentini, Senenses, Portugallici, Seraphius Turcicus, Medinus Barbariæ, numisinata antiqua Romanorum, duplices ducati veteres Castellani, coronati veteres, Salutij, Franci pedites & equites, Angelotti veteres: à quibus nummi aurei coronati bonitate longè absunt: Millerasij & coronati solares meliores sunt: deinde Henrici, & duplices Henrici, regales aurei, pistoleti, & duplices Ducati Portugallici debiliores sunt: quantum ad reliquas monetas in quibus minus est viginti duobus ceratijs, hoc est, in quibus plus quam duodecima pars inest misturæ, siue cupri, siue argenti, & minus decem partibus auri: eæ aurum non sunt, præter quam in opere: quemadmodum argentum, quod est infra decem denarios, seu vt melius dicam, quod plus quam sextam partem misturæ habet cupri, & minus quinque partibus argenti, hoc in materia monetarum non est argentum, sed (vt Galli loquuntur) Billon: & hanc ob caussam veteres appellabant Electrum, aurum in quo pars quinta esset argenti.

Finga-

Fingamus itaque coronatum veterem & Francum peditem & equitem, quibus monetis Dominus de Maleſtroiċt vtitur, eſſe viginti quatuor ceraceorum, cum detrimento ſiue remedio vnius ceratij: coronatos ſolares viginti trium, cum $\frac{1}{4}$ remedij, iuxta Ordinationem anni 1540. vel 23. ceratiorum, & $\frac{1}{4}$. ceratij remedij, vt ſunt coronati iuſſu Regis Henrici II. percuſſi: differentia erit tantùm vnius ceratij in veteribus: & quantum ad pondus, coronati ſolares anni 1540. ponderant duos denarios ſedecim grana ad libellã, & ſeptuaginta duo marcam efficiunt, quot Iuſtinianus quoque Imperator in libra numerat. quæ res Carolo Molinæo, honori Iuriſconſultorum occaſionem dedit, ſolidũ Iuſtiniani cum noſtro ad eundem pedem exæquandi. ſed tantum intereſt, quãtum inter 1. & 3. nam ſicuti marca octo habet vncias, & libra Iuſtiniani duodecim: ita etiam nummus aureus iuſſu ipſius conflatus, quem Solidum appellat, tertia parte plus ponderat noſtro, ferè inſtar Angelotti. poſteà iuſſu Regis Henrici II. cõflati ſunt ad duos denarios & quindecim, deinde quatuordecim grana. Atqui verò Frãcus aureus quatuor granis minus ponderat, quàm coronatus vetus, & quatuor granis plus quàm coronatus ſolaris anno 1540. percuſſus.

Si itaque pedem vnius ad alterum conferamus, inueniemus coronatum veterẽ tantùm $\frac{1}{5}$. plus valere, quàm coronatũ ſolarem: & Francum aureum $\frac{1}{9}$ plus quàm hunc ipſum coronatum: quia in vncia ſunt octo coronati veteres, nouem ſolares, vulgares coronati decem, & vnus denarius, & viginti grana ampliùs: item Franci aurei non integrè nouem, ſed tamen plus quàm octo: ideoque Ordinatione Henrici II. Regis vetus coronatus ęſtimatus fuit ſexaginta, Francus quinquaginta quinque, coronatus ſolaris quinquaginta duobus, & coronatus vulgaris quinquaginta ſolidis.

Concludendũ itaq; eſt, ſi domus aliqua antè annos 120. vendita fuit ducẽtis coronatis veteribus, quę hodiè vẽditur octingentis coronatis ſolaribus, qui valent 2000. libris Turonenſibus monetæ curren ſeu Billoni. ablata $\frac{1}{4}$ qua coronatus vetus coronatum ſolarem valore ſuperat, remanet 673. coronati ſolares, qui temporibus Henrici II. Regis valebant 1750. libris, vel 35000. ſolidis noſtræ monetæ, & ſi fingamus Francos aureos fuiſſe, detrahenda eſſet $\frac{1}{3}$: reſtarent 780. coronati ſolares, quibus eadem domus venderetur: quod eſt triplo plus quàm tũc temporis conſtiterit. Quod minutatim enumerare volui, proptereà quòd Dominus de Maleſtroiċt non indicarit, qualis proportio inter coronatos eſſet, vt ad cõtractus noſtros accommodare poſſit.

Hæc de caritate rerum generaliter dicta ſint: ne particulares mutationes attingimus, quæ ordinaria rerum pretia adaugent: veluti, cibariorum tempore famis, armorum belli tempore, lignorum hyeme, aquarum in deſertis Lybiæ, vbi in planitie Azoa inuenitur monumẽtum, literis inſculptis teſtimonium ferens, mercatorem quẽdam ab auriga poculum aquæ decem millibus Ducatis emiſſe, & nihilominùs tam emptorem quàm venditorem ſiti perijſſe, vt Leo Africanus ſcribit: item operarum manuariarum, & friuolariarum, in locis vbi non vſitantur, quæ plerunque vilioris pretij ſunt in Ciuitatibus plenis artificum, veluti Lemouicibus, Mediolani, Noribergę, Genuæ, Pariſijs, Rothomagi, Damaſci, Venetijs: vel propter abundantiam populi & argenti, quæ in vno loco maior eſt, quàm in altero, veluti Conſtantinopoli, Romę, Pariſijs, Lugduni, Venetijs, Florẽtię, Antvverpię, Siuilię, Londini: quò curię Regum & magnorum Principum, vel mercatorum, alliciunt populum & argentum, & ob id cibaria carius emuntur: ſicut frequenter accidit Romę, vbi propter abundantiam auri & argenti, & populorũ, ex omnibus mundi partibus eo cõcurrentiũ, ſępè fames dominabatur: ita vt Auguſtus cogeretur ex vrbe expellere ergaſtula ſeruo-

runt: vt Appianus scribit. quod ignauissimum factum fuit, & turpissima omnium Deo illata iniuria: quasi imperandi maiestas, & iustitiam administrandi, præsertim miseris & malè instructis populis, nō esset maximum Dei donum, & summus honos, qui in hoc mundo cadere in hominem possit. tantum aberrant à debita illis bonorum & diuitiarum suarum communicatione.

Sed, dicet aliquis, Plato & Lycurgus negociationem cum extraneis prohibuerunt, metuentes ne subditi inde corrumperentur & peruerterentur. Verum est quidem: sed alter somniabit, quod summo labore nisus, non potuit perficere: alter perfecit, quod nemo vnquàm ausus fuit sperare: & nihilominùs vterque fecisset meliùs, nisi valdè fallor, si negociationem permisissent: vt sapienter fecit Moyses, qui satis demonstrauit, se duobus illis prudentiorem fuisse: quippe lumen veritatis adeò clarum est, vt non solùm tenebras fuget vitiosorum, sed etiam vt quantò magis communicatur, tantò luceat ampliùs. Attamen non vsque adeò virtutibus nostris præualemus, quin habeant extranei, quo paria nobis faciant.

Rursus objicitur: non esse bona nostra gratis donanda extraneis, & præsertim inimicis nostris: quanquàm hoc diligenter præcaueamus: attamen si, affluentes copia, id faceremus, magis vtique amicitiam conciliaremus eorum, quàm bellū inferendo: quandoquidem Deus, cui iurauimus & bellum absque inducijs facimus, exemplum nobis immensa liberalitate monstrat.

Sed quoniam hoc non capit eorum animus, qui nihil prærer lucrum, licèt sordidum & inhonestum quæritant: Deus admirabili prudentia huic rei modum dedit: quippè ita dispertitus est dona sua, vt nulla mundi pars adeò fœlicitate abundet, quin plurimis rebus indigeat. Quod videtur fecisse Deus, ad conseruandam subditorum Reipubl. suæ inter se amicitiam: vel ad impediendam saltē belli diuturnitatem, cùm semper inuicem opus habeant.

Ego huius sententiæ essem, si sententia mea haberet locū, vt interdiceretur cum Italis negociatio mitrarum, suffituum, plumbi, membranæ, adulterinarum gemmarum, venenorum: & intercluderetur aditus omnibus decoctoribus, & ex patria sua bannitis, nisi fortè propter virtutis excellentiam proscripti essent, vt Athenis & Ephesi vsitabatur: & vt fidem de hoc extranei facerēt attestatione Principis, vel Reipubl. vel virorum bonorum & fidedignorum. Ea res exemplum alijs populis imitandi daret, & terrorem incuteret improbis, qui in nullo mundi loco tuti forent. Sed, quantum video, Turci nobis viam præeunt: legimus enim, Mehemetum cognomento Magnum, Imperatorem Turcarum, pulchrum exemplum edidisse in persona cuiusdam homicidæ Florentini, qui cùm Iulianum de Medicis in pleno templo interfecisset, Constantinopolim, vbi sedes est Imperij, se contulerat: quem magnus ille Princeps, manibus pedibusque ligatum, ad supplicium de eo sumendum, Florentiam remisit. Sed quamdiu fenestram bannitis patefacimus, impurus aër & pestis semper intrabunt: & nunquàm deerunt daciarij, qui exsorbeant sanguinē, & ossa rodant, & exugant medullam Principis, & populi: qui etiam publicis scriptis execranda vitia, de quibus maiores nostri nunquàm cogitarunt, laudent, atque pro virtutibus defendant: & nihilominùs huiusmodi homines vbique benignè & blandè excipiuntur.

Quantum ad cæteros extraneos, optarem eos non solùm humaniter & amicè tractari, sed etiam iniuriam illis factam grauissimè vindicari, sicut lex Dei præcipit, imò vt ius caducarium ipsis remittatur, ea conditione, vt hæres sit incola Regni: quandoquidem videmus nihil aliud indè Franciæ prouenire, quàm ignominiam, commodum verò sanguisugis Curiæ: præsertim cùm commerciorum quoque, quæ libera esse debent, cursum impediat,

qui diuitias & magnitudinem Regni amplificat.

Restat vnum argumentum, cui breuiter respondendum est. Quando auectio permittitur, inquiunt, res omnes in Regno cariores efficiuntur. Hoc autem ego nego: nam quod succedit in locum earum rerum, quæ exportantur, vilitatem efficit eius, quod nobis deerat. Prætereà videntur ita loqui, quasi merces suas gratis mercatores traderent: aut opes Indorum & Arabiæ fœlicis in nostris agris crescerent. Solum frumentum excipio: cuius auectioni prudentiùs, quàm fiat, modus dandus est: quo non seruato caritatem annonæ & famem intolerabilem sæpè secutam videmus: ita vt Francia, quæ totius Occidentis horreum esse debebat, plenis nauibus accipiat vile frumentum nigrum, quod magno nostro dedecore ex littore Balthico adfertur.

Modus prouidendi esset, si in vnaquaque Ciuitate constitueretur horreum publicum, vt olim in Ciuitatibus benè constitutis, & in hoc Regno factum fuit, ante contentiones familiæ Aurelianensis, & Burgundicæ: & quotannis vetus frumentum renouaretur. Quo facto, nunquàm annonæ caritas existeret tanta, quantam videmus: nam præter subsidium, & prouisionem in annos steriles, resecarentur monopolia mercatorum, qui omne frumentum coaceruant, & sæpè in herba emunt, vt pretium suo arbitratu constituant.

Hæc est ratio, quæ Ioseph Præfectus Prætorio Aegypti, fame per vniuersum propè mundum dominante, septem annis: & qua eadem Traianus vno anno, Aegyptum à fame conseruarunt: licèt Aegyptus totius Orientis nutrix sit.

Ad opinionem eorum, qui vineas eradicari, earumque loco passim frumenta conseri, aut saltem in futurum plantationem vitium prohiberi volunt, quod attinet: reperio Domitianum Imperatorem edicto cauisse, ne quis imposterum vites plantet, præcepisseq; in omnibus Imperij Prouincijs extra Italiam, dimidiam partem vinearum euelli: sed nunquàm fuit executum. quin & M. Varro existimat, eam omnium patrimonij preciosissimam partem esse: & agricolę non immeritò talia edicta derident. Et Deus benignitate sua sapienter disposuit, ne omnia vitibus, néve frumentis complerentur: nam aptissima vineto terra, frumento inutilis est: quoniam alterum gaudet agro plano & pingui, alterum petrosos colles amat: præterea vites vltrà quadragesimum nonum gradum, propter frigiditatem crescere nequeunt, vt populi Septentrionales omnes ferè alia vina quàm Francica, & Rhenana non habeant: & tamen vsque adeò ijs delectantur, vt cupiditate bibendi sese obruant. Itaque eradicatis vitibus, vna ex præcipuis Galliæ diuitijs è medio tolleretur.

Verùm alia via est, quàm si magistri & institutores vectigalium in medium proponerent, populus admirabiliter subleuaretur, regnumque locupletaretur: videlicet, si pars onerum ordinariorum imponatur exportationi frumenti, vini, salis, glasti, lini, & pannorum, & præcipuè vini, salis, & frumenti, de quibus tribus elementis dependet, post Deum, vita extraneorum, & quæ nunquàm possunt deficere. Fodinæ Septentrionis, & Indiarum, exiguo tempore exhauriuntur, & aurum semel exemptum non renascitur intra mille annos, vt metallarij dicunt: sed viuæ scaturigines nostræ frumēti, vini, & salis, sunt inexhaustę.

Si itaque pars onerum seu tributorum ordinariorum imponeretur exportationi extraneorum, plurimùm leuamenti in Regno sentiremus: nam extranei parciùs emerent, & emerent ad pondus argenti, magno huius Regni emolumento, quia carere ijs nequeunt: & non obstantibus prohibitionibus in Flandria factis, ne sale Francico vtantur, nihilominùs status illius Regionis semper conquesti sunt, salsamenta corrumpi sale Hispanico & Burgundico. Et siquando accidit,

mari-

marinas falsugines & salinas Francicas, propter imbres vel frigora, sale destitui, non tamen desinunt extranei triplo, vel quantouis pretio emere, dummodò nanciscantur.

At verò sal vilioris pretij est in Anglia, Scotia, & Flandria, quàm in Francia, excepta Aquitania: quòd in statu & administratione politica admodum incongruum est. Idem in vino & glasto euenit, quibus ingens vectigal Principes extranei imponunt, quod Regis & Regni emolumento cederet, si pars onerum ordinariorum exportationibus imponeretur. Si dicatur, extraneos iustam conquerendi habituros occasionem, cùm obstent tractatus commerciorum: facilis est responsio, scilicet quòd non obstantibus tractatibus, ipsi non desinant suis mercibus imponere: quinetiam Statuta Angliæ & Poloniæ, prohibent vllas inde exportari pelles: ita vt exhaustis Angliæ sodinis, nihil eis residuum sit, præter lanas, pannos, & salsamenta.

Præterea seuerè, & sub magna pœna interdixerunt, ne vellera ouium exportentur, sicut etiam in hoc Regno factum est: vt pauperes subditi ex lanificio victum quærere possint, & emolumentum manuarium in Regno maneat. sed nulla edicta seruantur: quia data pecuniæ summa impetratur auehendi licentia: vt in hoc Regno accidit: ex quo Itali, prætextu obtentorum diplomatum, infinitam lanarum quantitatem exportant: vndè incredibile damnum toti Regno infertur: nam merces exportari prohibitæ, in extraneis regionibus caræ efficiuntur, & remanent in manibus possessorum, & mercatorum Regni, nisi vilissimo vendãt ijs, qui licentiam exportandi habent: & opifices ac misera plebs fame moritur. Hæc via mihi notatu digna est visa, ad medendum caritati rerum necessariarum, & sine quibus extranei non possunt viuere.

Proponam & aliam caritati annonæ occurrendi viam, quæ plurimis noua videri poterit: sed quam opinor Malestrettum, vtpotè amantem paradoxorum, non esse improbaturum. nempe, vt vsus piscium in antiquum honorem reponatur. certum enim est, pauperem plebem longè viliori mercatu comparaturam esse carnes bubulas, suillas, ouillas, & salituras: & volatilia quoque tolerabilioris pretij fore. Porrò facilimum factu nobis esset: quia Francia inter Oceanum & Mediterraneum mare collocata est: quod commodum, omnibus terrarum orbis populis, præterquàm Hispanis, deest.

Sed Hispaniam, quæ paucas aquas, & sæpè arescentes habet, antecedimus infinita multitudine fontium, riuorum, fluminum, lacuum, stagnorum, & viuariorum, piscibus abundantium: & tamen nõ nisi inuiti illis vescimur, & cùm vsus carnis est interdictus: adeò, vt plurimi lardo rancido, quàm tursione, in die Paschatis vesci malint. ex quo fit, vt pisces vilescant, & crescat pretium carnis: quia piscatores operam & sumptum non sunt impensuri, videntes pisces cõtemni: qui, quoniam ab hominibus fastidiuntur, se inuicem deuorant, & nos, vt opinor, ex Ciuitatibus expellerent, si in terra viuere possent: sicut incolis Insularum Maioricæ, & Minoricæ accidit, qui ita à cuniculis, quos fastidiebant, obsessi fuerũt, vt, quemadmodum Strabo scribit, legatos ad Augustum mittere cogerentur, ad impetrandum auxilium integræ legionis aduersus eiusmodi hostes, qui omnes cãpos suffodiebant, & Ciuitates funditùs euertebant.

Attamen existũt Medici quidam, quos lepidus Aristophanes appellat Scatophagos, qui culpam suam miseris piscibus propinant, eosque strictè interdicunt, vel ad conciliandam opificio suo auctoritatem, videntes se in pretio non esse, tyrannidem in appetitus hominum exercent. Nihil de scientia ipsorum intelligo, nec possum iudicare, an ita in salubres sint pisces, vt ipsi dicunt: sed refero me ad optimum Syluium, qui grauiter eos reprehendebat, & interdicta de

non comedendis piscibus tollebat, demonstratis ad oculum ipsorum erroribus. Quanquàm varietatem ferculorum improbraret,& pisces falsos, suaderetque pisces sine aqua,si fieri posset, condiendos esse. Galenus duobus locis in suis scriptis plus dicit, non esse nutrimentum vllum meliùs,& faciliùs, quàm pisces saxatiles,quorum ingens est copia, eosque præfert pauonibus, & phasianis. Quod valdè verisimile est, præter experientiam vnicuique vulgò obuiam:quandoquidem pisces natura ita sani sunt, vt nulli morbo sint obnoxij.nunquàm enim lepra laborant,vt porci & lepores: neque scabie, vt verueces: neque putore, vt hirci: neque hydroposi, vt oues: neque apostematibus,vt boues: neque morbo caduco, vt cothurnices & galli Indici: neque inflammationibus,& pituitis,vt gallinæ & capones: neque pediculis, vt piplones. Sicut in lege Dei videmus porcos & lepores,qui ferè omnes leprosi seu grandinosi sunt in regionibus Meridionalibus,itē animal a vngulas solidas habentes,aut fissas,sed non ruminantia,prohibita esse,tāquàm infecta & male sana, cùm tamen omnes pisces permittantur,exceptis piscibus mollibus & viscosis.

Nec est verisimile,Deum quadringenta piscium genera,qui sine sumptu pascūtur, & vsui hominum accommodatissima,creasse, si insalubres essent: cùm vix quadraginta terrestrium animalium & volatilium species sint advescendum idoneæ. licèt fatear nihil perniciosiùs esse stomacho,quàm carne & piscibus permistim vesci: sed possumus illis separatim vti.

Vtut sit: Apicius magister helluonum, omnium qui in mundo fuerunt delicatissimus, & Athenæus in conuiuio sapientum, testantur, Græcos & Latinos,vbi de delicijs ageretur, solos pisces magnifecisse, quos nos ex pœnitētia comedimus: ita vt magni viri honoris causa sese nominarent Auratos,Muræ nas,Lucios, nec opiparè conuiuia præterquàm ex piscibus parabant: vt documento est illud Caligulæ,quod sex mensibus durauit, & cui instituendo vniuersum Mare Mediterraneum expiscatum.

Interdum varietatis gratia, interponebant pauonem, phasianum, turdum,ficedulam, lepusculum, vel ingentem aprum omni volatilium genere refertum: attamen semper pisces honore antecellebant,& nonnunquàm ad pondus argenti vendebantur, vt suprà dixi, & cum magna pompa in mensam ferebantur. Cato quoque iam suo tempore cōquestus fuit, carius piscem vēdi,quàm bouem,vt Plutarchus dicit.

Atqui verò pisces maris nostri Oceani longè maiores,pinguiores, & sapidiores sunt, quàm pisces maris Mediterranei,sicut Rondeletius nos monet in libro de Piscibus: & illi possunt iudicare, qui in eadem mensa vtriusque maris pisces gustarunt, vt fit Tholosæ, quo pisces duorum marium adferuntur videlicet,ex vrbe Agatha,& Bayonna: & porrò nullum est littus maris, quod varietatem pisciū non habeat.

Littus Picardiæ, vbi mare arenosum est, fert pisces latos: littus Normandiæ, & Aquitaniæ, quod petrosum est, fert pisces saxatiles: littus Britanniæ, quod est limosum,fert pisces rotundos, vt Lampreas,Congros,Asellos. Et ferè quodque tempus suos producit pisces, modò haleces recentes, modò Scombros, modò Lampretas, & similes: ita vt homines ignorent, vndè subitò vna vice tam infinita halecum multitudo ad littus Franciæ & Angliæ perueniat: Trichidum in Gallicia, Thunnorum in freto Constantinopolitano,Sardinas in littore Prouinciæ,Balenarum in Insulis Orcadibus, Alosarum in Barbaria,Ichthyocollarum in Terris Nouis,Murænarum in mare Siciliæ: attamen fateri oportet, magnum mundi Prouisorem hos pisces non nisi ad necessitatē nostram creasse. Omitto pisces aquarū Lucium,qui vbique reperiuntur.

Quòd si igitur pisces in eo, quo olim, essent pretio, infinita piscatorum & cœtariorum existeret multitudo, & Piscinæ

Viua-

Viuariaque diligentiùs propagerentur: vesceremur piscibus marinis à mense Septembri vsque ad Martium, quo tempore sunt meliores, non expectata Quadragesima, cùm pisces incipiunt oua fundere, saporem amittere. Ita fieret, vt vulgus, rustici & artifices vilitate carnis gauderent, & consequenter volatilia tanti nō æstimarentur.

Recordor optimæ & politicæ rationis Doctoris Picardi, qua defuncto Regi Henrico ostendit, quòd si in Quadragesima vsum ouorum permitteret, futurum vt post festum Paschatis neque gallinæ, neque pullastri inuenirentur: nam & in Anglia, quæ gregribus & volatilibus abundat, licèt discrimen ciborum sublatum sit, nihilominùs tamē interdicta certis diebus in septimana, non comedendi carnes, obseruare coguntur, vidētes carnem cariorem reddi: quanquàm cùm Regina, & Magnates aduersus sua interdicta faciant, populus quoque ea, vti decebat, non obseruet.

Sed mihi videtur alium esse modum commodiorem absque vlla prohibitione: nam homini nihil tam gratum & acceptum est, quàm illud quod prohibitum est, quando ipse Legislator prohibitioni suæ non obtemperat. Hinc fit, maximè populi parti saporem carniū tam suauem, & piscium tam iniucundum videri: quoniam illi qui carnes prohibent, non alio cibo vtuntur. testimonio sit Episcopus ille Hispanus, qui die qua carnibus abstinendum erat, recitatis quibusdam verbis caponem in piscem transmutauerat: remanente nihilominùs forma accidentali, & sapore caponis, quemadmodum refert Pogghius Florentinus. Econtrà, si Princeps tollat prohibitionem, & interim tamē ipse vescatur piscibus, Magnates & aulici ipsum sequentur, & posteà vniuersa plebs: & hæc est sola ratio pristini honoris piscibus restituendi.

Non vtar alio exemplo, pro confirmatione eius quod dico, quàm Adriani, natione Belgæ, qui ex paupere scholari asellis nutrito, creatus fuit Pontifex, opera Caroli V. Imperatoris discipuli sui. Is cùm admodum amaret, & sine causa laudaret asellos salitos; accidit vt omnes eius aulici & consistoriales illis inuito palato vescerentur, sanctitati eius gratificandi causa: & statim quoque illorū cupido plebem cepit, sicut Paulus Iouius scribit in libro de Piscibus: ita vt Romæ asellis salitis nihil esset carius: nam versutē aulici semper imitantur Principes, & quidem in rebus maximè ridiculis: quemadmodum contingit Ferdinando Regi Neapolitano, qui natura erat collo obtorto, cui vt complacerent aulici, collum sicut ipse incurtebant: maxima enim pars plebis, imò stulti & imperiti opinionibus Magnatum lactantur, eosque imitantur. Ecce paradoxum quod in hoc argumento ciborum considerandum puto, ad subleuandam annonæ caritatem.

Quantum ad vltimum articulum, qui merces aliquatenus in pari pretio possit seruare, ea est æqualitas monetæ. Si enim moneta, quæ rebus omnibus pretia constituere debet, est mutabilis & incerta: nemo erit qui veram eius quod in bonis habet, rationem inire possit: contractus erunt incerti: tributa, taxationes, stipendia, pensiones, & vacationes, incertæ erunt: pœnæ quoque pecuniariæ, & mulctæ consuetudinibus & constitutionibus limitatæ, mutabiles erunt, atque incertæ: denique vniuersus ærarij status, & aliorum quamplurium publicorū, priuatorumque negociorum, in suspenso erit: quod maximè metuendum est, si à Principibus, qui subditis suis auctores & debitores iustitiæ sunt, monetæ falsentur. nam Princeps monetæ pedem, in præiudicium subditorum, & multominùs extraneorum, qui cum ipso contrahunt, & cum suis negociantur: quoniam iuri gentium subiectus est, alterare non potest, quin incidat in infamiam falsatoris monetæ: quemadmodum Rex Philippus pulcher à Poëta Dante appellatus fuit, Falsificatore di moneta. hoc est, adulterator monetæ: quia primus monetam argenteam

team in hoc regno dimidia parte ligæ debilitauit: quod subditis occasionem magnorum tumultuū dedit, & Principibus extraneis perniciosissimum exemplum: cuius ipsum serò pœnituit, ac filio suo Ludouico Hutino testamento iniungeret, vt caueret à debilitatione monetarum. Et eandem ob caussam, Petrus IIII. Rex Arragonū, ditionē Regis Maioricæ & Minoricæ, quem vasallum suum esse asserebat, fisco addixit, quòd monetam debilitasset. Quāquam Reges ipsi Arragonum in eo peccarent, adeò vt Innocentius III. Pōtifex, ipsis tanquam vasallis suis, interdiceret ne ampliùs ita vterentur: cap. quanto. de iureiur. propter quæ interdicta, Reges Arragonum ad Coronā venientes, protestabantur, se nec cursum nec pedem monetę approbatæ mutaturos. Pet. Bellug. in Specu. Prin. ann. 1245. & 1337. Sed non est satis hoc modo protestari, nisi liga, & monetæ pondus, cōuenienti regula moderetur: vt neq; Princeps, neq; subditi, cùm libuerit, eā falsare possint: quod alioqui semper, data occasione, facient, etiamsi ferro vel igni cremandi essent.

Fundamentum autem, omnium qui monetas adulterant, tingunt, radunt, fingunt, miscent, tondent, non est aliud, quàm metallorum mixtura nemo enim poterit metallum vllum purum & simplex pro alio subijcere, obstante colore, pondere, corpore, sono, & natura vniuiusq; ab alijs differente: sicut ostendi, cùm ab Ordinibus, ciuitatibus, Præfecturisq; Veromanduorum deputatus essem legatus ad ordines Frāciæ. Oportet itaq; vt recitatis à me incōmodis occurratur, in omni Republica constituere, vt moneta sit ex metallo simplici, & promulgare edictum Taciti Imperatoris Romani (Vopiscus in Tacito) continens prohibitionē sub pœna publicationis corporis & bonorum, ne misceatur aurum cū argento, vel argentum cum ęre, vel æs cum stanno aut plumbo.

Verùm quidem ab hac ordinatione excipi posset mixtura cupri cum stanno, vnde æs & metallum sonans efficitur, quod tūc temporis in tali vsu quo nunc est, nō erat: & mistura stanni cum ære, ad fundēdum tormenta bellica. Neq; enim necesse est, vigesimā partem plumbi miscere cū stanno puro, vt reddatur malleo tractabilius: quia fundi & fabrefieri potest absq; eiusmodi mistura, quę & bonitatem stāni corrumpit, & nunquam à plumbo separari potest.

Insuper vt edicti prohibitio dirigatur tam respectu monetæ, quàm operum aurifabrorum, & ductorum auri, vbi falsationes frequentiores sunt, quam in moneta, propterea quod probatio eius ibi difficilior est, & quia artificium sæpè precium materiæ æquat. in quo deceptus fuit Archimedes, experiri volens quantū aurifaber ex magna corona aurea Hieronis Regis suffuratus esset: idq; ita, ne forma coronæ periret. Cùm enim illis tēporibus vsum Lydij lapidis ignoraret: duas massas, alteram auri, alteram argēti sumpsit, vt videret, quantum hæc & illa aquæ ex vase eijceret plus minusve quàm corona: & ex proportione aquæ, iudicabat de volumine vtriusq; metalli, & quod aurifaber quintam partē subripuisset. Sed iudiciū eius incertum erat: quia præsumebat misturam tantùm ex argēto esse: licèt aurifabri ad conciliandā operi venustatē & firmitatem, idq; quam minimis sumptibus, misturā seu additamentum ex cupro puro, cum possunt, faciāt, quòd est leuius argento, quo color auri pallidus & dilutus efficitur, cùm cuprū colorem eius seruet magis viuidum, & consequenter cuprum corpore & volumine maius est quā argentum in pondere æquali, quātum est inter 13. & 11. quòd si mistura ex cupro & argento fit, impossibile est verè de eo iudicare, nisi quātum vtriusq; sit, sciri possit: & quamuis cognoscatur, tamē latens error, qui in metiendis aquarū guttis cōmittitur, magnus est, propter discrimen voluminis metallorum: nec vllus est tam subtilis artifex vel aurifaber, qui per Lydiū lapidem explorare possit, quantū argenti

genti & cupri sit in auro, si mixtura facta eisdem vtraque.

Et quoniam aurifices & gemmarij semper conqueruntur, quòd non possint sine detrimēto opus facere ex auro & viginti duo ceratia, absq; remedio, vel ex auro puro, ad ½ remedij, iuxta ordinationem Regis Francisci anni 1540. & quia posthabitis omnibus Constitutionibus, opus faciunt ad 20. & sæpè ad 19. ceratia, ita vt in viginti quatuor marcis insint quinque marcæ cupri vel argenti, vnde successu temporis moneta debilis conflatur à falsarijs, qui lucrari volunt: iccircò plus quàm necessariū est interdicere, ne vllum opus ex auro fiat, quod non sit conforme ordinationi, sub eadem cōfiscationis vitæ & bonorū pœna: vt hac ratiōe vsus auri in suppellectile & deauraturis purus maneat. Et quoniā impossibile est, vt aurifices dicunt, aurum excoquere ad vigesimum quartum ceratium, quin aliquantulum alterius metalli subsit: neque argentum ad duodecimum denariū, quin aliqua armistura remaneat: imò nec repurgationem auri secundum ordinationem, ad 23. & ¾. cerat. cum ¼. remedij: & argenti ad 11. denarios 2. grana. & ½. qualis in regalibus Hispanicis deprehenditur, aut ad 11. dena. 18. grana, qualis est Parisiensium: quin subsit inter trimentum, & magnus sumptus, præter difficultatem & prolixitatem tēporis: constitui potest, vt aurum in opere, & in moneta, sit viginti trium ceratiorum, & argentū vndecim denariorum, & duodecim granorum purē, & vtrumq; absque remedio. quo facto aqualis erit auri argentiq; proportio, & in vtroque par erit detrimentum, videlicet, in viginti quatuor libris argenti, ad 11. denar. 12. grana, & in 23. ceratijs auri, inerit vna libra alterius metalli, quod non sit aurum, & vna libra metalli in argēto, quod non sit argentum, sed vel cuprum, vel aliud metallum, & tale argentum in hoc regno appellatur argentum regium, in quo vigesima quarta pars est cuprum. qua ipsa ratione moneta aurea & argētea fortior erit, & durabilior: simul etiam in opere multis impensis parcetur: & vitabitur interritura vsus, & fragilitas. Ac vt iusta auri argentique proportio, quæ in vniuersa Europa & vicinis regionibus, ferè duodecupla est, etiam in monetarū ponderibus seruetur: oportet monetas argenteas & aureas conflare eodem pondere; quarum sedecim, & 32. & 64. marcā efficiant: nec pondere grauior percutienda est, neq; etiam debilior: vt euitetur tā difficultas cudendi, & fragilitas monetæ aureæ & argenteæ puræ, quæ leuior esset vno denario ponderis: quàm facilitas adulterandi vtramq; monetam propter crassitudinem earum, vt in Portugallēsibus aureis, & daleris argenteis, qui vnciam ponderis & plus habēt; qualis etiam erat moneta aurea ponderans tribus marcis & dimidia, quā Imperator Heliogabalus cudi iussit, & quæ Constantinopoli pōdere vnius marcæ auri conflata fuit, quarum quinquaginta Imperator Tiberius Regi nostro Childerico donauit.

Quo facto, neque nummularij, neq; mercatores, neque aurifices, vllo modo decipere imperitam plebem poterunt, vel eos qui ligam & pondus non intelligunt: quippe semper necesse erit duodecim nummos argenteos tradere pro vno nummo aureo, & quilibet nummus argenteus tantundem ponderabit, quantum nummus aureus eiusdem notæ seu characteris; vt videre est in simplicibus regalibus Hispanicis, qui pondere æquant coronatos solares habentes pondus conforme ordinationi anni 1540. videlicet 2. dena. 16. gran. quorum regalium simplicium, duodecim præcisè coronatum valent.

Et ne in permutatione eorundem nummorum tam aureorum, quam argenteorum aberretur, neue simplices accipiantur pro duplicibus, vt frequenter accidit in regalibus Hispanicis: oportet charácteres esse diuersos, & nō similes vt in nūmis Hispanicis, & nihilominus quā tum ad argenteos, vt certi teneātur tituli solido-

solidorum, denariorum, & librarũ, prout continetur edicto Henrici II. anno 1551. promulgarum; propter solutionem censuum, mulctarum, & canonum dominicorum, iuxta consuetudines & constitutiones: solidum conuenit esse trium denariorum ponderis argenti regij, sicut diximus, quorum 64. marcam, & 4. librã vulgarem efficiãt: quod est iustissimum preciũ quod dari possit: & quilibet rursus diuidit poterit in tres, vt singuli ponderent denarium, & sint quatuor paruorum denariorum currentium, appellabiturque denarius communis: vt solidus semper valeat duodecim denarijs: & querimoniæ dominorum, ratione solutionis iurium dominicorum. quæ olim in forti moneta alba persoluebantur, cessent, restiruta cõflatura solidorum talium, quales fuerũt temporibus sancti Ludouici, hoc est, 64. in marca argenti Regij. Cæteræ quoque pensiones emphyteuticæ, & hypothecariæ, in pecunia constitutæ, soluantur eo valore, quo æstimatus fuit solidus tempore celebrati contractus: qui valor fuit tantum quatuor denariorum in liga, ad summum, intra centum annos: quæ est saltem tertia pars solidi antiqui, qualem oportet in vsum reducere. Talis erat drachma argentea per vniuersam Græciam vsitata, nempe octaua pars vnciæ, quem nos grossum appellamus, eiusdem ponderis quo solidi à S. Ludouico percussi, qui appellabantur grossi Turonenses, & solidi Turonenses. quibus solidis Turonensibus determinantur omnes antiqui contractus, statuta, & multi tractatus non solũm huius Regni, sed etiam extraneorum. vt in tractatu inter Bernenses & tres minores pagos habito, stipendium militis vno solido Turonensi æstimatur: quod & in hoc Regno æquale fuit: & hanc ob caussam Solda appellatur. sicut idem quoque stipendium Romanorum fuit, vt Tacitus dicit, & Græcorum, vt in Polluce legimus: quippe drachma eiusdem ponderis est, cuius solidus Turonensis. Veneti antiquos sunt secuti, & vnciam fecerunt octo grossorum seu drachmarum: & drachmam 24. denariorum: & denarium 1. obolorum, seu 24. granorum: vt & in Francia fit, & in Hispania, & in Africa: à qua regula non est recedendum, vtpote antiquissima, in vniuersa Græcia, & regionibus Orientalibus.

Tametsi Romani veteres, vnciam Græcis æqualem habentes, scilicet 576. granorum: eam diuiderent in septem denarios suæ monetę: & denarius valeret drachma Attica, & ⅐. amplius. Qua in re Budæus errauit, dicens in vncia esse octo denarios, & denarium Romanum esse drachmæ Atticæ æqualem, & libram Romanam æqualem Atticæ minæ: cùm tamen certum sit, libram Romanam habuisse tantùm 12. vncias, & Minam Græcam 16. vncias, sicuti libra mercatorum in hoc regno: quod Georgius Agricola optimè demonstrauit per calculum Plinij, Appiani, Suetonij, & Celsi.

Si itaque monetæ aureę & argenteæ cõflentur eodem pondere, eodem nomine, & eadem liga: hoc est, vt non plus misturæ in auro quàm in argento. in fit: nunquã poterit æstimatio earundem augeri vel imminui: vt aliàs sæpè accidit, ferè singulis mensibus, pro libidine eorum, qui autoritatem apud Principes habent: qui mutuantur & coaceruãt monetas fortes, & deinde easdem augent precio: adeò vt exstiterit quidam, qui centum Coronatorum millibus mutuò sumptis, subitò æstimationem singulorum quinque solidis augeri effecit, & lucrifecit viginti quinque millia Francorum. quidam alius cursum monetarum imminui curauit mense Martio, & mẽse Aprili rursus auxit, quarta parte lucrifacta. Submouebuntur quoque omnes adulterationes monetarũ: & imperiti atque ignorantes cognoscent bonitatem vtriusque monetæ, adspectu, sono, pondere, absque igni, cælo, vel Lydio lapide. Postquam enim omnes populi ab annis bis mille, & amplius, ferè semper, seruarunt & etiamnum seruant æqualem rationem auri ad argentum, impossibile erit & populo, & Principi, augere, minuere, vel mutare precium monetæ aureæ & argen-

argenteæ, si mistura metallorum, quam billon vocant, ex Republica eiecta fuerit: & aurum ad 23. cerat. redigatur. Et nihilominus, vt plebi succurratur, necesse est etiam, tertiam speciem monetæ ex puro cupro cudi, absque cadmia, aut alia mistura metalli, quemadmodùm fieri cæptum, & in Hispania, & Italia fit; aut potius marcam argenti in mille quingentas & triginta sex partes diuidere, quamlibet partem nouem granorum. Etenim Regina Angliæ sublatis in vniuersum ærosis numismatibus, seu (vt vocant) billonis, reduxit omnem monetam ad duas tantùm species, vt minima moneta argentea, quam pfenning indigitant, valeat octo denarijs, vel circiter: quo fit, vt viliores merces minori precio emi nequeant, & quod peius est, nō potest minor eleemosyna, quàm eiusmodi nummus, pauperibus erogari: quod multos impedit ne quicquam largiantur.

Sed longè magis expediret, non alia, quàm aurea & argentea moneta vti, si possibile esset minorem monetam, quàm talem nummum cudi, & si marca argenti tam minutatim diuideretur, sicut in Lotharingia, vbi in octo mille nummulos, quos Andegauenses nominant, distribuitur, quorum ducenti regalem, & quadraginta solidum currentem nostræ monetæ efficiunt: suntque ex argento satis puro, quòd si dimidia parte pauciores percuterentur, solidiores forent, & de liga vt dixi, possentque eodem momento feriri & stylo acuto signari. Cupri enim precium, quoniam singulis locis atque temporibus variat, minus idoneum est monetæ faciendæ, quæ quantum fieri potest, constans & immutabilis precio conseruari debet: & præterea nullum metallum æquè subiectum est rubigini, qua notam & materiam exedit. Et quantum ad precium, legimus, temporibus belli Punici, libram argenti valuisse 840. libris cupri seu æris puri, libra 12. vnciarum: eodemque tempore denarius argenteus purus, qui septima pars vnciæ erat, de decem libris cupri, quibus valebat, auctus fuit ad 16. libras, vt Plinius refert: quæ ratio ad 896. libras cupri seu æris pro vna libra argenti redit, libra 12. vnciarum exsistente. Postea infima moneta, quæ erat libra æris, media parte fuit imminuta per legem Papiriam, remanente eodem valore: &, cùm maior argenti copia succederet, ad quartam partem reducta fuit, eadem æstimatione manente: quæ est ratio 224. librarum cupri pro libra argenti: quæ est propemodum æstimatio cupri in hoc Regno, vbi centum libræ, singulæ 16. vnciarum, valent tantum 18. Francis. & in Germania vilioris etiam precij est, licèt supellex, & ipsa templa multis in locis cupro sint tecta: sed in Italia carius est, & magis etiam in Hispania, & in Africa, vbi longè minor eius est copia. Quod per longè abest ab æstimatione quam fecit Imperator Arcadius, qui libram auri cẽtum libris æris æstimauit: quod fieri nequit, nisi per mod[illegible]rouisionis: quoniam abundantia huius metalli, respectu ad argentum habito, deminuetur. Dicet aliquis, copiam argenti etiam imminutionem precij eius adferre: sicuti reipsa legimus in T. Liuio, quòd in fœdere inter Aetolos & Romauos inito comprehensum fuerit, vt Aetoli pro decem libris argenti soluerent vnam libram auri: & nihilominùs constitutione Arcadij, (l. vlti. de argen. pret. C.) libra auri æstimatur 14. & $\frac{2}{5}$. libris argenti: quia vult, quinque solidos auri pro argenti libra solui: & constituit 72. solidos aureos in libra: (l. quotiescunque. de susceptor. C.) ita vt quinque solidi sint præcisè decimaquarta pars libræ & $\frac{2}{5}$. amplius: & hodiè precium est paullò minus duodecim pro vno.

Verum quidem antehac marca auri puri æstimata fuit 185. libris: & marca argenti 15. libris, & 15. solidis Turonensibus: ita vt pro marca auri puri infecti soluere oporteret vndecim marcas, quinque vncias, 23. denar. & 5. grana argenti regij infecti. In regionibus Septentrionalibus, vbi plurimæ sunt fodinæ argen-

ti, & paucissimæ auri, aurum est carius: adeoque æstimatione in camera Papali facta, marca auri æstimatur argenti marcis 12. & $\frac{3}{7}$. quæ propemodum pretij auri ad argentum proportio fuit ante annos bis mille quingentos. legimus enim in Herodoto, libram auri valuisse 13. libris argenti: & Hebræi in suis Pandectis, denarij aurei pretiū faciunt viginti quinque argenteorum: quippe monetis aureis ad argenteas duplam rationem habentibus: vnde 12. & $\frac{1}{2}$. argentei singulis aureis valerent. Præterea legimus, temporibus Persarum, & cùm Respublicæ Græciæ florerent, vnciam auri æstimatam fuisse libra argenti: quoniam stater Daricus, pondere vnius vnciæ, valebat libra argenti, vt dicit Iulius Pollux. Ex quo licet iudicare, duo ista metalla antiquum precij pedem habere.

Sed æstimatio auri sub posterioribus Imperatoribus acc[illegible] propter abusum auri in deaurationibus omnium rerum: sicuti Nero magnum suum palatium, ambulatoria mille passuum continens, totum deaurauit: & post ipsum Vespasianus, inaurando Capitolio, summam septem millionum & ducentorum millium Coronatorum impendit: quin & Agrippa vniuersum tectum templi Panthei inaurauit, vt cuprum à rubigine seruaretur. sicut etiam ferrum solet inaurari, vt contra rubiginem præseruetur: imò & argentum sæpè deauratur, licet nunquam rubiginem contrahat. quòd si Principes non interdicant inaurationibus, omninò necesse erit precium auri augescere: quia argentum non æquè tenax est, & vix aut parum adhibetur inargentationibus: & præterea fodinæ Septentrionis plurimū argenti, auri vix quicquam producunt: vt & quæ in terris nouis sunt, plus argenti, quàm auri proferunt.

Nihilominus mutatio precij, quæ tractu temporis fit, insensibilis est, nec impedire potest quo minus liga monetarum ex duobus hisce metallis percussarum æqualis sit in omnibus Rebuspublicis, mistura metallorum, siue (vt vocant) billone expulso: cùm præterea negotiatio in vniuerso terrarum orbe cōmunior nunc, quàm vnquam anteà, non possit insignem aliquam varietatem precij auri, & argenti, ferre, nisi communi omnium populorum consensu. nam & Augusti tempore, proportio auri, & argenti in India Orientali, in Occidente, similis & æqualis erat: quod cum Rex quidam Indorum intellexisset, Romanorum iustitiam laudauit sicut refert Plinius. Sed impossibile est, precia rerum certa seruare, retento billone, qui vbique differens est, & inæqualis. quemadmodum enim precia rerum decrescunt, imminuto valore monetæ; vt lex dicit, ita etiam crescunt, aucta monetarum æstimatione.

Et necesse est vt augeatur & diminuatur, cùm nullus sit Princeps, qui æqualem metallorum misturam, (seu legem billonis,) cum alijs Rebuspublicis seruet, imò nec in sua ipsius, quia lex seu liga solidi diuersa est à liga testonum, & paruorum denariorum, duplorum, liardorum, & aliorum: qui non diu in eodem statu permanent.

¶ Prima fenestra, in hoc regno ad debilitandum argentum moneta formatū & im miscendum vigesimam quartā cupri partem, aperta fuit, vt daretur ansa mercatoribus apportandi argētum in hoc regnū, cui argentum deest: quo facto, vigesimo quarta pars argenti extraneis dabatur: quoniam tantumdem in Francia valebāt vndecim denarij & dimidius argēti, quātum duodecim denarij in alijs regionib. sed nihil opus fuit: propter diuitias Franciæ, quas semper veniunt quæsitum afferentes aurum & argentum vndique. Hoc malum magis inualuit tempore Philippi Pulchri, qui monetam argenteam media parte debilitauit anno 1300. tantundem argenti & cupri commiscens: paulò post vsque ad tertiam partem imminuebatur, ita vt noui solidi valerent tantum tertia parte antiquorum: & anno 1422. liga solidorum tam debilis fuit, vt marca argenti valeret octoginta libris Turonensibus, habe-

haberetque 1600. nummulos in marca operis. quanquam eodem anno Carolus VII. recuperata corona, quam amiserat, stabiliendæ auctoritatis suæ gratia, iusserit cudi, mense Nouembri, monetam nouam fortem & bonam, vt marca argenti ad octo libras redigeretur: sed tandem conflauit solidos quinque denariorum in liga, anno 1453. & postea paulatim semper imminuti fuerunt: ita vt Rex Franciscus I. anno 1540. cuderet ad 3. denar. 16. gran. in liga: & Rex Henricus ad 3. denar. 12. gran. adeo vt antiquus solidus argenti regij valeret fermè quatuor, remanente semper eadem æstimatione.

Nec ab alijs Principibus minus peccatum est: nam crucigeri germaniæ, qui antiquitùs fuerunt ex argento 11. denar. 4. gran. hodiè sunt 4. denar. 16. gran. solidi VVirtenbergenses, & grossi imperiales 6. denar. hoc est, tantundem cupri, quantum argenti continent: solidi, Rappini, denarij Argentinenses 4. denar. 12. gran. nummi quos Rappenfenning vocant, 4. denar. 3. gran. & floreni argentei 11. dena. 4. gran. quales sunt etiam nummi quinq; & decem crucigerorum. solidi Flandriæ seu stuferi, quorum 20. valent 24. nostrorum, sunt tantum 3. denar. 18. gran. in liga, & plus quam duæ tertiæ sunt cupri: nummus quatuor stuferorum est 7. denar. 10. gran. in liga: nummi Geldrenses 8. denar. in liga, & tertia pars est cupri. ante hac solidi seu grossi Angliæ fuerunt 6. denar. 22. gran. nec vnquam omne hoc Billonis genus plus quam viginti aut triginta annis in eadem liga. vel eodem pondere permansit. Atque hinc exorta est differentia libræ Turonensium, grossorum, paruorum, & mediocrium: libræ Normādię, libræ Britanniæ, & libræ Parisiensis, quæ omnes inter se differunt: vt etiamnum videre est in taxationibus Cameræ Pontificis. Et in Hispanijs, libra Barcinonensis, Toletana, maioricana; in Anglia, libra sterlingiorum valet octonis nostris: & in Scotia duæ sunt libræ admodum diuersę, altera Sterlingica, & altera vulgaris. & in Italia nullus est Princeps, qui non peculiarem habeat monetæ libram ab alijs differentem. Quemadmodum in simili, marca vbique continet octo vncias: sed vncia inferioris germaniæ debilior est quam nostra, sex granis, Agrippinensis nouem granis, Noribergensis sex granis: & econtrà Parisiensis fortior est 1. vncia, marca Neapolitana habet nouem grossos, Salernitana decem: & vix est ciuitas Italiæ quin habeat marcam ab alijs distinctam. qua ex re pes Billonis difficilior redditur, pondere & liga ita inter se variantibus: vnde misera plebs grauiter affligitur, & in mutandis pecunijs plurimum perdit, & generaliter omnes, qui non intelligunt paria, vt trapezitæ loquuntur, hoc est, valorem monetarum in mutando, ratione diuersorum locorum. quam ob rem de homine in negotijs rerum versatissimo dicimus, eum intelligere paria, quasi rem admodum difficilem. etenim monetarum negotium per billones & misturas ita obscurarunt, vt maxima pars populi nihil prorsus de eo intelligat. & quemadmodum artifices, mercatores, & quilibet in sua arte, sæpissimè rem & opus inuoluunt: vt plerique Medicorum, qui loquuntur latinè coram feminis, & vsurpant characteres gręcos, & verba Arabica, & notas latinas abbreuiant, & quandoque scripturam suam intricant vt legi non possit, metuentes ne detectis eorum medicamentis, in minori precio deinceps habeantur: ita etiam monetarij, omissa clariori locutione, scilicet, massam auri ex duodecim partibus habere duas partes cupri, vel alterius metalli, dicunt, esse aurum viginti ceratiorum: item pro eo quod apertius efferretur, nummum trium blancorum continere mediam partem cupri, dicunt, esse argentum sex denariorum in puritate, duorum denariorum in pondere, & quindecim denariorum in cursu: essentiam, qualitatem, & quantitatem denarijs & ceratijs contra naturam attribuentes, & pro eo quod dicimus, marcam continere sexaginta nummos, ipsi loquuntur de quinque solidis sectionis.

deinde aliam monetam stabilem constituunt, aliam instabilem, & tertiam imaginatiuam: cum tamen nulla moneta stabilis sit, & variatio & imaginatio prouenerit ex debilitatione ponderis, & permistione puritatis auri & argenti. Nam ducatus currens Venetijs, Romæ, Neapoli, Panormi, & Messanæ, quæ est moneta imaginatiua, olim fuit vera moneta aurea pōdere Angeloti, vel Medini Barbarici, & 4. denar. amplius: qui est planè Imperialis Flandriæ, eiusdem ponderis & ligæ, cuius erat antiquus ducatus valens decem Carolinis argenteis, & Carolinus decem solidis eius loci: vt quadraginta sex efficerent marcam auri, & sex vnciam, quam diuidunt in tringinta taros, & tarum in viginti grana, vnde existit grossus in vncia plus, quàm in vncia communi, quæ octo tantùm grossos continet. huiusmodi monetam auream lex appellat solidum: qualis est Angelotus, quorum quadraginta octo marcam constituunt, & septuaginta duo libram Romanam, duodecim vnciarum. qui diu in vsu fuit, comprehensus in legibus Græcorum, Germanorum, Anglorum, Francorum, Burgundionum: & nihil est aliud, quam coronatus solaris Franciæ, hoc est, solidus, quem monetarij, vocabulum solidi non rectè intelligentes, ab annis quinquaginta signarunt figura solis: populo nihilominus, qui magister vocabulorum est, antiquitatem retinente, atque etiamnum, escu sol, hoc est, coronatum solidum appellante: qui olim ponderabat quatuor denarios, sicuti Angelotus, sed postea Principes paulatim, & gradatim per grana, eum reduxerunt ad tres denarios, qui est coronatus vetus: & tempore Regis Ioannis, coronato veteri paulatim imminuto, sicut coronatus antiquus, tribus granis: conflati fuerunt coronati ad duos denarios & viginti grana ponderis, eiusdem ligæ qua antiqui erant, appellatique sunt Franci pedites, & equites. (nam quos hodiè, Francois, tunc Francs, siue Francos nominabant, quemadmodum adhuc in vniuerso Oriente, populos Occidentis appellant Francos.) quo tempore etiam percussus fuit coronatus Burgundicus, quem Ridæum vocant, eodem pondere & liga: ac durauerunt vsque ad tempora Caroli VIII. quando coronatus Franciæ imminutus fuit sex granis ponderis, & ¼. ceratij puritatis: nam antiqui erant 23¾. cerat. & coronati vulgares, 23. cerat. Postea Rex Franciscus I. corrigens nonnihil coronatum vulgarem, conflari iussit coronatos solares, 2. denar. 16. gran. & eiusdem ligæ, cuius erat coronatus vulgaris, excepta ⅛. remedij, quod permansit vsque ad Regem Henricum, qui quatuor granis ponderis fortiorem fecit: & Carolum IX. qui quinque grana detraxit, anno 1561. Sed coronati veteres seu ducati Veneti, Genuenses, Florentini, Senenses, Castellani, Portugallici, & Hungarici, legem seu ligam 23.¾. cerat. & 2. denar. 18. gran. ponderis retinuerunt, vsque ad annum 1546. quo Imperator Carolus V. ligam coronatorum Hispanicorum vno ceratio & tribus quartis, ac tribus granis ponderis debilitauit, conflans coronatos Castellæ, Valentiæ, & Arragoniæ, qui Pistoleti nominantur, ad 22. cerat. 2. denar. 15. gran. ponderis: pessimum præbens exemplum alijs Principibus idem faciendi: sicut fecerunt Principes Italiæ: qui percusserunt ad 22. cerat. & infrà, & 2. denar. 16. gran. ponderis: quales sunt coronati Romani, Lucenses, Bononienses, Salutiani, Genuenses, Senenses, Siculi, Mediolanenses, Anconitani, Mantuani, Ferrarienses, Florentini, & noui coronati Veneti. Sed & Paulus III. Pontifex cœpit suo nomine ferire coronatos 21⅞. cerat. & 2. denar 14. gran. ponderis: & eodem tempore Auenione nomine Alexandri Farnesij Legati & Nepotis Papæ, percussi sunt multo debiliores in liga, & quinque denar. pondere inferiores. quæ res incredibile adfert damnum subditis, & lucrum adulteratoribus, fictoribusque monetarum, & mercatoribus, qui conquirunt fortes monetas, vt ex illis alibi debiliores fieri

fieri curent. Quod frequentiùs etiam accidit in moneta argentea altæ ligæ, & quę est supra vndecim denarios puritatis: vt sunt Regales Hispanici, qui omnes continent 11. denar. 3. grana, ex quibus alij Principes antehac magnum lucrum fecerunt. nam si vel in Testones Francicos conuertantur, ex centum millibus librarum capi poterit emolumentum sex millium quingentarum librarum, non debilitata liga Testonis Francici, qui continet decem denarios, 17. gran. puritatis.

Eodem modo Heluetij, qui Testones Francicos, in Testones Solidurenses, Lucernēses, & Vndervvaldenses commutarunt, in qualibet marca lucrifecerunt 41. solid. 11. denar. & $\frac{7}{24}$. Turon. nam hi ipsi sunt tantùm 9. denar. & 18. granorum, hoc est, 23. gran. puritatis inferiores sunt Francicis in qualibet marca, quorum æstimatio erat 25. solid. Turonensium. & quantum ad pondus, 25$\frac{1}{4}$. Teston. Francici marcam constituunt, cùm marca Testonum Solidurensium $\frac{1}{4}$ debilior sit pondere, quę æstimatio est 4. solid. & 3. denar. Turonensium.

Et quoniam dicti Testones non nisi pro argento inferioris ligæ, quod billonem vocamus, haberi possunt, cùm sint infra 10. denar. puritatis, æstimatione facta 14. librarum, 17. solid. 4. denar. Turonensium in marca argenti puri: Testones autem Francici, cùm sint supra decem denar. puritatis, censentur pro argento altæ ligæ, qui valor eadem proportione redit ad 15. libras, 13. solid. Turonenses in marca argenti puri: & propter differentiam argenti altæ vel inferioris ligæ, ijdem Testones minus quàm Francici valent 12. solidis, 8. denar. Turonens. in marca Testonum.

Itaque Testones Solidurenses Francicis æstimatione sunt inferiores 41. solid. 11. denar. in marca: ita vt singulis dictorum Testonum decedat 1. solid. 11$\frac{2}{24}$. denar. Turonens. Bernenses verò, quia sunt 9. denar. Turonen. plus valent, quàm Solidurensis. Porrò, si in singulas marcas deni solidi lucrentur, emolumentum est satis amplum. Belgæ idem faciunt, Testones Franciæ in Regales Belgicos conuertentes.

Constitutionibus Principum penè omnium diligenter prospectum est, ne aurum & argentum ad extraneos exportetur, sub grauissimis pœnis: sed impossibile est eas ita custodiri, quin tam mari, quàm terra plurimùm euehatur. & quamuis diligentissimè obseruaretur, ne quicquam omninò euehatur, tamen subditis non deerit occasio miscendi, fingendi, deformandi, alterandi, & fundendi monetas argenteas & aureas, quamdiu diuersitas ligæ manebit: siue id faciāt vigore permissionum quibusdam aurifabris concessarum, siue directò cōtra prohibitiones: quia defectum ligæ, qui in opere ipsorum inuenitur, lucrifaciūt tam ratione remediorum, quæ illis permissa sunt, quàm incrustationum, & ferruminationum, quibus vtuntur: facientes opus ex optimis numismatibus, & deridētes leges & ordinationes, quæ pretium marcæ auri & argenti constituunt, cùm mercedi & formæ operis, quātum velint, pretium imponant: adeò vt semper carius vendatur aurifabris, quàm ordinationibus sit constitutum: argentum 40. vel 50. solidis, aurum 12. vel 13. libris in singulas marcas: quo fit, vt aurum & argentum carius emant aurifices, & mercatores, quàm monetarij, qui ordinationem Regis transgredi non possunt, neque propter materiarum emptiones, neque propter conflaturam. Statim autem atque materia conuersa est in monetam pondere vel liga fortiorem, quàm sit Principum vicinorum, funditur, & coaceruatur ab aurificibus, vt in opus conuertant, vel ab extraneis, vt monetā inde suo pede percutiant. cui rei velut ministri subseruiunt nummularij, sub prætextu commodandi populo mutatione monetarū, contrahentes cum aurifabris & mercatoribus extraneis. certum enim est, & depræhensum, ab annis 25. cùm parui solidi re-

probati essent, conflatos fuisse eiusdem generis in hoc Regno ad summam viginti quinque millionum librarum, & ampliùs, præter nummos trium, & sex blancorum, quorum nulli iam inueniuntur, quia aurifices emolumentum in ijs animaduerterunt. Quo fit, vt qui magnam habent auri & argenti suppellectilẽ non possint ea gaudere: quia quàm impenso pretio ab aurifabris emerunt, nolũt cum tanta detrimento vendere.

Ac quidem Carolus IX. Rex plurimùm perdidit vasis suis in monetam conflatis: cùm anteà liga monetarum argentearum semper æqualis fuerit ligæ seu legi aurifabrorum: ita vt in vasis nihil perderetur præter opus: ex quo commune remansit prouerbium, Sunt argentea vasa, nihil illic perit præter opus.

Itaque vt omnibus istis incommodis occurratur, oportet legem monetarum, & operum auri & argenti, esse æqualem, videlicet, viginti trium ceratiorum absque remedio, in auro, & vndecim denariorum, & 12. granorum, in argento. Inuenta autem fuerat via abusibus quadantenus occurrendi, locato reditu monetarum, confiscationum, & mulctarum ex maleficijs prouenientium: & vectigal anno 1564. summa quinquaginta millium librarum annuarum addictum fuit. sed hoc iterum abolitum est Molini, anno 1566 & monetæ attributæ illis, qui maximã marcarum auri & argenti quantitatem se conflaturos offerrent. quæ ratio ramusculos nõnullos & frondes præcidit: verùm manente abusuum radice, nũquàm erit fraudum finis.

Radix autem abusuum est confusio trium metallorum, auri, argenti, & cupri: qua cessante, neque subditi, neque extranei, quicquam fraudis machinari poterunt, quin subitò detegatur. Nam quemadmodum moneta purè cuprea vel ærea non habuit in hoc Regno locum, propterea quòd talis non cuderetur: sic etiam ærosa numismata seu billones, si reprobentur, & interdicto publico non cudantur ampliùs, billones extraneorum prorsus tollentur. nec sperandum est, extraneos, & subditos desituros billoni priuatim operam dare, & omnes monetas extraneas recipere, quamdiu Princeps & Respublica billonem conflari curabunt.

Quanquàm & alia, tam publica, quàm priuata ex eo redundet vtilitas, si prohibeatur, vt dixi, mixtura metallorum: videlicet, vt vitetur imposterum detrimentum argenti, quod pro nihilo computatur in auro quatuordecim ceratiorum, vel supra, & perit propter sumptus excoctionis, quæ instituitur per cæmentum regale, vel per aquam chrysulcam. nam sexaginta minimũ solidis opus est ad separationem marcę vnius: & nihilominùs damnum permagnum est in insigni quantitate. sicuti omnes floreni Germanici sunt tantùm sedecim ceratiorum, vel 16½. ad summum: vnde in centum mille marcis existit damnum triginta trium millium marcarũ: & ad 14. ceratia. 40000. marc. & ampliùs.

Præter hæc, quæ dixi, abusus monetariorum cessabunt, respectu imminuti põderis, & debilitationis: ex quibus mercedes monetariorum redigebantur: quæ vt reprimeret, Henricus II. Rex Franciæ cõstituerat, vt illis solueretur ab exactoribus locorum. quæ constitutio etsi sancta fuit, tamen per Carolum IX. suasu Cameræ rationum Parisiensis, quæ demonstrauit, Regem loco percipiendi ex monetis suis lucri, quotannis plus quàm decem millia librarum perdere, sublata est: quia officiales mercedem, penè faciendo, accipiebant.

Sed vera ratio medendi est, supprimere omnes officiales monetarum, exceptis iilis, qui in vna aliqua ciuitate erunt, ad percutiendum omnes monetas, & mercedem illis soluere per exactororẽ seu quęstorem loci: manẽte iure dominico: quod veteribus tamen fuit incognitum, nec vllatenus in monetis deducebatur, imò ne quidem ius cõflaturæ: quod valdè necessariũ foret: aut potiùs vt imponatur subditis tributum ad conflationem monetarum:

rum: vt aboleatur ius dominicum & cõflatorium: ficuti olim in Normannia factitatum est, & etiamnnm fit in Polonia: vt incredibili damno ac detrimento, quod subditi sustinent, occurratur, eademque ratione cessabit verietas pretij marcæ auri & argenti, quæ infinitos abusus procreauit. Et monetæ extraneæ non recipientur, nisi ad fusionem tantùm, ni hilque computabitur pro iure dominico, neq; pro conflatione: non attentis diplomatibus à Principib. vicinis impetratis, vt alieno incommodo monetę ipsorũ tali pretio, quo in suo territorio, exponãtur.

Ac vt omnis falsandi, adulterandi, & mutãdi receptam monetarum aurearum, & argentearum legem, occasio amputetur: necesse erit, omnes monetas in vnica tantùm vrbe conflari, in qua Iudices mo netales residebunt: & reliquas officinas supprimi: (nisi Monarchia vel Respublica tam latè pateat, vt plures institui debeant:) quo in loco omnes aurifices opus faciant, interdicto sub pœna vitæ facto, ne alio in loco faciant, quia ab istis maximi præcipuiq; abusus proficiscũntur: dabiturque cognitio Iudicibus ordinarijs, per præuentionem, puniendi abusus qui committentur.

Satis enim notum est, quantum abusus in conflatione monetarum in hoc Regno, & in sententijs fuerit, propter paucitatem Iudicum, quibus cognitio priuatíve attrisiuta fuerat, & maximè post suppressionem generalium subsidiariorum. Necessarium itaque est, exemplum veterum Romanorum sequi, qui omnibus subditis Italiæ solum habebant templum Iunonis, vbi tria monetarum genera formabantur pura & simplicia, videlicet auri, argẽti, & æris: & Triumuiros monetales, qui formabant & conflabant monetas publicè, & in conspectu omnium. Et ne quis in pretio monetarum deciperetur, certum locum constituerunt, in quo moneta probaretur, Marij Gratidiani rogatione.

Sicut legimus quoq; in hoc Regno constitutionem Caroli Magni prohibitũ fuisse, ne alibi, quàm in Palatio moneta cuderetur. Sed posteaquàm Philippus Pulcher, Carolus eius filius, & Iohannes, Reges, plures mouetas seu officinas in hoc Rngno erexerunt, & in singulis monetis diuersos magistros, custodes, præfectos, aliosque officiales constituerunt, abusus quoq; fuerunt multiplicati. Hic fortassis obijciet mihi aliquis, Persas, Græcos, & Romanos monetas plures cõflasse aureas, argẽteas, & æreas, altissimę seu perfectissimæ ligę, qua fieri possit: & non defuisse tamen adulteratores, ficuti legimus apud Demosthenem in oratione contra Dimocratem.

Respondeo, difficile quidem esse, ijs Rempublicam prorsus expurgari: attamẽ ex mille qui nunc sunt, vix inueniuntur decem, obstante difficultate rei, cùm lex seu liga auri & argenti vnicuiq; nota futura sit, ea ratione, quam suprà deduxi. Quòd si existat incõsideratus aliquis Princeps, qui mutare bonitatem monetarũ lucri causa velit, ficuti Marcus Anton. monetam argenteam inferioris ligę cudi fecit, statim ea eijcietur: & ipse ignominiã apud omnes incurret, prçter pericnlum rebellionis subditorum, quę ingens fuit tempore quo Philippus Pulcher legem monetarum debilitauit. Vtut fit, certum est, nũquàm pauciores adulteratores monetarum fuisse, quàm temporibus Romanorum, quorum omnis moneta aurea & argentea erat altę ligæ seu legis. Nam & Liuius Drusus Tribunus reprçhẽsus fuit, quòd rogationem tulisset, vt in moneta argentea pars octaua ęris immisceretur, vel vt nos loquimur, vt fabricaretur ad 10. denar. 12. gnan. puritatis. quo clarum fit, ne ab eo quidẽ tempore voluisse eos confusionem auri & argenti permittere: argentumque altissimę legis fuisse, vt & aurum: quod & videre est in numismatibus aureis, quæ sunt $23\frac{1}{4}$. cerat. & inueniun tur nota Vespasiani Imperatoris, quibus tantùm $\frac{1}{32}$. cerat. deest, quin aurum sit 24. ceratiorum, quod aurum est omniũ purissimum.

Sed

Sed propter eas, quas recitaui caussas, sufficit aurum esse 23. ceratiorum, & argentum vndecim denariorum, & duodecim granorum. ne relinquatur etiam excusandi occasio, ignibus imperari non posse: & ½. vel ⅓. remedij postuletur: vnde multi abusus oriuntur. remissis tamen duobus scripulis remedij, in marca monetæ percussione formatæ.

Rursus dici potest, expedire saltem duplos & denarios inferioris ligæ fabricare, vt euitetur grauitas monetæ æreæ. Respondeo, Si conflatio billonis in minimo permittatur, raptum iri in cõsequentiam liardorum, ac solidorum, & semper rediri ad principia. Et licèt præter duplos & denarios nihil percuteretur, tamen aperiretur fenestra adulteratoribus monetarum, decipiendi plebeculam, in cuius vsum ista moneta cuditur, & quæ nihil eius rei intelligit, minusque solicita est in ea recipienda, propter exiguum valorem quo æstimatur, nec inquirit de bonitate vel intrinseco valore eiusdem.

Epistolam habeo Iacobi Pinatelli ad Regem Henricum II. in qua hęc verba continentur: Domine, notum tibi facio, intra menses sex in quadam monetarum tuarum conflatos esse solidos debiles, in qualibet marca, in pondere viginti solidis, & in liga quatuor solidis. cùm placebit Maiestati tuæ, opus tibi ostendam: & demonstrabo, quantum damnum inde ad te, & populum tuum perueniat, quod longè grandiùs erit, nisi sęuerissimè huic rei Maiestas tua prouiderit. Eodem tempore idem conflabat nummos sex blancorum, mandatu Regis, 4. denar. in liga, & 2. gra. remed. & 4. dena. 14. gran. ponderis: quod genus misturę seu billonis tunc optimum erat in Francia: adeò vt statim refusum fuerit, & vix appareat ampliùs. Manifestum est autẽ cuiuis, damnum 24. solidorũ in marca, ad Regem & populum redundans, efficere plus quàm 25. in centum. Et nihilominùs idem Pinatellus à Camera Generalium monetarum subreptitiè impetrata commissione anno 1552. conflauit duplos, & denarios, Villanouæ ditionis Aueniouensis, & Villafrancæ ditionis Ruergiensis: qui æstimati fuerunt tantùm 12. solid. marca: & compertum est, ipsum hoc modo paulò minùs quadringentis millibus librarum purè & simpliciter depeculatum esse: & gratiam sibi redemisse quinquaginta millib. libris, quas cuidam fœminæ donauit: quæ tamen magis supplicium differri, quàm veniam ei dari effecit.

Quare dico, misturam metallorum seu billonem nullo modo ferendnm esse illi, qui Rempublicam falsis monetis expurgare voluerit. ita etiam cessabit damnum, quod miser populus reprobatione monetarum, aut pretij earum, postquàm debilitatæ sunt, deminutione perpeti solet. Nec apud Principes locum habebunt ij, qui ipsis vtilitatem proponunt, quam ex monetis suis percipere possint: quemadmodum officialis quidam monetarum in consilio Diuisorum proposuit, & ad Regem Carolum IX. perscripsit, magnum emolumentum ex monetis, ad solatium populi, conquiri posse: & calculo illius subducto reperiebatur, ex qualibet marca auri puri in opus collati, Regem percepturum esse octo libras Turonenses, cùm anteà tantùm 25. solid. & $4\frac{16}{17}$. denar. reciperet: & ex marca argenti Regij in opus collati quadraginta solidos Turonenses, cùm anteà 16. denar. tantùm, ex conflatione Testonum Rex perciperet. Suadebat percutiendum esse ex argento Regio 12. solid. Turonen. in cursu, & 30. nummorum in marca, pondere 6. denar. 9. gran. & semisses, & quadrantes eadem proportione: & monetam ex auro 24. cerat: & 1. cerat. remedij, & 30. nummorum in marca, eiusdem ponderis quo argẽti, valore sex librarum Turonensium. & nihilominùs volebat fabricari quoque minutum billonem trium denariorum in liga, & 320. nummulorum in marca, & trium denariorum in cursu, & omne reliquum billonis genus infra 10. den. puritatis: marcam constituens 14. librarum Turonensiũ.

Hæc

Hæc illius opinio fuit, vt merebatur, reiecta: & perridiculum est cogitare, Regem tantum emolumentum ex monetis suis cum solatio populi corradere posse: si verum est quod Plato inquit, neminem vnquàm quicquã lucrari, quin alter perdat: cùm ineuitabili necessitate damnũ in subditos recasurum sit: quoniam extranei nihil eius sentiunt.

Sed vtique peropus est, magnum aliquem Principem missa legatione hoc ipsum apud cæteros efficere, vt Principes omnes communi consensu conflationem billonis seu ærosi numismatis in posterũ prohibeant: constituendo legem monetarum aurearum & argentearum, prout suprà deductum est: & vtendo marca octo grossorum seu drachmarum, & 570. granorum in vncia, quæ est communissima. quod difficile non foret: quandoquidem Rex Catholicus, & Regina Angliæ iampridem omnem billonem sustulerũt: & quoniam omnes monetæ aureæ Hispanicæ, exceptis Pistoletis, & moneta Portugallica, altioris ligæ sunt quàm dixerim, & omnis moneta argentea vndecim denariorum, trium granorum.

Et vtile esset, monetam fieri in forma proplastica, sicut faciebant veteres Græci, Latini, Hebræi, Persæ, Aegyptij: nam sumptus minores erunt, & facilitas maior, rotunditasq; perfectior, ad impediendum rasores: nec flexioni aut rupturæ obnoxia erit: atque etiam perpetuò remanebit forma seu imago. vitabitur quoque molestia percussionis malleorũ, nec opus erit circumcisore, nec detrimẽtum vllũ ex limitatura, aut remedium in pondere existet. sicut necessarium est duo scripula minimum tribui in marcam monetæ percussione formatæ. quin & maior numerus vno die conflabitur, quàm alioqui fiat toto anno: & auferetur prætereà occasio adulteratoribus monetarum tam facilè miscendi metalla, vti faciunt, in prælijs & incudibus, vbi moneta latè distenditur, ad tegendum crassitudinẽ. item proplasticè efficit omnia numismata eiusdem metalli æqualia, crassitie, pondere, latitudine, & forma: adeò vt si falsarius monetæ velit miscere æs cum auro, præter vel supra ligam 23. ceratiorum: volumen cupri seu æris, quod in pondere æquali duplo & $\frac{1}{4}$ maius est volumine auri, siue leuius duplo & $\frac{1}{4}$. quàm aurum in massa æquali: efficeret numisma longè crassiùs, & falsitatem detegeret: certũ enim est, si massa auri æqualis massę cupri ponderet 1551. scripula, quòd massa cupri penderet tantùm 729. quæ est ratio propemodum 17. ad 8. in grauiori põdere. sicut didici ex Domino Francisco Foxio magno ætatis nostræ Archimede, qui primus veram metallorum in pondere & volumine proportionem ostendit.

Idem iudicium erit de argento: quod volumen auro maius in pondere æquali habet: siue quo argento aurum grauius est in massa æquali, semel & $\frac{6}{7}$. quæ ratio est velut 1551. ad 1366. vel 9. ad 5. & cupri ad argentum, sicut 11. ad 13. vel præcisè sicut 1129. ad 866. quæ duo metalla propius põdere & volumine inuicem accedunt, quàm cætera, excepto plumbo, quod argento grauius est, quantum distãt 15. à 14. vel præcisiùs 866. à 929. sed non possunt eo vti ad falsandum, quia ab omnibus metallis, præterquàm à stanno, se separat. Minus etiam vti possunt stanno, quod est omnium metallorum venenum: nec pro argento fundi potest: quoniam leuius est quantum distant 9. à 14. vel prçcisè 600. à 919. & multò minus pro auro subijci potest, quod grauius est stanno in massa æquali, siue minus corpore in pondere æquali, quantum interest inter 18. & 7. vel præcisè inter 1551. & 600. hoc est, $2\frac{4}{7}$. grauius.

Quod ad ferrum attinet: non possunt falsarij eo abuti in fusione: quia neq; auri, neque argenti mistumam recipit: & cõnexio laminarum in ferro haud difficulter cognosci potest. Plinius ferruminationem appellat, qua adulteratores monetarum sua ætate vtebãtur. & certè Dominus de Villemor Cõmissarius belli, num-

mum eiusmodi ferreum argento coopertum mihi ostendit. sed pondus & volumẽ detegit falsitatem, si propiùs inspiciatur. nam argentum est grauius ferro, in massa æquali, siue minus volumine, in pondere ęquali, quantum distant 4. à 3. vel accuratè 866. à 634. Et quoad aurum, impossibile est ferruminationẽ adulteratoribus vsui esse posse: quoniam aurum est minus corpore quàm ferrum, in pondere ęquali, seu grauiùs in massa æquali, quantum interest inter 6. & 9. vel 1556. & 634.

Pari modo metuendum non est, ne argentum viuum vsui esse queat ad falsandum duo ista metalla: licèt ad pondus auri tam propè accedat, quantum 7. ad 8. vel 1558. & 1551. quia necdum ita retinere potuerunt, quin in fumum euolaret.

Hæc de forma monetarum dicta sint, deque vtilitate, quę ex proplastica earundem fusione proueniret: quemadmodum olim formatæ fuerunt: donec cœptũ est, auri argentique inopia laborari, exhaustis vndique fodinis, & duobus istis metallis vsu consumptis, deperditis, occultatis aut dissipatis: qua de causa necessitas coëgit monetam adeò tenuem fabricari, vt ad signandam malleus sufficeret. ex quo multi abusus orti sunt. Sed quemadmodum antiquissimi homines, qui non multum auri & argenti habebant, idipsum malleo signarunt: ac deinceps maiorem eius copiam consecuti, cœperũt proproplasticen exercere: ita vt ad eandem proplasticen hodiè redeundum est.

Tentata fuit etiam fabricatio in mola: sed compertum est, signum non satis commodè illic imprimi, & in centum marcis materiæ semper triginta marcis decisuræ existere, cùm in incude saltem vna sint vel duę: & ipsum sonitum à monetis in incude percussis differre: quinetiam deprehensum est, singulos nummos non esse eiusdem ponderis, quoniam laminę vno in loco tenuiores fiebant, quàm in altero.

Porrò eius, quod dixi, marcam auri & argenti diuidendã esse in partes seu nummos pondere æquales, absque fractione nummorum in marca, vel denariorum in nummis, vel granorũ in denarijs, vtilitas est euidentissima, tam ratione permutationis marcarum & nummorum, quàm etiã propter ęstimationem, pondus, & cursum indubitabilem. Ita namque veteres vsitarunt: nummus aureus & argenteus põderans 4. grossos vel drachmas, quę est dimidia pars vncię, æqualis erit siclo Hebręorum: & nummus 2. grossorum, seu quorũ 32. sint in marca, ęqualis erit Stateri Attico, & Philippeo antiquo, & Nobilibus rosatis, & nummis aureis veterum Romanorũ, quos lex appellat, aureos: & nummus vnius grossi vel solidi Turonen. seu drachmę, ad 64. in marca, ęqualis erit drachmę Atticæ, & *Zuzæ* Hebręorum, quę fuit merces diurna manuariorum in Græcia & vniuerso Oriente. quanquàm denarius argenteus Romanus esset ⅛ fortior pondere. quod etiam fuit diurnum stipendiũ militis Romani, tẽporibus Augusti: paulò plus quàm simplex regalis Hispanicus.

Quòd si mutationes & vicissitudines subitę noceant, & sint perniciosę, poterit pedetentim procedi fabricandi monetas ad eum modum, quem dixi: vt detur vnicuiq; spaciũ temporis, quàm minimo dispendio expendendi billonis seu ęrosi numismatis. Super his difficultatibus cùm Blęsis essem, deputatus à Prouincia Veromanduorum: vocatus fui vnà cùm primo Prędidẽte, & tribus Generalibus monetarũ, & Marcello Pręfecto ęrarij, vt abusib⁹ monetarũ mederemur: vbi tandem fuit conclusum, omnia ista suprascripta, quæ summatim deduxeram, esse quidẽ necessaria, sed difficultatẽ: & morbos Reipublicę incurabiles non posse ea ferre, quod idem est, ac si diceretur, pręstare, ęgrotũ languore emori, quàm salutarem medicinam sumere, quę palato displiceat.

Fateor, argentum in billone vix ad medietatem rediturũ, si purificetur ad 11. dena. & 12. grana: sed econtrà perpetuũ erit commodum, si semel lex seu liga stabilis seruetur, vt dixi. & nisi fiat, impossibile est ruinam Reipublicę euitare. Ac licèt

statim

ſtatim eodem momento omnia groſa numiſmata tollantur: dummodò mediā damni partem Rex, mediam populus ferat: tamen maius inde emolumētum ad populum redundabit quàm ſi feriatur moneta debilis, &, poſteaquàm aliquantiſper in vſu fuerit, rurſus reprobetur: ſicuti frequenter videmus, ſingulis annis, imò ſingulis menſibus, ſingulis diebus, ſingulisque momentis augeri curſum ſeu valorem monetarum, earumque tot eſſe pretia, quot Prouincias, quot Ciuitates, quot pagos.

Non exiſtimo quenquam fore, recto iudicio præditum, qui neget, expedire potiùs talem ſanguinis miſſionem, ad euacuandos prauos humores, quàm perpetua febri conflictari, quæ toties paroxyſmos multiplices. Videmus enim, ab anno 1538. (ne vlteriùs progrediamur) quo reprobata fuerũt numiſmata, quæ Vaccę appellabantur, & decennio pòſt, quo omnes billones raſi ſublati ſunt: percuſſos fuiſſe ſolidos tempore Henrici II. ad 3. denar. 12. gran. in liga: & tempore Caroli IX. ad 3. denar. argenti: qui minus valent, quàm billones raſi veteres, & reprobata illa numiſmata. Et nihilominùs mox augetur pretium billonis, non aucta liga, vt exhilaretur populus, quēadmodùm cùm propinatur frigida ægroto: quia admodũ carè conſtat, quando rurſus fit reductio aut reprobatio.

Summa itaque & Barbarica iniuſtitia eſt, & ineuitabile Prouinciæ detrimentum, ſi Princeps ſuo arbitrio pretium auri & argenti mutet, augendo vel deminuendo pedem monetarum ex duobus iſtis metallis fabricatarũ in eodem gradu bonitatis: nec inuenturus eſſet vllum Principem aut populum vicinũ, qui commercia cum ipſo tractare velit, pręterquàm in ſpeciebus.

Atque demonſtratio eius, quòd tria illa metalla ita conflata, vt dixi, habitura ſint naturalem & conuenientem proportionem, apparet ex eo, quòd tantundem interſit, inter aurum viginti trium ceratiorum, reſpectu auri puri, quantum inter argentum vndecim denariorum, & duodecim granorum, reſpectu argenti puri duodecim denariorum.

Et hac ratione, obſeruato curſu & titulo monetarum, de quibus dixi, ceſſabunt infiniti proceſſus & lites, quas excitari videmus propter ſolutionem redituum & debitorum, in forti vel in debili moneta, in auro vel in argento, in nouis, vel in veteribus coronatis.

Ad eundem modum, reditus & facultates vniuſcuiſque certiores erunt: æſtimatio rerum meliùs conſtituetur: incertæ monetarum mutationi occurretur: contractus & commercia faciliùs expedientur: Principes & Magiſtratus authoritatem ſuam obtinebunt: vſurariorum & impoſtorum fraudes pręcluderentur: adulteratores monetarum exulabunt: & miſera plebs incredibili ſolatio perfruetur.


Hæ ſunt, Domine, rationes, meo quidem iudicio, neceſſariæ, aut ſaltem apparentes, quoad caritatem rerum omnium, & viam, qua ei ſit occurrendum. Sed vt certò cognoſcatur, an ſubſiſtere poſſint, necne, haud opus eſt explorare vel indice alio, quàm politiſſimo & integerrimo iudicio tuo, quod longè rectiùs de illis ſtatuet, quàm Lydius lapis, vel ignis vllus de auri puritate. Quæ me cauſſa potiſſimùm permouit, vt hæc in publicam lucem, & in conſpectum omnium emitterem: cùm neminem arbitrer auſurum eſſe, reprobare id, quod ſemel à te ſit approbatum.

Neç tamen opinor, mihi in omnibus creditum iri: quod nimis foret ridiculum cogitare: minus etiam volui cuiquam contradicere: ſed tantùm inuitare eos, qui meliùs negotia & ſtatus publicarum rerum intelligunt, vt diligentiùs de illis curam ſuſcipiant, quàm alioqui fiat. Et maximè incitare volui Dominum de Maleſtroict, & eos, qui bono publico ſe quadamtenus deuouerunt, vt in tam præclaro propoſito

 per-

pergant. quo facto, Summi Pontifices, penes quos est potestas condendæ legis, necnon ij, qui eisdem sunt à consilijs, faciliùs, vt puto, statuere poterunt, quid ad honorem & incrementum Reipublicæ sit constituendum: vbi à multis intellexerint iustissimas miseræ plebis querelas, in quam dolor & damnum huius mali redundat: cùm maior pars hominum non possit dijudicare, vnde procedit: & ijs, qui aliquo eius rei iudicio sunt præditi, non præbeantur aures, nec alia via relinquatur, præterquàm per scripta, indicandi morbum ijs, qui facilè remedium possint adhibere.


Finis Tract. de augmen & decrem. auri & argen. Ioannis Bodini.



DESVMPTVM EX VOLVMINE PRIMO CONSILIORVM MARIANI SOCINI, EIVSDEMQVE CONSILIO CXLV.

SVMMARIVM.

1 *Moneta deteriorata in materia, liga, aut pondere, ad tempus contractus sit respectus.*



1 VT IN eadem quæstione quid iuris sit, appareat, paucis instãdo dico, & concludo absque vlla dubitatione, quòd moneta debet attendi & considerari tempore cõtractæ obligationis, nam quicquid in alijs casibus sit dicendum, quando sumus in contractibus, si moneta cursu temporis fiat deterior, debet attendi moneta quæ currebat tempore promissionis, maximè quando deterioratio contingit respectu materiæ, vel ligæ, (prout cõtingit in casu isto, quia Bononeni fiunt hodie, & cudũtur materiæ & ligæ deterioris.) Nã non est cõueniens, quòd solutio fiat de alia moneta, quàm quę fuerit in mente cõtrahentium tempore contractæ obligationis. Ita est communis opin. omniũ scribentium in varijs locis, vbi de materia loquuntur.

Ita enim concludit Bart. in l. Paulus. 2. col. vers quæro quid si moneta. ibi. primo modo. ff. de sol. & ibi communiter per omnes approbatur. sic tradunt Bart. & alij Dd. maximè moderni, in l. cùm quid ff. si cer. pet. vt ibi per Dec. col. si versi. in gl. fi. Bart. & c. Bald. in conf. 459. ista q. an inspiciatur moneta, in prin. 1. vol. Card. in Cle. 2. 19. q. de deci. Rom. conf. 123. circa primũ. 2. col. vers. 3. idem principaliter. Domi. de S. Gemin. in conf. 137. quia alias super ista. 1. col. Pract. Papien. in forma libel. in act. hypoth. in gl. relaxandum, iure pign. post princ. ibi, de primo modo, &c Corne. in conf. 331. de plurib. col. 5. versic. tamen hoc non obstat. 3. vol. in conf. 287. in hac cõsultatione prope fi. 1. vol. & in conf. 169. viso puncto, in prin. 4. vol. Et plenè tradit Gui. Pap. in q. 493. si fiat monetæ mutatio, per tot. ob claram rationem allegat.

Et demùm ita concludit Albert. Brun. suo tract. de augmen. in vlt. cõclus. in versic. his præmissis. & clariùs in versic. prædict


dicta conclusio qui statim sequitur, vbi propriè determinat casum nostrum dicens. quod quādo variatur bonitas intrinseca in moneta, vt quia fiat de minori vel viliori liga. & sic minoris valeat. etiam quod fiat sub eadem pondere & sub eadem forma, semper solutio fieri debet de antiqua moneta, quæ tempore obligationis contractę currebat, si reperiatur: & vbi non reperiatur poterit fieri solutio de noua moneta, ad ęstimationem tamen antiquæ, vt sic Creditor in aliquo non damnificetur vt per eum, vt ita etiam volunt. Omnes Doctor. præallegati. & etiam alij plures, in diuersis locis, quos longum esset referre. Sed pro maiori parte allegantur per eos, quos supra adduxi.

Et pro ista communi & verissima conclusione, videtur casus in c. olim causam. & c. cum canon. extra de censi. & ibi Docto. declarant. & in d. l. Paulus. vbi similiter per omnes declaratur. de solut.

Nec obstat quod dici solet, solutionem fieri debere de pecunia currenti. & vsuali. vt videtur probari in c. 2. in fin. de maledict. & ibi gloss. dicit. & in d. clem. 2. de decimis & tradit Corn. in consi. 181. visis, colum. 29. 1. volum. cum sim. Quia respondetur, primò illud intelligi de currenti & vsuali tempore, scilicet contractæ obligationis, secundum prædicta. Vel secūdo quod fiat de currēti, respectu actualis solutionis, quia forte alia non reperitur, fiat tamen ad æstimationem antiquæ monetæ, & quæ currebat tempore obligationis, vt sic Creditor conseruetur indemnis. Vel tertio quod illud procedit in debito procedente ex dispositione legis, cū l. semper loquatur. l. arriani. C. de hær. & ita primam & tertiam solutionem tradit Corn. in d. consi. 187 col. fin. & in d. consil. 321. col. fin. vt per eum.

Secunda autem sumitur ex dictis aliorum, maximè Alber. Brun. in locis præallegatis. Et cum prædicta conclusio sit apud nostros Docto. indubitata, non curo amplius instare. Et præsertim quia in casu isto non est de hoc disputandum, cum veritas sit quod reus cōuentus tutus exceptione præscriptionis non possit cogi ad reuendendum, vt fuit conclusum circa primam dubitationem. Laus Deo.

Socinus Nepos Paduæ legens 1533.



EX SECVNDO VOLVMINE CONSILIORVM BARTHOLOMAEI SOCINI.

CONSILIVM CCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta si fortè varietur, quo modo debeat fieri solutio.*

Dominus labia mea aperiat, & spiritus sanctu. illuminet intellectum.




PRO FVNDAMENTO præsentis consultationis præmitto † quod in instrumento dotali Dominæ Iacobæ maritus confitetur se recipisse florenos 150. ad cōputum librarum triū pro singulo floreno, quæ verba significant, quod illa æstimatio reddi debet, & non maior sicut in qualibet re data in dotem, 1

æstimata vera æstimatiōe. l. si æstimatis. ff. solut. matrim. ita dicit Bald. in suo consil. 329. inci. Punctus quæstionis talis est in 2. vol. consiliorum in formis. vnde si hodie deteriorata esset moneta dubitaretur, quomodo debeat fieri restitutio dotis, dico, quod si illa moneta antiqua possit haberi, soluendæ essent tres libræ pro singulo floreno. si autem non possit haberi & moneta noua est deterior. in bonitate intrinseca, quia moneta est soluenda in eadem bonitate, in qua erat tempore contractus, dico, quod est fiēda solutio in moneta noua & est soluenda æstimatio monetæ antiquæ. & non tanta moneta numero est soluenda, sicut erat antiqua, sed æstimatio illius antiquæ. vnde tunc 60. solidi faciebant florenum aureum nunc faciunt tantum 70. stante eadem bonitate floreni aurei & deterioratione monetæ solui debent 70. solidi pro illis 60. quia tā tum valent, casus est in l. res in dotem & ibi Bart. ff. de iure do. & tenent Bart. Bal. & alij in l. cum quid. ff. si cer. pe. & Bart. in l. Paulus. ff. de sol. & d. Ant. & Cano. in c. quanto extra de iureiuran. vbi dicit Abb. quod hanc opinionem tenent communiter omnes tam legistæ quam Can. quia soluí debet pecunia in eadem bonitate intrinseca, quæ erat tempore contractus. d. l. res in dotem. & d. l. cum quid. Vnde si nō reperiretur deueniatur ad eius æstimationem.

Quinimò ex quo in casu nostro fuit promissa dos. & contracto matrimonio fuit mora contractæ in solutione dotis iuxta no. in l. de diuisione. ff. sol. matrim. debetur pecuniæ æstimatio quanti plurimi fuit à tempore moræ, etiam attenta extrinseca bonitate. & æstimatione, secundum Bartol. & Doctores, in d. l. Paulus. & Can. maximè, d. Ant. & Abb. in d. c. quanto. & sic si tres libræ essent maiores pretij, tunc & meliores æstimationis debentur in ea æstimatione. l. vinum. ff. si cert. pe. cum materia. Vnde cum promissa fuerit dos Bertæ, prout habuit Do. Iacob. in primis debent solui 150. floreni aurei in moneta, quæ tunc currebat vel in noua deteriorata solui debet æstimatio antiquę, quia omnia quæ sunt in termino ad quem fit relatio, censentur repetita in termino referente, & cum omnibus qualitatibus suis l. si prior. & ibi. Bal. ff. sol. matri. l. esse toto & l. institutio talis. ff. de hære. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonst. & quod plus est, quia promittens fuit in mora, tenetur enim quāti plurimi valuit moneta à tempore moræ, iuxta not. in d. l. vinum. & ita concludo.

Bartol. Socin. I. V. D.



CONSILIVM D. HENNING. GODEN IN ORDINE LXXVII.

ARGVMENTVM.

Census siue reditus annuos iuxta intrinsecum valorem, qui contractus tempore fuit, pe soluendos esse.

SVMMARIA.

1 *Pacta, & quod actum est in stipulationibus & contractibus seruanda sunt.*

2 *Legū austeritas pactis litigantiū mitigatur.*

3 *In moneta habetur potius respectus ad cursum & taxā principis, quā ad materiam.*

4 *Census sunt soluendi ad antiquam monetam seu illius valorem in qua instituti fuerunt, nisi sit in alterius monetæ solutione præscriptum.*


In-

5 *Inspici debet moneta quæ erat tempore cõtractus, vel eius valor.*

6 *Qualitas rei venditæ & precij omnino inspici debet.*

7 *Verba contrahentium diligenter inspicienda.*

8 *Vsura est, quod sorti accedit.*



ICh haltet dieser fall also / das eine Communion, auß irem gemeinen eynkommen/ gülden vnd Geschossen Titio. 40. schock groschen/genger/geber / vnd vnuerschlagener Müntz/ vor fünffhundert vnnd zwantzig alte schock/ Järlichen sein lebenlang allein / vñ Sempronio in berürter form/sechs schock Groschen järlicher zinß/auff anderhalb hundert schock Groschen auff widerkauff/mit anderhalb hundert alten schocken Landtwehr verkaufft hat Nun hat sich die müntz geändert / vnd auff zwey. rley pfennige gezweyfacht / also das die eine fast höher / vnd schier zweyfacht besser/denn die/so zur zeit deß kauffs gewest/ vnd damit gekaufft ist.

Derowegen hat diese Communion vor die sechs schock Groschen Sempronio widder ab zu kauffen/ mit anderhalb hundert schock Groschen / nach werdierung der müntz/ damit die gekaufft sein. Vnd Titio hinfurter seine zinß auch allein nach der werdierung solcher müntz / damit der zinß gekaufft ist / zu bezalen. Wiewol sie jm zwölff/ oder fünffzehen Jar lang/nach der jetzigen/vnd hohen müntz gegeben / daß sich bemelte zween weygeren anzunemen/ vnd vermeynen / der Widderkauff billicher mit der jetzigen / vnd guten müntz beschehen / vnd das die zinß damit auch sollen bezalet werden/ auß krafft der verschreibung / vnnd der Verkäuffer eygener Willkhür außgetruckt/in diesen worten / gengen/geber vnuerschlagener müntze. Item das sie solchen järlichen zinß/ sechs alte schock wider abkauffen mögen / vor anderthalb hundert schock Landwehr. Nun sey dise gute müntz der Landtwehre/ derowegen sie verhoffen / das die Verkäuffere / jhre verschreibung/lauth jrer wort/mussen halten.

Quoniam † in stipulationibus & cæteris contractibus inspici oportet quod actum est, & formam pactorum, quæ legẽ repræsentat, obseruari, l. semper in stipulationib. l. contract. ff. de re. iur. & in reg. contract. eod. tit. lib. 6. Seruare ergo ipsos vendentes oporteat, naturam horũ verborum, genger/geber / vnuerschlagener Müntz. ꝛc. c. qualiter de pact. Quamuis aliud forte foret si eis verbis contrahentes non fuissent vsi. Quia † legum austeritas pactis litigantium mitigatur. l. fi. in fi. C. de temp. & repa. appell. l. si quis in cõscribendo. C. de pact. & l. pacisci. ff. eo tit. 1 2

Vnnd das sie nicht jhrre/ ob die Müntz zu jener zeit am Silber geringer gewesen sey/so nicht die gute sondern der lauff vnd die satzung der Müntze anzusehen sey. Wie der Landtsfürst die gesatzt habe. Per ea quæ notat Bartol. in l. qui falsam. ff. de falsis. & l. Paulus. ff. de solutio in principio. Vnnd es woll gesein kan / das mit jenen alten vnnd geringen

pfen-

pfenningenn/so vielgekaufft ist wor den alß ietzt, mit dem gutten. Et in moneta † habetur potius respectus ad cursum & taxam Principis, quam ad materiam, l.fin.C.de vet. numinis. potesta. libr. 11. octuagesima octaua, distinctione eijcientes. Et ea quæ notat Abbas Sicul. in c. quanto.de iureiur. Maximè cum possibile sit quod tanta fuit æstimatio rerum pro moneta tunc currente, quantum pro moderna. Quare similiter solutio fieri debet secundum monetam currentem.l.Labeo. ff.de verb.significat.

Hierentgegen vermeinen die von der Communion vnd verkauffer/ sie seindt nicht schuldig diese Zinse mit der hohen wehre zuzalenn / sondern so die kleine Müntz damit gekaufft vnd contrahieret/auch genge vnd genehme sey/ daß die damit bezalen / vnnd den widderkauff damit thun mögen / Ob auch die kauffmüntze/vnd damit der Zins anfenglich bezalet/ ist vergangen oder verschlagen / daß sie dennoch nicht höher verhafftet weren / denn allein zu der Werschafft derselbigen müntze/ damit der Zinß gekaufft sey/ anders were der contract vngleich / vnnd wurdt ein theil mehr denn der ander beschädiget/ daß nit seyn solle ꝛc. Hierauß fleust die frage was recht hierzu sey.

Kürtzlich ist hierauff in recht mit antwort bewillichen zu beschliessen/ daß obgedacht Communion den Widderkauff der Müntz damit gekaufft ist / vnd nit höher von Sempronio thun möge / vnd Titio vor berurter zinß halben / nit höher verhafft sey / denn allein nach Werdtschafft der Müntzen/damit der zinß gekaufft / vnd in die zeit des Kauffs gäng/vnnd genhem gewest ist. Es were denn sach daß sie in verwerter zeit lang bessere müntz jährlich bezalten/Vnd Titius den zinß in anderer müntz / alsso anders verjahret vnd præscribieret hette.

Quod sic † probatur, quia cēsus sunt soluendi ad antiquam monetam seu illius 4
valorem in qua instituti fuerunt nisi sit in alterius monetæ solutione præscriptum. Per tex. in gloss. & Doctor. in c. olim causam & in c. cum Canonicis, de censib. Et ea quæ notat Specul. in titu. de obligat. & solutio. §.1. versic. Pone in statuto. Si enim pecunia est debita ex contractu secundum æstimationem prioris monetæ, quæ erat tempore contractus, etiam ita fieri debet solutio. prout notant ibi Speculator. & Ioann. Andr in addit. & similiter ibi Bal. in addit. Quod scilicet obligatio conuentionalis intelligi debeat de currente moneta tempore obligationis. Idem Francisc. Zabarel. in clem. 2. de decimis, in 13. quæst. & Paulus de Castr. post Bart. in l. Paulus. ff. de solutio. Quod si appareт in qua moneta obligatio est contracta de illa solui debet eius æstimatio. & Cyn. in l. minoris. C. in quib. caus. rest. in integ. non est necesse.

Et † idem quod inspici debeat moneta 5
quæ erat tempore contractus seu eius valor, notat Bald. in l. illud. in col. fin. vers. vltim. quæro. C. de sacrosanct. eccles. & Canon. in c. quanto extra, de iureiurand. Nec obstant verba contractus suprà pro parte aduersa allegata, illa videlicet, genger / geber / vnuerschlagener Müntz. Item Landtwehr. ꝛc. quoniā sunt intelligenda genger Müntz. ꝛc. quantum ad valorem & æstimationem prioris monetæ in qua contractum est, qui quidem intellectus tacitè inest de iure, vt æque bonum reddatur. prout fuit numeratum per ea, quæ habentur & notantur

tantur in l.cùm quid.ff.si cert.peta.Et per ea quæ not.Bart.in l.semper in stipulatio.
6 ff.de regul.iur. Ex † qualitate nanque rei venditæ, item ex qualitate pretij inspici oportet, quid rectum sit. Et sic hæc verba, genger Müntzen &c. intelligēda sunt secundùm valorem & qualitatem monetæ pretij venditionis factæ.

Hoc enim suadet æquitas, mens & ratio huiusmodi verborum, vt minus lædāt ius commune.c.cùm dilectus, de consuetud.Et ea,quę not.Abb.in c.cùm olim,eo. tit.ac Bartol.in l.omnes populi.ff.de iust.
7 & iur.in 6.q.principali. A quibus puto ratione & mente verborum contrahētium, licet arguere c.intelligētia. c.propterea. & c.in his,extr.de verb.sign.

Præterea prædicta procedunt maximè, si minor moneta, secundùm quam contractus celebratus est,seu si illius monetę æstimatio hodie frequenter sit in cursu, quoniam in tali moneta minori fieri debet solutio, & non secundùm monetam maiorem,ita not.gl.in d.l.semper.& Franci.Zabarel.in alleg.Clem.2.in 12.quæst.& Paul.de Cast.in prælleg.l.Paulus. Et per hoc relinquo etiam solutum aliud contrārium exaduersò allegatum.

Adde ad hoc,Nam si reemi debeat,maiori moneta, quàm res sit empta, dabitur aliquid vltra: & illud vltra est illicitum, vt not.in c.illo vos,de pignorib. Et not. Innocent.in c.in ciuitat. in fin. de vsur.& Vvilhel.de Monte Lau. in Clem. ex grande,de vsur. & ibi Cardinal.in §.cæterùm, in 3.quæst. † Quicquid enim accidit sorti, vsura est,tex.cum glo.in verb.non posse.in fin.in l.rogasti.§.si tibi. ff.si cert.pet. 9
Et probatur in l. si tibi decem millia, in princip.ff.de pact.14.q.3.c.plerique. Vide gloss.magnam,in c.conquestus,extr.de vsur.

Finis Consil. in materia Monet. Henning.Goeden.

D. IOACHIMI MYNSINGERI OBSERVAT. I. CENTVR. IIII.

ARGVMENTVM.

Valor monetæ à quo tempore sit inspiciendus.

QVòD valor monetæ inspiciendus sit à tempore contractus, seu obligationis,& non à tempore solutionis,siue valor accreuerit, siue decreuerit, post multam Dd. disputationem frequentiùs obtinuit. Vnde, si accreuit, tunc debitor deducere potest valorē vel incrementum illud, quod veteri æstimationi intra tempus solutionis accessit. Sin verò quantitas monetæ intra tempus solutionis decreuit,atque valor diminutus est,tunc debitor supplere tenetur valorē tempore contracti debiti currentem atque vsualem: & sic regulariter solutio facienda est de noua moneta proportionabiliter ad ęstimationem antiquę,ne vtroque casu alteruter contrahentium plus aut minus,quàm datum acceptumque sit, reddat vel recipiat. Atque hoc in terminis velle videtur c.causam. iuncto c.cum canonicis,de cens. Hanc sententiam,tan-

quàm veriorem,& iuri atq; æquitati magis cõformem, amplexi sunt Domini Assessores Imperialis Cameræ in causa Episcopi Basiliensis,cõtra N.de Schaunburg, die 23.Decem.anno 1552. quam etiam fatetur communem Panorm.in c.quanto,col. pe.de iureiu.Ias.in l.2.q.6. C.de iu.emph. Soci.Iun.cons.145.nu.94.lib.1.Afflic.deci. 394.& c.1. verb.monetæ,quæ sunt reg. Itẽ Cur.Iun.in l.cùm quid,nu.13. ff.si cer.pet. Grat.cons.12.nu.30.& cons.13.& 14. Et Alber.Brun.in tract.de augm.& dimin.conclus.vlt.versic.his sic præmissis,latè hanc materiam examinat.

Quare si pecunia mutata fuerit,& debilior facta,nõ tenetur quis eam recipere, nisi fortè aliter tempore cõtractus fuisset actum inter partes: quod pluribus probat Guid.Pap.decis. 493. addendo tamen,non esse negandum,quin possit fieri solutio in moneta vsuali,siue currente tẽpore solutionis, ad valorem tamen alterius monetæ, quæ contractus tempore in vsu erat: per d.c.cùm olim. cum ibi nota. de cens.& per not.gl.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.act.

Quod maximè verũ est,si moneta, quæ cõtractus tempore vsurpabatur, ampliùs non extet, vel difficulter haberi possit, vt per Afflict.in c.1.verbo,monetæ, num. 10. vbi hoc prolixè tractat. Et hanc communem Dd.opinionẽ esse attestatur. Atque ita factum fuisse memini in causa Dominorum in Creutznach, contra Vvirichium Comitem de Falckenstein(cuius etiam suprà in prima Cent.Obseru.16.feci mentionem) cùm reluitio quorundam pagorum deberet fieri florenis aureis, (mit Florentzer Gülden) nec hi ampliùs reperirentur: pro quolibet aureo Florentino taxati fuerunt in Camerali Iudicio viginti quinque batzij, respectu scilicet habito ad intrinsecam bonitatem horum aureorum tempore contractus initi extantem.

De hac materia vide Doctores in l.cùm quid.vbi Bart.Salicet.& Castrens.hoc tenent.ff.si cer.pet. Et Canonistas in c.quanto,de iureiur. Zabarel.in Clement.fin. de decim.& Alber.Brun.latè in trac.de augmen.& decrem.monet.in vlt.conclus.vbi multa congessit, itemque Boer.decis.327. eundem in c.1.verbo,monetæ,tit.quę sint regal. Marian.Socin.Iuni. consil. 145. colum.vltim.lib.1.Didac.Couar.latè pract. quæstio.in tract.vete.collat.numism.cap. 7. vbi differit de mutatione monet. quoad pondus & valorem eius, & Molinæ.in tract.contr.vsur.quæst.97.num.731.& seq. vbi distinguit,vt ibi per eum.

Hæc D.Mynsingeri Obseruatio (quam quotidie omnes habent in ore) visa fuit aliquando mihi propter obscuritatem,in qua residet,suspecta,neq; satis tuta: Nam si verba singula,maximè illa,quæ de valore & quantitate monetarũ proferũtur, penitissimè introspiciãtur, examinenturq;, consequi ex tenore eorundem videtur in initio, eundem non tam de mutatione valoris intrinseci,quàm monetarum extrinseci loqui:quod vel inprimis ex illis verbis infertur, dum inquit: Valorem illum qui veteri æstimationi intra tempus solutionis accessit, per debitorem deducendum. Sequitur apud eundem, Si valor aut quantitas intermedio tempore decreuit, tunc debitorem cogendum, vt currentis atque vsualis monetæ valorem, qui quondam fuit, per illum qui hodie est, proportionabiliter suppleat.

Verùm secundùm istum intellectũ D. Mynsingeri sententiam propterea amplecti nõ valemus, quod nec Doctores ibidẽ citati, nec communis sentẽtia hoc ipsum velint, immò contrarium omninò astruant, quemadmodum in libel.quæst.monet. cõclus.2.maxima, & aliàs per trãscursum sæpiùs cõclusimus & cõprobauimus. Quare statuitur, ac pro indubitato habetur, in mutatione monetarum valoris extrinseci,nõ tempus contractus, sed tantũmodò solutionis in consideratione esse debere, iuxtaque illum valorem vsualem & currentem quæstiones dubias & controuersas decidendas esse.

Quòd si intrinseci valoris mutatio superuenit, & eo quis D.Mynsing. verba in prin.d.Obser.posita retorqueri posse putauerit,

rauerit, qđ tamē absq; improprietate aliqua verborum fieri vix posset) non multū laboramus: & sensus erit cōm. Dd. sententiæ conformis omnimodo: videlicet in mutatione valoris intrinseci, ad contractus tempus aduertendum, & desuper æstimationem faciendam esse. Quo fateor verba illationis sequentis, ibi, *Quare si pecunia mutata fuerit, & debilior facta.* &c. optimè respicere. Et ita quoque video in priori d. Obseru. editione eadem verba, *debilior facta*, collocata: quæ commodissimè & omni improprietate ac absurditate semota, ad variationem intrinsecę bonitatis referuntur. quibus etiam vtitur Gui. Pap. quæst. 193. quam D. Minsyng. allegat hic, alijque Doctores passim. Et idem sequitur planiùs, quamuis non in eodem quæstionis genere versemur, ex verbis Obseruat. finalibus: ibi, *Respectu habito ad intrinsecam bonitatem, &c.* Quæ informationis perfectioris gratia, vtque omnis ambiguitas tollatur, & sententia Dd. communis sustineatur atque defendatur, non verò vt D. Mynsing. cui multū debemus, in hoc taxetur, aut reprehendatur, ita breuiter attigisse sufficiat.

Quam de tempore contractus & solutionis rationem, valorisque intrinseci & extrinseci diuersitatem, cùm viderim præter alios summæ auctoritatis virum, D. Alciat. ad alleg. l. cùm quid. 3. ff. de reb. credit. breuiter atque admodum egregiè explicare: iccircò ipsius verba ad finem d. l. posita, ibi: *Vt eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur quod datum sit, & cæt.* huc transferre, eademque nonnihil (ad informandos eos pleniùs, qui ad hæc necdum satis animaduerterunt) explicare mihi placuit.

Quærit: *Quid si res mutuò data, maioris valoris facta sit? Et cùm hæc bonitas extrinsecus aduenerit, nihil referre traditum est. Et ideò lucro creditoris accedere: sicut econtrariò eius damno caderet, si deminuta esset æstimatio: nisi à tempore contracta mora hæc deminutio interuenisset. l. vinum, hoc tit. Et ita Bartol. quoque sentit: nec quisquam dissentit. Vnde ad monetam mutuò datam infertur: in qua re duo casus sunt explicandi: Primus est, cùm centum, putà Philippeos, tibi sum mutuatus, acciditq; deinde, vt ea moneta reprobaretur, an in ea nota soluere tenearis? Et non posse te monetam reprobæ nota soluere Bartol. rectè censuit, l. eleganter §. qui reprobos, de pignorat. actio. Verùm quia nota seu forma potiùs reprobata videtur, quàm materia, l. quæsitum, §. illud, de lega. 3. ante moram poteris eam vice materia dare, vel materia æstimationem, d. l. vinum. Si verò post moram facta est reprobatio, teneberis ad restitutionem æstimationis, quatenus ex forma valebat, l. quod te, hoc tit. vbi Bartol.*

Hoc vult, si propter formam externam siue characterem inditum potiùs, quàm in materia, quæ salua mansit, numus reprobetur, rectè solutio fiet pro æstimatione materiæ quæ permansit, quæ Molinæo propterea non placerent, quòd is materiæ variationem quoque minus curandam censeat, modò publica approbatio & æstimatio superuenerit: licet etiam alijs de mutatione formæ parum simus solliciti, nisi subsit veri simile aliquod creditoris interesse. Sequitur:

Secundus casus est, cùm nota aut forma nō reprobatur, sed etiam bonitate manente, valor intenditur vel minuitur: Et cùm id extrinsecus accidat, ante moram nemini imputandum est d. l. vinum. Quapropter si mihi debeas centum Philippeos, liberaberis eos centum restituendo, siue aucto, siue imminuto pretio.

Hoc vult, posito, quòd Philippei debeantur, atq; ita forte est obligatio speciei contracta, quo in numero & nostri Philippici Thalleri, auctoritate Regis Hispanici cusi, Thalleri Imperiales, aurei in auro, & reliquæ habentur, eædéq; in valore seu valuatiōe extrinseca creuerint, vel deminutę sint, hoc ipsum nō curabitur, sed isti us cōmodum & incōmodum ad ipsum creditorem pertinebit. Sequitur: *Sic etiam li-*

bras debeas, cùm libra 20. aßibus semper constet, satis erit centum libras reddi: quamuis asses minoris æstimationis sint. Cùm enim Philippeos vel libras debeas, verum est te soluere quod debes: nec extrinsecus accedens valor quicquam mutat. Et propter futuræ intentionis vel imminutionis mutuum periculum, nemo censetur læsus. l. de fideicommisso. C de transactio.

Hoc vult, quemadmodum per speciei solutionem quis plenariè liberatur, non attento aliquo augmento vel decremento, quod medio tempore fortè superuenit: eodem modo in obligatione generali librarum thallerorum simplicium, florenorum Brabantinorum, Coloniēsium, 15. batziorum, & similium, dicēdum erit: sufficere videlicet, vt vniuscuiusque floreni, thalleri, &c. æstimatio, habito respectu ad tempus solutionis, & non contractus, persoluatur, habetque d. conclusio nostra 2. maxima locum. Itaque sequitur hoc pacto:

Idq́, veriùs receptiusq́, est, nisi cum materia seu bonitas interior imminuta proponitur: Tūc enim eius æstimationis reddi debet, quæ tempore contractus fuit. c. olim. c. pen. de cens.

Hæc verba D. Alcia. sunt clara, voluntque in mutatione monetarum valoris intrinseci, aduertendum esse, valorem contractus tempore existentem, qui siue creuerit, siue auctus fuerit medio tempore, hoc ipsum vel in commodum, vel in incommodum debitoris cedere debet, præcedit enim text. alleg. l. cùm quid. Vt eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur quod datum est: facitque hic & operatur nostra conclus. alleg. 1. maxima Sequitur:

Quòd si diminutio æstimationis post moram facta sit, tunc semper imputandum moratori detrimentum constat. l quod te, eod. Et ideò si centum Philippeos aureos mihi Calendis Ianuarijs debebas, qui tum drachmis argenteis expendebantur decem: deinde pòst morā nouē tantùm cœperunt expendi, damnum illud ad te pertinebit. Bart. l. Paulus. de solut. Quòd si aucta fuerit æstimatio, & vndecim drachmis censebuntur, non tamen quicquam moratori lucri inde accedit.

Hoc vult, Morosus propter morā commissam, in duriorem causam, siue in intrinseco, siue in extrinseco valore versemur, semper tenebitur. Vide cap. nostr. 26. lib. 2. quæst. monet. de mora.

Rener. Budel. Rurem. IC.

Finis Tract. de Monetis, & re Numaria.

LAVS DEO, VIRGINIQVE MATRI.

